B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

SEXTVS PROPERTIVS
ELEGIARVM LIBRI IV

EDIDIT

PAOLO FEDELI

EDITIO STEREOTYPA
EDITIONIS CORRECTIORIS (MCMXCIV)



MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K. G. SAUR MMVI

Bibliographic information published by Die Deutsche Bibliothek

Die Deutsche Bibliothek lists this publication in the
Deutsche Nationalbibliografie,
detailed bibliographic date is available
in the Internet at **http://dnb.ddb.de**.

Printed in Germany

Gedruckt auf alterungsbeständigem Papier.
Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer", Bad Langensalza

ISBN-13: 978-3-598-71739-0
ISBN-10: 3-598-71739-3

Manibus
Aelii Pasoli
sacrum

mihi quidem, quamuis est subito ereptus,
uiuit tamen semperque uiuet; uirtutem enim
amaui illius uiri, quae exstincta non est

(Cic. de amicitia 102)

PRAEFATIO

Haec Properti elegiarum editio his codicibus nititur:

N Codex **Guelferbytanus Gudianus 224, olim Neapolitanus**. Hic liber membranaceus, saeculo XII exeunte uel XIII ineunte exaratus[1], foliis constat 71, quae per octo quaterniones et unum quinionem distribuuntur; quinio tamen septem tantummodo folia habet, cum folium interciderit, ubi uu. 17 - 76 extremae libri IV elegiae continebantur, praetereaque duo folia superuacanea, quae librarius ipse resecuit[2].

Codicem Neapolitanum in Gallia exaratum esse uerisimile est; in ultimo enim codicis folio manus quaedam saeculi XIII uocem *goeric* (fortasse *goericus*) scripsit; cum Goericus saeculo VII Mettis episcopus fuerit, codicem Neapolitanum prope Mettim scriptum esse ualde probabile est[3]. Media, quae dicitur, aetate exeunte codex Neapolitanus in Italiam translatus est[4]. Cum in ultimo folio nomen *Manetti* a manu recenti scriptum legatur,

[1] Cf. James ClR 17 (1903) 462; Ullman ClPh 6 (1911) 283.
[2] Cf. Birt p. II.
[3] Cf. James ClR 17 (1903) 462sq.
[4] Vir doctus Antonius La Penna, Integr. p. 244 codicem Neapolitanum a Poggio, a. 1417 quartum iter faciente ad nouos libros inuestigandos, in Italiam missum esse censet.

sunt qui censeant Neapoli Iannotium Manetti († 1459) in codicis possessionem uenisse[5]. In ecclesia Neapolitana S. Iohannis a Carbonara custoditus, N a Nicolao Heinsio per Italiam peregrinante anno 1647 fortasse conlatus est. Anno 1662 codex emptus est a Marquardo Gudio Rendsbergensi, qui in Germaniam eum transtulit; post Gudii interitum (a. 1689), cum eius libris manu scriptis in bibliothecam Guelferbytanam inuectus est (a. 1710), ubi nunc asseruatur[6].

Vir doctissimus Birt, qui Neapolitanum summa cura inuestigauit eumque phototypice edidit, a duobus librariis eum scriptum esse censuit: alter folia 1 - 48 (ab u. 1,1,1 usque ad u. 3,13,16), alter folia 49 - 71 (a u. 3,13,17 usque ad finem) exarauit. Inde a folio 33 usque ad folium 48 atramenti color pallescit; attamen haec folia ab eodem scriba, qui folia 1 - 32 exarauit, conscripta esse patet, quamquam aliter sentiunt Plessis[7], Richmond[8] et Enk[9]. In foliis 1 - 48 codicem Neapolitanum a quattuor correctoribus emendatum esse, inter quos idem amanuensis foliorumque 49 - 71 scriba dinoscantur, censet Birt; in foliis 49 - 71 duae manus textum correxerunt.

In codicis margine ad singulos foliorum 1-30r uersus persaepe litterae adscriptae sunt, quarum significatio non semper est perspicua: cf. e. g. *r* (*require*?), *q* (*quaere*?), *u* (*uide*?), *t* (*tene*?), *n* (*nota*?)[10].

---

[5] Cf. tamen quae de hac re fuse disputant uiri docti Butler et Barber p. LXXI.

[6] De tota hac re cf. Birt p. XXVI.

[7] Plessis, Ét. crit. p. 7.

[8] In editione Cantabrigiensi a. 1928, p. 9.

[9] I 1,42.

[10] De tota hac re cf. K. Dziatzko JClPh 153 (1896) 63-70 et Th. Birt. (Interdum litterae non recte recognitae n et u - nonnumquam a et u - immutatae a scriba esse uidentur.)
De codicis N casibus cf. La Penna SIFC 25 (1951) 229. Codicem N praecipue inuestigauerunt W. Grumme, De codicibus Propertianis Groningano et Neapolitano. Quaestio critica, GymnProgr. Aurich 1868; L. Müller RhM 27 (1872)

Codex **Leidensis Vossianus 38**. Hic liber membranaceus 16 foliis linearum 24 constat desinitque post u. 2,1,63; eum olim totum Propertium exhibuisse facillime conicere licet, cum in fine ultimae paginae secundi quaternionis primum uerbum (*senserat*) proximi quaternionis legatur. Quando codex A exaratus sit, non omnes uiri docti consentiunt: Aemilius Baehrens[11] codicem circa annum 1360 scriptum esse autumat. Vir doctus Ullman[12] eundem codicem esse contendit, cuius Ricardus Furniualensis in librorum manu scriptorum indice, quos uiri docti in bibliotheca sua adseruare debeant, circa annum 1250 mentionem facit aut apographon huius codicis[13]. Omnes fere Propertii editores, uiros doctos Maunde Thompson[14] et James[15] secuti, Vossianum circa a. 1300 in Gallia exaratum esse censent. Codex A Pauli Petauii in manibus fuit, cuius nomen in primi folii margine legitur. Vir doctus Ullman[16] Petauium a Petro Daniele Aurelianensi codicem emisse autumat; cum constet Petrum Danielem aliquot codices Floriaci (hodie Fleury) in monasterio S. Benedicti emisse, sunt qui censeant codicem Vossianum in illo monasterio exaratum esse. Alexander, Petauii filius, Isaaco Vossio codicem uendidit, quem postea a Vossii heredibus bibliotheca uniuersitatis Lugduno-Batauae emit. Idem est codex ac Burmanni Vossianus secundus. A

Codex **Laurentianus plut. 36,49**. Huius codicis membranacei, qui in foliis 73 linearum 28 totum Propertium F

162sq.; R. Ellis AJPh 1 (1880) 389-401: id. TOPhS 1880-81, 1-3; A. Palmer Hermath. 7 (1881) 40-72; M. R. James ClR 17 (1903) 462sq.

[11] In editione sua, p. IV.

[12] Ullman ClPh 6 (1911) 284.

[13] Vir doctus Schuster, in editione Teubneriana a. 1958, hanc de apographo sententiam "proxime ad uerum accedere" censet.

[14] Maunde Thompson ClR 9 (1895) 148.

[15] James ClR 17 (1903) 463.

[16] Ullman ClPh 6 (1911) 285.

continet, Colucius Salutatius (1330–1406), Florentinorum ille cancellarius, in possessionem uenit, ut eius autographum (*Liber Colucii pyerii*) in fine libri ostendit. Vir doctissimus M. Haupt[17], Colucii epistulas inuestigans, primus uidit Petrarcam Propertii exemplar tenuisse. Hac re nisus B. Ullman dilucide ostendit codicem F e Petrarcae codice recta uia manauisse. Hoc exemplar Lombardus a Serico, qui post Petrarcae obitum eius bibliothecae curam habuit, Colucio petente exscribendum curauit inter annos 1379 et 1381[18]. Post Colucium Cosma de Medicis librum tenuit, ut eius autographum in fine libri ostendit (*Liber Cosme Iohannis de Medicis*).

Complures correcturas codex F exhibet, quas dinoscere perdifficile est: saepe idem scriba textum immutauit (F^2), interdum Lombardus a Serico uarias lectiones induxit, quas fortasse ipse Petrarca in margine libri sui adnotauerat (F^3); permultae seriorum manuum correcturae siglo F^4 designantur[19]. Alicia Catharina Ferguson codicis Laurentiani manus correctrices accuratissime inuestigauit; eius dissertatione usus sum, quamquam cum ea saepe dissentio[20]. Codicem F primus Aem. Baehrens in apparatum induxit, qui tamen satis neglegenter eius lectiones contulit, ut ipse confessus est[21].

---

[17] Haupt, Opusc. I, p. 279.

[18] Idem scriba Petrarcae libri De uiris illustribus, qui hodie in Bibliotheca Vaticana asseruatur (Ottobonianus-Vaticanus lat. 1883), maximam partem exarauit: cf. Ullman ClPh 6 (1911) 288–297; id., The Humanism of Coluccio Salutati, Patauii 1963, p. 263.

[19] De codicis F correcturis nuperrime disseruit S. Rizzo, Il lessico filologico degli umanisti, Romae 1973, p. 274.

[20] De codice F cf. Ullman, The Humanism of Coluccio Salutati, Patauii 1963, p. 144.

[21] Cf. p. V eius editionis: "hic codex a me primo a. 1876 est conlatus, sed propter temporis quibus tum premebar angustias properantius; unde quae postea dubitationes locis nonnullis subnatae sunt, eas conciliante beniuole Domenico Comparetti eleuauit Nicolaus Anziani".

L

Codex **Holkhamicus Misc. 36**, olim Holkham. 333. Hic codex membranaceus, qui foliis constat 17, cum primus quaternio primusque secundi quaternionis folium perierint, Propertii elegias inde a 2,21,3 continet. Iohannes de Campofregoso eum exarauit, quod opus die X mensis Octobris a. 1421 ad finem perduxit, ut haec ostendunt in fine codicis subscripta:

M°CCCCXXI° die X° Octobr.
Hic tua properti perfeci scripta Iohannes
Campofregosa stirpe pia genitus

Codex Holkhamicus olim Neapoli asseruabatur in bibliotheca Iosephi Valettae[22]. Cum Thomas Coke primus comes de Leicestria (1697–1759) Neapolim iter fecerit a. 1714 et a. 1716, uerisimile uidetur eum a. 1716 librum manu scriptum emisse, qui olim Holkhamii in bibliotheca comitis de Leicestria asseruabatur, nunc Oxonii in bibliotheca Bodleiana custoditur[23].

P

Codex **Parisinus Lat. 7989**. Hic notissimus codex, qui et Traguriensis appellatur, cum circa a. 1650 Tragurii (hodie Trogir in Dalmatica regione situm) a Marino Statileo in bibliotheca Nicolai Cippico repertus sit, Tibullum (f. 1sqq.), Propertium (f. 44sqq.), Catullum (f. 132sqq.), Epist. Sapphicam (f. 180sqq.), Petronium (f. 190sqq.), Moretum (f. 229sqq.) et Claudiani "De Phoenice" (f. 233sqq.) continet. In fine Catulli operis (f. 179) legitur: *1423 di 20 nouemb.*

Cum Poggii epistulas contulisset, uir doctissimus A. C. Clark[24] dilucide ostendit Cenam Trimalchionis, quam P unus tradit, exemplar "particulae Petronii" esse, quam Poggius e Britannia ad Niccolaum Niccoli misit; codex igitur e Poggii sodalicio originem ducit.

---

[22] Cf. C. W. James ap. B.-B. p. LXXV.
[23] Quod adtinet ad adfinitatem inter L et Petrarcae librum manu scriptum cf. quae disserit A. C. Ferguson p. 3sq., adn. 4.
[24] Clark ClR 22 (1908) 178.

Codex P primae alteriusque manus correcturas exhibet, quas Antonius La Penna accuratissime dinouit[25]. Vir doctus B. Ullman, consensu inter plurimas primae manus correcturas et Neapolitani lectiones nisus, Poggium codicem Neapolitanum mense Maio a. 1423 in Italiam tulisse et Parisinum cum Neapolitano conlatum esse censuit.

Codex **Dauentriensis I. 82**, olim 1792. Hic codex membranaceus, qui foliis 68 constat unumque Propertium continet, cum unum folium perierit a 1,2,14 incipit. In Italia saeculo XV ineunte exaratus, correcturas alterius manus exhibet. Olim Petri Burmanni Secundi (1714–1778) fuit; nunc in bibliotheca urbis Nederlandicae Dauentriae asseruatur. D

Codex **Vaticanus Ottob. Lat. 1514**. Hic codex membranaceus, saeculo XV exaratus, qui foliis 83 constat totumque Propertium continet, eiusdem scribae correcturas plurimasque uarias lectiones uel emendationes docti cuiusdam aetatis qua humanae litterae sunt restitutae exhibet (V^2). Quod adtinet ad doctum correctorem, de Lucido Fosforo agi censet Simar[26]; cf. tamen quae iure contendit La Penna SIFC 26 (1952) 15sq. Manus recentior (V^3) hic illic textum immutauit (1,2,13. 18; 2,22,48; 2,31,3; 2,32,4; 3,10,21sq.; 4,3,21; 4,11,43.46. 52). V

Codex **Leidensis Vossianus 117**. Huius codicis membranacei, saeculo XV exarati, iam mentionem fecerat Petrus Burmannus Secundus in editionis suae praefatione[27] eumque Vossianum primum appellauerat. Vir doctus Richmond in bibliotheca uniuersitatis Lugduno-Ba- Vo

---

[25] La Penna SIFC 26 (1952) 32–35.
[26] Simar MusBelge 13 (1909) 96.
[27] *Sexti Aurelii Propertii elegiarum libri IV*. Cum commentario perpetuo Petri Burmanni Secundi et multis doctorum notis ineditis. Opus Burmanni morte interruptum Laurentius Santenius absoluit, Traiecti ad Rhenum 1780, p. III.

tauae eum repperit iniuriaque inter codicum D et V fontes habuit[28].

Vbi codex Neapolitanus lacunam exhibet (4,11,17-76), codice **Parisino Lat. 8233 (siue Memmiano)** (μ) a. 1465 et codice **Vaticano Vrbinati Lat. 641** (υ) saec. XV usus sum.

μ

υ

Haud dubie recensionis fundamenta in uera critica ratione Carolus Lachmann primus posuit, in editione sua a. 1816: omnes enim ante eum editores, cum in re critica optime progressi essent, attamen libris manu scriptis nisi erant quos sine ratione selegerant minimaque cura contulerant. Cum ex ingenti codicum mole Groninganum et Neapolitanum Lachmann elegisset, iniuria Groningano palmam tribuit aliisque codicibus hic illic tantummodo usus est; praeterea Dauentriensem parui momenti esse duxit[29].

Anno 1843 Keil, in dissertatione Bonnensi quae *Obseruationes criticae in Propertium* inscribitur, Neapolitano eandem auctoritatem atque codici Groningano saltem tribuendam esse ostendit. Quam sententiam uir doctissimus M. Haupt[30] secutus est, ut eius uerba ostendunt: "bonos autem codices (...) libros dicimus Neapolitanum et Groninganum, non prorsus quidem illos a mutationi-

[28] Richmond JPh 31 (1910) 166sqq.; cf. contra La Penna SIFC 25 (1951) 202-205.

[29] Cf. p. IX eius praefationis: "bonitate igitur, fortasse non item uetustate (...) principatum inter codices Propertianos tenent membranae Groninganae in Italia conscriptae"; p. X: "codicem Groninganum, qui ueram multorum locorum lectionem unus omnium indicat, proxime subsequuntur membranae Neapolitanae, quas Heinsius satis neglegenter et cum festinatione contulit, Neapoli ad s. Iohannem Carbonarium uisas"; Neapolitanum "uix inferiorem bonitate Groningano" esse censet Lachmann.

[30] Ind. lect. hibern. 1854, = Haupt, Opusc. II 52; cf. etiam Ind. lect. aestiu. 1858, = Haupt, Opusc. II 102.

bus de industria factis liberos, quas ipsas altero cum altero diligenter collato cognoscimus, sed non contaminatos constanti emendandi studio quo Italorum temeritas reliquos plerosque libros deprauauit".

Insequentibus annis Guil. Ad. B. Hertzberg in editione sua[31] de codicibus idem fere sensit ac Lachmann, cum contra omnem fidem Groningano detrahere conati sint Heimreich[32] et Grumme[33], quorum sententia unus Neapolitanus in textu constituendo magni est momenti; at dissimilem secuti sunt opinionem Luetjohann[34] et Heydenreich[35], qui Groninganum auctoritate posthabendum Neapolitano nec tamen prorsus spernendum esse censuerunt.

Quod adtinet ad textum constituendum noua aetas a. 1880 oritur, cum nonnulli uiri docti in Propertii carminibus recensendis ualde progressi sunt. Aemilii Baehrens editio, anno 1880 in lucem prolata, quattuor testibus (A F; D V) nititur, cum contra doctus ille uir ceteros codices pro interpolatis habeat; Neapolitanum ipsum e contaminatione inter duas familias, quas AF et DV testentur, originem ducere Baehrens autumat. Attamen Aemilius Baehrens in Propertii textu recensendo optime meritus est: primus enim codices A F D V magni momenti esse duxit et Groningano nullam fidem tribuendam esse ostendit; ualde eum errauisse patet, quod Neapolitani auctoritatem non perspexit eiusque lectiones singulas pro interpolationibus doctorum antiquae aetatis uirorum habuit[36].

---

[31] Cf. eius editionis uol. I p. 231-249.

[32] Chr. Heimreich, Quaestiones Propertianae, diss. Bonn 1863.


[33] Grumme, cf. supra adnot. 10.

[34] Chr. Luetjohann, Commentationes Propertianae, Kiliae 1869.

[35] E. Heydenreich, Quaestiones Propertianae, diss. Lipsiae 1875.

[36] Cf. eius editionis p. IX: "non superfluum uidetur adicere, nusquam quidquam esse dandum illius lectionibus eis quibus ceterorum librorum bonorum consensus obstat: ubi solus pro se stat N, sanae artis praecepta omnia suadent ne quid priscae

Ex Aemilii Baehrens inquisitionibus hoc stemma euadit:



Eodem anno Fridericus Leo[37] aequam codicis Neapolitani aestimationem fecit, sed uehementer errauit nullam fidem ceteris libris manu scriptis tribuens: illius sententia A F D V "omnino nihil ualent"; quod tamen nullo certo argumento uir doctissimus comprobauit. Carolus Brandt in dissertatione Berolinensi a. 1880[38] complures locos tractauit ut codici Neapolitano palmam tribueret. Eodem anno de Propertii codicibus aequo animo iudicauit R. Ellis[39], qui Neapolitanum longe super ceteros Propertii libros manu scriptos eminere intellexit, attamen A F D V non nihil ualere eorumque lectiones diligenter inuestigandas esse ostendit.

Anno 1882 Ricardus Solbisky[40] Propertii elegiarum recensionem codicibus N D V niti debere contendit; illius sententia duo archetypi apographa exstiterunt: ex altero N, optimus testis inter omnes, ex altero D V originem ducunt, cum contra A F ex utroque apographo contami-

---

scripturae forte fortuna seruatum statuamus, sed ut immutatae quocumque modo ueteris memoriae uestigia agnoscamus".


[37] Leo RhM 35 (1880) 431-447.

[38] C. Brandt, Quaestiones Propertianae, diss. Berolini 1880.

[39] Ellis AJPh 1 (1880) 389-401.


[40] R. Solbisky, De codicibus Propertianis, diss. Lipsiae 1882, p. 139-194.

nato erroribus scateant nullaque genuinae traditionis uestigia ostendant, sed errores tantum aut interpolationes, praeter paucas correcturas, quae hic illic uerum Propertii textum nobis reddunt[41]. Quapropter hoc est Ricardi Solbisky codicum stemma:



[41] Solbisky p. 194: "est illorum (*scil.* codicum) praestantissimus Neapolitanus, cum non solum familiam A F optime repraesentet et cum D V in multis sinceris scripturis conspiret, sed etiam haud paucis locis uerum solus perhibeat, nec tamen unus sequendus, quia complures in eo obuiae sunt interpolationes grauioraque menda. Alterum locum libri D V obtinent, quorum auctoritas ea in re posita est, quod compluribus locis soli genuina poetae uerba seruauerunt. Familiae autem A F lectiones (...) mixtae uidentur ab altera parte ex iis, quas fons Neapolitani proprias habebat, ab altera e scripturis patris librorum D V, quo fit, ut illa facile careamus (...). Omnibus igitur, qui in censum ueniunt, locis tractatis enucleasse nobis uidemur crisin Propertianam niti Neapolitano et familia D V."

Anno 1884 Fridericus Plessis, in libro qui inscribitur *Études critiques sur Properce*, de codicibus Propertianis fuse disseruit; attamen eius inuestigationes nullum fere adiumentum in Propertii textu recensendo afferunt, ita ut non iniusta uideantur quae de eius critica ratione Housman iudicat[42]: "*Mr. Plessis, it must be said, is no critic*". Praeter codices N A F D V et Groninganum et Hamburgensem, quo Hertzberg iam usus erat, ad textum constituendum ualere censuit Plessis. Illius sententia ex archetypo duae familiae originem duxerunt: ad alteram pertinet N, qui optimum textum praebet, et A F, qui plurimas interpolationes exhibent; alteram D V constituunt, auctoritate inferiores Neapolitano et cum A F comparandi. Groninganus et Hamburgensis, quamquam contaminati codices sunt, ad textum constituendum ualent. Ex his inuestigationibus hoc stemma euadit, quod adtinet ad optimos codices:




Quae Plessis statuit C. Weber secutus est[43], cuius sententia N optimum textum praebet; codicibus D V maior fides tribuenda est quam codicibus A F, qui tamen cognatione Neapolitano sunt proximi.

---

[42] Housman, Class. Pap. 236.

[43] C. Weber, De auctoritate codicum Propertianorum, Gymn. Progr. Hagen 1887.

Annis 1893 - 1894 uir doctissimus idemque argutissimus A. E. Housman ostendere conatus est[44] N A F D V F *corr.* V^2 seiunctim ad archetypum restituendum ualere. Illius sententia AF et DV duas familias constituunt, quae e quodam codice deperdito (O) originem ducunt eandemque auctoritatem habent. Quod adtinet autem ad Neapolitanum, e tribus fontibus is manat: primum de codice agitur quandam adfinitatem cum A F exhibente; deinde de alio codice cum D V artissime cognato; tum demum de quodam codice deperdito (Z), a duabus familiis ipsoque O omnino seducto. E codice Z plurimae correcturae manant, quas F et V exhibent (F *corr.*, V^2). Vnde hoc stemma euadit:



[44] Housman JPh 21 (1893) 101-197; 22 (1894) 84-128. = Housman, Class. Pap., Cambridge 1972, p. 232-304; 314-347.

Nullum librum manu scriptum exstare, qui supra ceteros emineat, censet Housman[45]; cuius tamen sententia si duos codices eligere debeamus ad textum constituendum, haud dubie D et N eligendi sint: alter enim optima est progenies codicis O; alter, cum e Z manet, genuinas lectiones hic illic nobis tradit, quas D non testatur.

Anno 1894 J. P. Postgate codicem Holkhamicum (L) contulit eumque cum A F artissime cognatum esse perspexit[46]. Quod ad ceteros libros manu scriptos pertinet, Neapolitano Postgate palmam tribuit, cum contra D V pro nihilo habeat; illius sententia D V communes cum N lectiones exhibent, quae ex ipso N manant aut e communi fonte; praeterea D V textum multifariam interpolatum praebent. Quae Postgate censuit acerrime ab Housman exprobrata sunt[47]: is enim statuit codicem Holkhamicum nullam auctoritatem habere ideoque ex apparatu expellendum esse; si L contra N cum F conspirat, is Laurentianum confirmat; perraro autem eiusdem fontis lectiones exhibet, e quo et F *corr.* et V^2 bonas lectiones depromunt.

Auctoritate summa codicis Neapolitani ab omnibus probata - quod adfirmare nunc licet pace uiri docti A. E. Housman - necessario controuersiae magis magisque de ceteris codicibus, praecipue de D et V, exstiterunt. Quod adtinet ad hanc rem, uide infra. Nunc tantum dicam a. 1898 Fridericum Leo, commentarii a Rothstein redacti censuram facientem, sententiam suam de D V mutauisse: is enim eorum lectiones non omnino spernendas esse censuit. Mediae aetatis archetypum omnium codicum fontem esse statuit; praeterea N e codice non ita pridem exarato originem ducere fontemque communem codicum A F D V nonnullas corruptelas aut interpolationes

45 Housman, Class. Pap. p. 346.
46 Postgate TCPhS 4 (1894) 1-83.
47 Housman ClR 9 (1895) 19-29. = Housman, Class. Pap. p. 351-368.

iam exhibuisse autumat Leo; fontes autem codicum A F et D V, ut ille putat, complures interpolationes doctorum uirorum aetatis qua humanae litterae sunt restitutae praebent. Vtcumque res se habet, "*jeder dieser drei Zeugen kann authentische Überlieferung bieten, denn die Urhandschrift hatte Varianten*"[48].

In Propertii textu recensendo maximi momenti sunt uiri docti B. Ullman inquisitiones[49]: is enim ostendit F e Petrarcae libro manu scripto, qui ex A manauerit, fluere, ideoque et ipsum F ex A originem ducere omnesque codices recta uia aut oblique ex N aut ex A ortos esse.


Insequentibus annis non multum noui attulerunt uiri docti, qui de tota hac re disseruerunt; nullum enim auxilium aliquot codices afferunt, quos interdum nonnulli editores e tenebris deprompserunt[50]. De codicibus Pro-

[48] Leo, Kl. Schr. II, p. 186.

[49] Ullman ClPh 6 (1911) 282-301.

[50] Quod adtinet ad codicem Lusaticum, quem non parui momenti esse et P. Koehler, De Properti codice Lusatico, diss. Marpurgi 1899, et Th. Heukrath Phil. 64 (1905) 410 censuerunt, cf. Hosius in editione a. 1911, p. IX, Postgate ClR 20 (1906) 349-352; 25 (1911) 109. Quod adtinet ad nonnullos codices, quorum lectiones O. L. Richmond in apparatu editionis suae (Cantabrigiae 1928) recepit, cf. La Penna SIFC 26 (1952) 8-14. Contra Palat. Vatic. lat. 910, cui Bonazzi in editione sua (Romae 1939) perperam palmam tribuit, cf. Enk I 1,51-54, La Penna SIFC 26 (1952) 14sq.; contra tres codices Salmanticos Bibliothecae Vniuersitatis, quos Antonius Tovar in editione sua a. 1963 adhibuit, cf. nuperrime quae iure contendit La Penna, Integr. p. 246. De aliis deterioribus codicibus cf. Th. Struve Phil. 13 (1858) 387-394; R. Schöll Phil. 23 (1866) 346sq.; H. Schenkl WSt 3 (1881) 160; M. Isler Centralbl. f. Bibliothekswesen 1 (1884) 444-447; O. Neumann, De Properti codice Vrbinate 641, Lusatico, Vaticano 3273, diss. Greifswald 1914; G. Cremaschi Aeuum 29 (1955) 88-94. Quod pertinet ad Propertii florilegia cf. D. M. Robathan ClPh 33 (1938) 188-197; Ph. W. Damon ClPh 84 (1953) 96sq.

pertianis fuse dilucideque disseruit Antonius La Penna[51], cuius disputatio codicis P cognationem cum D V Vo praesertim patefacit. Illius stemma exscribo, quocum consentio, quod adtinet saltem ad codices, quibus in editione critica usus sum. Aliam sententiam de codicum contaminatione sequor; si enim, ut infra ostendam, consensu in genuina lectione omisso, exempla in erroribus consensus perspexerimus, contaminatio tam perspicue non patebit.



[51] La Penna SIFC 25 (1951) 199-238; 26 (1952) 5-36.

Nuperrime his uerbis Antonius La Penna peruestigationes suas confirmauit:

"*la ricostruzione del capostipite della seconda famiglia non è facile quando fra i codici della famiglia non vi è accordo. La difficoltà è determinata dal fatto che, se F si può ritenere non contaminato, gli altri codici risentono, quale più quale meno, di una rielaborazione del testo incominciata già nei primi decenni del sec. XV: tale rielaborazione da un lato attinge lezioni buone o interessanti dalla prima famiglia (. . .), dall'altro emenda per congettura, nella massima parte dei casi banalizzando, in qualche raro caso offrendo soluzioni felici o degne di attenzione*"[52].

Si totam de codicum adfinitate quaestionem resumimus, adfirmare possumus ex archetypo (ω) duas familias manauisse: altera (x) Neapolitanum testem habet, altera (y) ex A F L P D V Vo constat.

Inter codices ad y pertinentes artiore uinculo inter se cohaerent A F P (ab initio usque ad 2,1,63); cf. haec exempla selecta:

1,1,1 cepit] fecit A F P (*corr.* F^4 P^2); 1,2,26 culta] una A F P D^2 (*corr.* F^4 P^2); 1,6,15 *om.* A (*suppl. man. rec.*) F P (*add. ead. man.*); 1,6,25 quem] iam A F (*corr.* F^4) P; 1,8,1 cura] culpa A F P (*corr.* F^4 P^2) : curpa A^2; 1,10,25 irritata] irritatura A F P (*corr.* P^2); 1,13,5 fama] forma A F P (*corr.* P^2); 1,14,19 limen *om.* A F (*add.* F^4) P (*add. ead. man.*); 1,17,19 sepelissent] peperissent A F P (*corr.* A^2 P^2) : rupissent F^4; 1,21 *priori coniungunt* A (*seiungit* A^2) F P.

Quod adtinet ad F P (a 2,1,63 usque ad 2,21,3) cf. haec exempla:

2,3,3 requiescere] cognoscere F (*corr.* F^4) P; 2,3,17 saltat] iactat F (*corr.* F^4) P; 2,3,29 tu nata] limata F (*corr.* F^4) P; 2,6,9 pictae facies] facies picte F P; 2,9,38 precor] quidem F (*corr.* F^4) P V^2; 2,11,1 de te alii] alii de te F P; 2,16,15 amorem] amicam F P D^2;

[52] La Penna, Integr. p. 245.

2,18,10 abiunctos *om.* F P; 2,18,25 est *om.* F (*add.* F^4) P; 2,19,9 nulli] nudi F (*corr.* F^3 : quod non F^4) P; 2,19,30 muscosis] fuscosis F P (*corr.* F^3 P^2).

Quod adtinet ad F L P (a 2,21,3 usque ad finem) cf. haec exempla:

2,21,3 pudet *om.* F (*add.* F^4) L P (*add. ead. man.*); 2,21,7 te *om.* F L P; 2,22,7 nostri] quoniam F (*corr.* F^4) L P D^2; 2,22,24 officium] hospitium F (*corr.* F^4) L P; 2,22,29 e *om.* F L P; 2,26,39 Argus] argo N Δ F^2 P^2 : ergo F L P, *corr.* ς; 2,26,41 desit] spectat F (*corr.* F^4) L P (*corr. ead. man.*); 2,29,27 narratum] narrabat F L P; 2,29,41 deludor] reludor N : rector F L P : recludor Δ, *corr. Housman*; 2,30,39 capiti] campi F (*corr.* F^4) L P; 2,32,8 tibi me] time N : timeo F L P (*corr. ead. man.*); 2,32,13 platanis creber pariter] creber platanis pariter F (pariterque F^2) L P : cr(a)eber pariter platanis Δ; 2,34,48 laqueis] lacrimis F (*corr.* F^4) L P (*corr. ead. man.*); 3,1,38 est *om.* F L P; 3,3,9 uitricesque] uitrices F L P; 3,5,12 arma] ora F L P (*corr.* F^4 P^2); 3,11,39 *nou. eleg. inc.* F L P; 3,19,4 captae] liber(a)e F L P; 4,2,28 corbis in] corbis F L P : corbis ab D V (*corr.* V^2); 4,3,9 pictoque] picto F (-que *add.* F^4) L P; 4,4,1 turpe] pulchre F L P (*corr.* F^2 P^2); 4,11,68 unum *om.* F L P, *suppl.* F^4 P *corr.*

Inter A F L P artiore uinculo inter se cohaerent A F (usque ad 2,1,63) et F L (a 2,21,3 usque ad finem); cf. enim haec exempla:

1,1,13 uulnere] arbore A F (ab *s. l.* F^4); 1,1,22 palleat] placeat A F; 1,8,4 me *om.* A F (*add.* F^4); 1,15,7 Eois] et chois N : h(a)ec chois (choys) A F : ehoys F^2; 1,18,7 inter numerabar] numerabar inter A F; 1,22,10 fertilis] ferulis A F (*corr.* F^4).

2,22,33 classis] calces F (*corr.* F^4) L : casces P; 2,24,41 periisse] peperisse F L; 2,24,46 seruato] ab infido P D V (*corr.* V^2) : fallaci Vo F^3 D^2 : seruato *om.* F (*add.* F^4) L; 3,3,21 est *om.* F L; 3,5,35 plaustra Bootes] flamma boon N : flamma palustra F L : plaustra boet(h)es P *in ras.* Vo; 3,6,5 nuntius esse] esse F (nuntius *add. in mg.* F^4) L : esse relator P V L^2 D^2; 3,13,35 inulei] atque hunili (*ut uid.*) N : humili F L : humilis P : hinuli Δ F^4; 3,16,13 erit *om.* F (*add.* F^4) L; 4,1,144 oculis *om.* F (*add.* F^4) L; 4,2,29 est *om.* FL; 4,11,64 uestro *om.* F (*add.* F^4) L.

Ceteri familiae y codices (D V Vo, quorum consensus siglo Δ designari solet) artissimo uinculo inter se cohaerent; inter sescenta exempla in quibus Δ aliam atque ceteri codices lectionem praebet, haec in primis interpolationem redolent:

1,2,29 uerbis] dictis Δ (*corr.* V^2); 1,3,43 leuiter ... querebar] grauiter ... loquebar Δ (*corr.* V^2); 1,4,16 fallit uterque] fallis utrumque Δ (*corr.* V^2); 1,6,25 semper uoluit] uoluit semper Δ; 1,8,15 in ora] arena Δ (*corr.* V^2); 1,8,22 querar] loquar Δ (*corr.* V^2 Vo^2); 1,8,25 dicam 'licet Atraciis] dicam atraciis licet haec Δ; 1,9,11 Homero] homeri Δ (*corr.* D^2 V^2); 1,9,20 uincula nosse] noscere uincla Δ; 1,12,19 desistere] dissistere N A : discedere Δ; 1,13,6 moram] uiam Δ (*corr.* D^2 V^2); 1,16,8 iacere] tenere Δ (*corr.* V^2); 1,17,26 choro] noto Δ; 1,19,10 Thessalus ... uenerat] thessalis ... uerberat Δ (*corr.* V^2); 1,20,11 semper cupidas] cupidas semper Δ; 2,5,8 uellicet] uendicet Δ (*corr.* V^2); 2,6,2 fores] pedes Δ; 2,9,17 ueris] uiris N P F^2 : iuris F : castis Δ, *corr.* P^2; 2,19,1 etsi me] et sine me Δ; 2,19,4 sinat ... probam] sinet ... meam Δ; 2,19,26 boues] pedes Δ (*corr.* V^2); 2,23,1 et *om.* Δ; 2,32,13 platanis creber pariter] creber platanis pariter F (pariterque F^2) L P : cr(a)eber pariter platanis Δ; 2,34,53 † erum(p)nas †] erum(p)nas F L P : undas Δ, *om.* N; 4,2,34 fautor] fauor N : fauuor F : faunor L F^2 : faunus Δ F^4 : fauon P *in ras.*; 4,11,8 herbosos] umbrosos Δ; 4,11,102 auis] aquis N F L P V^2 : equis Δ P^2, *corr. Heinsius.*

Inter familiae Δ codices artiore uinculo inter se cohaerent D V; cf. enim haec exempla:

2,15,43 neque esset] esset neque D V; 2,32,61 es tuque] tuque es N F L P Vo : siue es D V, *corr. Baehrens*; 3,7,46 nil nisi fleret opes] nil ubi flere potest N F (*et* F^4) L P Vo : nil nisi flere potest D V F^3, *corr. Baehrens*; 3,16,29 humer ignotae] humeri ignotae N : humor ignotae F L P (humet P^2) : ignotae humor D V (humer V^2); 3,18,20 gemmea] semina D V; 4,1,89 Arria] accia D V (*corr.* V^2) F^2 : arua L; 4,2,28 corbis in] corbis F L P : corbis ab D V (*corr.* V^2) F^3; 4,8,38 Graeca] grata D V (*corr.* V^2); 4,8,44 reccidit] recidit F L P : decidit D V : recidite Vo; 4,9,40 uastas] uatas N : natas F L P D^2 : uacuas D V; 4,10,17 uirtu-

tisque] uirtutemque F L P Vo (*corr.* F^4 P^2) : uirtutumque D V (*corr.* V^2).

Nulla certa exempla exstare mihi uidentur quibus demonstretur codices F L P contaminationis uestigia cum N exhibere; haec tantummodo non minimi momenti sunt:

N F: 1,13,13 ego *om.* N F (*add.* N^2 F^4); 2,15,8 lente] lecte N F V^2; 3,24,33 (= 3,25,13) cupias] capias N F : cupies V Vo.
N L: 4,7,7 capillos] capillis N L.
N P: 3,2,6 in muri] innumeri N P : in numeri L Vo : inineri F: immineri F^2.

Parui momenti mihi uidentur exempla in erroribus consensus inter N et Δ:

1,12,17 calores] colores N Δ (*corr.* N^2 V^2); 1,18,18 non ulla] non nulla N Δ : non illa P; 2,20,23sq. non numquam ... non numquam] non umquam ... non umquam N Δ; 2,22,30 num] non N Δ; 2,26,39 Argus] argo N Δ F^2 P^2 : ergo F L P, *corr.* ς; 2,26,57 quod] quid N Δ; 2,27,27 sis] sit N Δ F^4 : fit F L P, *corr.* ς; 3,2,15 comites] comitis N Δ : comiti F L P, *corr.* F^4 V^2; 3,13,10 Icarioti] icariote (yc-) N Δ F^4 P^2 : icariore (yc-) F L P, *corr.* V^2.

Nihil ualent exempla in erroribus consensus inter N et D, N et V:

N D: 3,1,26 isse] esse N D : ille F; 4,7,85 hic Tiburtina iacet] sed tiburna iacet hic N D : sed tiburtina iacet hic F : tiburina iacet hic Vo V *in ras.* : sed tribuna iacet hic L, *corr.* P *in ras.*
N V: 2,20,10 Danaes] danes N V F^4 : damnes P D Vo : demes F, *corr.* ς; 4,3,36 sine aqua] sine qua N V (*corr.* N^2 V^2).

Quod adtinet contra ad Vo, eum Neapolitani, uel cuiusdam codicis deperditi cum N cognati, lectiones cognouisse pro certo adfirmare licet; quod ostendunt non modo plurima exempla in uera lectione consensus inter Vo et N, cum contra ceteri familiae y codices deprauatum textum exhibeant, sed etiam haec in erroribus consensus exempla:

2,9,38 promite] promitte N Vo : pincte F (*corr.* F^4); 2,25,5 annosus] annosis N (*corr. ead. man.*) Vo; 3,11,25 quam] qua N Vo F^4 P^2 V^2; 3,14,17 harenis] habenis N Vo F^4 V^2 : athenis F L P D V, *corr.* ς; 3,15,7 haud] aut N Vo : hanc F (*corr.* F^2) : haut V^2; 3,16,12 sic licet] scilicet N Vo V^2 : si licet F L P D V; 3,23,20 duras] diras N Vo F^4; 4,4,57 at] aut N Vo (*corr.* N^2) : ac L D V^2; 4,5,28 simules] similes N Vo F^4 P^2 V^2 : *om.* F L P D V, *corr.* ς; 4,8,37 uitrique] utrique N Vo F^4 L^2 V^2 : uterque F L P D V, *corr. Scaliger*; 4,8,85 lacernas] lucernas N Vo : laternas F P (*corr.* P^2).

Quod adtinet ad subarchetypum commune codicum P Δ, non facile ad credendum adducor hoc certe ostendere posse exempla quae sequuntur:

1,8,19 ut te] utere P Δ (*corr.* V^2); 2,20,11 et aeratas] ferratas P Δ; 2,33,16 uia] uia est P Δ; 3,7,1 uitae] uit(a)e es P Δ F^4.

Cf. praeterea haec exempla:

1,2,20 auecta] aduecta P Δ (*corr.* V^2); 1,6,4 Memnonias] in emonias P Δ (*corr.* P^2 V^2); 1,9,15 quid] quod P (*corr.* P^2) Δ F^4; 1,11,15 amota] amoto P Δ; 1,17,6 increpat] increpet P Δ (*corr.* V^2); 2,5,21 periuro] periur(a)e P Δ (*corr.* V^2); 2,8,15 ecquandone] et quando (quoniam Vo) ne P Δ : et (ec F^4) quando ue F; 2,15,22 haec] hoc P Δ; 2,26,10 quaeque] quemque P Δ (*corr.* V^2); 3,7,46 at] et P Δ.

Maxima inter uiros doctos controuersia exstitit de familiae Δ (praecipueque codicum D V) auctoritate; de Propertii textu recensendo disserens, iam dixi alios editores Neapolitano D et V anteposuisse (Baehrens), alios eandem ac Neapolitano auctoritatem iis tribuisse (Solbisky, Housman), alios nullum pondus eis esse censuisse (Leo a. 1880, Postgate, Rothstein, Ullman), alios denique saniore iudicio usos esse, cum affirmauissent familiae Δ codices lectiones prorsus non spernandas interdum nobis tradidisse (Weber, Leo a. 1898, Hosius). Post alteram editionem a Rothstein curatam, si uirorum doctorum Neumann[53], Richmond[54], Butler et Barber[55] peruestigationes

[53] E. Neumann, De cottidiani sermonis apud Propertium proprietatibus, diss. Königsberg 1925; illius sententia et D et V

excipimus, optime de tota hac re meriti sunt P. J. Enk et A. La Penna, alter alteri repugnans: P. J. Enk enim demonstrare conatus est[56] D et V hic illic lectiones seruasse, quae ex ipsa antiquitate ad nos peruenerunt. Contra A. La Penna D et V aliam uiam ad archetypum restituendum praebere omnino negat; attamen, ut ille censet, Δ ad fontem communem codicum L P restituendum nobis est auxilio et, si cum F conspirat, codicum F L P Δ subarchetypi, id est Petrarcae codicis, lectiones nobis praebet[57].

Quam sententiam omnino probo teque, beneuole lector, seriem supra prolatam locorum ubi consentiunt in erroribus D V Vo ut legas magnopere hortor; quae exempla ostendere mihi uidentur Δ persaepe textum traditum immutauisse. Praeterea, nonnullis facillimis correcturis exceptis, Δ plurimas emendationes exhibet, quae doctrinam eruditionemque redolent: cf. e. g. haec exempla:

1,8,7 pruinas Δ] ruinas N A F P; 2,9,2 eiecto D Vo] electo N F P V (*corr.* V^2); 2,11,2 laudet Δ] ludit N F P V^2; 2,28,29 omnis heroidas inter Δ] inter heroidas omnis N F L P; 2,32,8 tibi me

ualde interpolati sunt; attamen interdum genuini textus uestigia nobis tradunt.

[54] In editionis Cantabrigiensis a. 1928 apparatu nulla mentio codicum D et V inuenitur.

[55] In editionis Oxoniensis a. 1933 commentario instructae praefatione rectas familiae Δ lectiones e coniectura originem ducere aut ex eodem, uel non dissimili, fonte manare, qui codicibus L P Neapolitani lectiones tradidit, Butler et Barber contendunt.

[56] Enk Mnem. Ser. IV, 2 (1949) 157-169; Enk, Homm. Herrmann p. 339-345.

[57] La Penna SIFC 25 (1951) 199-215; 230-237. De hac re nuperrime disserens, haec scribit La Penna, Integr. p. 246: "E' molto più prudente ritenere che Δ sia una recensione umanistica formata attraverso contaminazione con la prima famiglia e lavoro di emendazione (...). Tale recensione si è formata probabilmente in ambiente fiorentino nella terza decade del Quattrocento."

Δ P *corr.*] time N : timeo F L P; 2,34,37 Arion Δ] orion N F L P; 3,5,35 plaustra Bootes D V] flamma boon N : flamma palustra F (*sed* flamma *del. et* boothes *in fine uers. scrips.* F[4]) L : plaustra boet(h)es P *in ras.* Vo; 3,11,51 uaga Δ] uada N F L P; 4,4,32 formosa Δ] famosa N F L P V^2; 4,9,47 Sidonia Δ F^2] symonia N : sinonia F L P.

Negatiuum adhibui apparatum; eundem positiuum reddidi tantummodo ubi N lacunam praebet (4,11,17-76) codicesque μ υ, qui ex N manant, eius locum tenent. Persaepe in apparatu aliis locis allatis qui apti uidebantur, lectionem a me electam ueram ostendere conatus sum. Hoc enim censeo primum esse editoris officium, cum contra magis magisque editiones criticae codicum errores tantummodo nobis exhibeant ideoque nullius fere utilitatis lectoribus sint. Quod ad codicum errores adtinet corruptelas omisi quae ex mero scribae lapsu uel e re orthographica originem ducunt.

Barii, 1978. PAVLVS FEDELI

LIBRORVM CONSPECTVS

Abel	W. Abel, Die Anredeformen bei den römischen Elegikern, Berlin 1930.
Axelson	B. Axelson, Der Mechanismus des ovidischen Pentameterschlusses, in: Ouidiana. Recherches sur Ovide, Paris 1958, p. 121-135.
-	-, Unpoetische Wörter, Lund 1945.
Baehrens	Sex. Propertii elegiarum libri IV, rec. Aem. Baehrens, Lipsiae 1880.
Bausch	H. Bausch, Studia Propertiana de liberiore usu ablatiui, diss. Marburg 1920.
B.-B.	The Elegies of Propertius, ed. with an introduction and commentary by H. E. Butler and E. A. Barber, Oxford 1933.
Beroaldus	Commentarii in Propertium a Phil. Beroaldo editi, Bononiae 1486-87.
Birt	Th. Birt, Codex Guelferbytanus Gudianus 224 olim Neapolitanus phototypice editus, Leiden 1911.
Brandt	C. Brandt, Quaestiones Propertianae, diss. Berlin 1880.
Brenous	J. Brenous, Étude sur les Hellénismes dans la syntaxe latine, Paris 1895.
Buecheler	F. Buecheler, Kleine Schriften I-III, Leipzig 1915-30.
Butler	Sex. Properti opera omnia, with a commentary by H. E. Butler, London 1905.
Cairns	F. Cairns, Propertius 2,19,32, in: Daube noster. Essays in legal history for David Daube, Edinburgh 1974, p. 1-3.
-	-, Generic Composition in Greek and Roman Poetry, Edinburgh 1972.

Camps — Propertius. Elegies. Book I-IV, ed. by W. A. Camps, Cambridge; I: 1961; II: 1967; III: 1966; IV: 1965.

Dornseiff — F. Dornseiff, Verschmähtes zu Vergil, Horaz und Properz, Berlin 1951.

Draeger — A. Draeger, Historische Syntax der lateinischen Sprache I. II, Leipzig [2]1878-81.

Enk — Sex. Propertii elegiarum liber I (Monobiblos). II, ed. P. J. Enk, Lugduni Bat. 1946-62.

- — P. J. Enk, Ad Propertii carmina commentarius criticus, Zutphaniae 1911.

- — -, Nouae obseruationes de codicibus Propertianis Dauentriensi I.82 (olim 1792) et Ottoboniano Vaticano 1514, in: Hommages à Léon Herrmann, Bruxelles 1960, p. 339-345.

Fedeli — Properzio. Elegie. Libro IV, testo critico e commento a cura di P. Fedeli, Bari 1965.

Ferguson — A. C. Ferguson, The Manuscripts of Propertius, diss. Chicago 1934.

Flinck-Linkomies — E. Flinck-Linkomies, De ablatiuo absoluto quaestiones, Helsingfors 1929.

Fordyce — C. J. Fordyce, Catullus, Oxford 1961.

Fraenkel — E. Fraenkel, Horace, Oxford 1957.

- — -, Kleine Beiträge zur klassischen Philologie. I. II. Roma 1964.

Frazer — Publii Ouidii Nasonis Fastorum libri VI, ed. with a translation and commentary by J. G. Frazer, I-IV, London 1929.

Friedrich — G. Friedrich, Catulli Veronensis liber, Leipzig & Berlin 1908.

Giardina — Sex. Propertii elegiarum liber II, ed. breui commentario instruxit I. C. Giardina, Torino 1977.

Grassmann — V. Grassmann, Die erotischen Epoden des Horaz. Literarischer Hintergrund u. sprachliche Tradition, München 1966.

Gross	O. Gross, De metonymiis sermonis Latini a deorum nominibus petitis, diss. Halle 1911 (p. 301-410).
Hand	F. Hand, Tursellinus seu de particulis Latinis commentarii I-IV, Leipzig 1829-45.
Hartman	J. Hartman, De prima Propertii elegia, Mn 46 (1918) 105-110.
-	-, Propertiana, Mn 49 (1921) 311-332. 340-351. 427-448; 50 (1922) 91-111. 184-212. 257-292.
Haupt	M. Haupt, Opuscula I-III, Leipzig 1875-76.
-	Chr. Belger, Moriz Haupt als academischer Lehrer, Leipzig 1879.
Havet	L. Havet, Notes critiques sur Properce, Paris 1916.
Hertzberg	G. A. B. Hertzberg, Sex. Aurelii Propertii elegiarum libri IV, I-III, Halle 1843-45.
Hetzel	J. Hetzel, Beiträge zur Erklärung des Propertius, Gymn.Progr. Dillenburg 1890.
Hofmann	J. B. Hofmann, Lateinische Umgangssprache, Heidelberg [3]1951.
Housman	The Classical Papers of A. E. Housman, collected and ed. by J. Diggle and F. R. D. Goodyear, I-III, Cambridge 1972.
H.-Sz.	J. B. Hofmann - A. Szantyr, Lateinische Syntax und Stilistik, München 1965.
Hubaux	J. Hubaux, Rimes, assonances et consonances dans Properce IV,3, in: Hommages à M. Niedermann, Bruxelles 1956, p. 174-178.
Hubbard	M. Hubbard, Propertius, London 1974.
Hus	A. Hus, 'Docere' et les mots de la famille de 'docere', Paris 1965.
Ites	M. Ites, De Propertii elegiis inter se conexis, diss. Göttingen 1908.
Jachmann	G. Jachmann, Eine Studie zu Properz, in: Festschrift F. Schulz II, Weimar 1951, p. 179-187.

- -, Jachmann, Zur Frage der Verswiederholung in der augusteischen Dichtung, in: Studi in onore di U. E. Paoli, Firenze 1956, p. 393-421.

Jacoby F. Jacoby, Kleine philologische Schriften I-II, Berlin 1961.

Jocelyn The Tragedies of Ennius. The Fragments ed. with an introduction and commentary by H. D. Jocelyn, Cambridge 1969.

Kambylis A. Kambylis, Die Dichterweihe und ihre Symbolik. Untersuchungen zu Hesiodos, Kallimachos, Properz und Ennius, Heidelberg 1965.

Keil H. Keil,Obseruationes criticae in Propertium, diss. Bonn 1843.

Knoche U. Knoche, Gedanken zur Interpretation von Properzens Gedicht II 28, in: Miscellanea Properziana, Assisi 1957, p. 49-70.

Kocher U. I. Kocher, Properz III 22. Text, Übersetzung, Kommentar, diss. Zürich 1974.

Kroll Catull, hrsg. u. erkl. von W. Kroll, Stuttgart ^{4}1960 (^{5}1968; ^{6}1980).

- W. Kroll, Studien zum Verständnis der römischen Literatur, Stuttgart 1924.

K.-St. R. Kühner - C. Stegmann, Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache I. II^{3}, Hannover 1955.

Kühner-Holzweissig R. Kühner - F. Holzweissig, Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache. Elementar-, Formen- und Wortlehre, Hannover ^{3}1955.

Kuinoel Sex. Aurelii Propertii carmina rec., illustr. Ch. Th. Kuinoel I. II, Lipsiae 1805.

Lachmann Sex. Aurelii Propertii carmina emendauit ad codicum meliorem fidem et annotauit C. Lachmann, Lipsiae 1816.

- K. Lachmann, Kleinere Schriften zur classischen Philologie, hrsg. von J. Vahlen, Berlin 1876.

La Penna A. La Penna, L'integrazione difficile. Un profilo di Properzio, Torino 1977.

Prop. -, Properzio. Saggio critico seguito da due ricerche filologiche, Firenze 1951.

Leo F. Leo, Ausgewählte kleine Schriften, hrsg. u. eingel. von E. Fraenkel, I. II, Roma 1960.

\- -, Plautinische Forschungen, Berlin ^{2}1912.

\- -, Annaei Senecae Tragoediae, rec. et em. F. Leo, I, Berlin 1878.

\- -, Über einige Elegien Tibulls, Berlin 1881.

Leumann M. Leumann, Kleine Schriften zur lateinischen, griechischen, indogermanischen und allgemeinen Sprachwissenschaft, Zürich 1959.

\- -, Lateinische Laut- und Formenlehre, München ^{2}1977.

Löfstedt E. Löfstedt, Coniectanea. Untersuchungen auf dem Gebiete der antiken und mittelalterlichen Latinität, Uppsala & Stockholm 1950.

\- -, Philologischer Kommentar zur Peregrinatio Aetheriae. Untersuchungen zur Geschichte der lateinischen Sprache, Uppsala 1911.

\- -, Syntactica, Lund I^{2}: 1942; II: 1933.

\- -, Vermischte Studien zur lateinischen Sprachkunde und Syntax, Lund 1936.

Luck Properz und Tibull. Elegien, lat. u. deutsch von G. Luck, Zürich 1964.

Madvig I. N. Madvig, Aduersaria critica I-III, Kopenhagen 1871-84.

\- M. Tullii Ciceronis de finibus bonorum et malorum libri quinque, Io. Nicolaus Maduigius rec. et enarr., Kopenhagen 1876.

Mersmann H. Mersmann, Quaestiones Propertianae. (Quo tempore Propertius natus sit, quae ratio inter Properti elegiam IV 3 et

Ouidi epistulas heroidum intercedat), comm. Paderborn 1931.

H. D. Meyer H. D. Meyer, Die Außenpolitik des Augustus und die augusteische Dichtung, Köln & Graz 1961.

L. Müller L. Müller, De re metrica poetarum Latinorum praeter Plautum et Terentium, Leipzig ²1894.

Neue-Wagener C. Neue - C. Wagener, Formenlehre der lateinischen Sprache, Leipzig (II. III: Berlin) I³: 1902; II³: 1892; III³: 1897; IV³: 1905.

E. Neumann E. Neumann, De cottidiani sermonis apud Propertium proprietatibus, diss. Königsberg 1925.

R. Neumann R. Neumann, Qua ratione Ouidius in Amoribus scribendis Propertii elegiis usus sit, diss. Göttingen 1919.

Nisbet - Hubbard A Commentary on Horace: Odes. Book I, by R. G. M. Nisbet and M. Hubbard, Oxford 1970.

Norden P. Vergilius Maro. Aeneis. Buch VI, erkl. von E. Norden, Berlin & Leipzig ²1916.

\- E. Norden, Agnostos Theos. Untersuchungen zur Formengeschichte religiöser Rede, Leipzig & Berlin 1913.

\- -, Kleine Schriften zum klassischen Altertum, hrsg. von B. Kytzler, Berlin 1966.

Oldfather W. A. Oldfather, The Sneeze and Breathing of Love, in: Classical Studies pres. to E. Capps, Princeton 1936, p. 268-281.

Otto A. Otto, Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer, Leipzig 1890.

Pasoli E. Pasoli, In Propertii Monobiblon commentationes, Bologna 1957.

- IV -, Sesto Properzio. Il libro quarto delle elegie, Bologna ²1967.

\- -, Persio e il bagno durante il banchetto (Sat. 3,98-106): tecnica imitativa ed espressionismo, in: Scritti in onore di A. Scolari, Verona 1976, p. 223-233.

-	-, Critica del testo e critica letteraria, in: Scritti in onore di Mons. G. Turrini, Verona 1973, p. 577-588.
-	-, Loci Propertiani, in: Studi in onore di L. Bianchi, Bologna 1960, p. 179-185.
Pasquali	G. Pasquali, Orazio lirico, Firenze ²1964.
Passerat	Ioannis Passeratii Commentarii in C. Val. Catullum, Albium Tibullum et Sex. Aur. Propertium cum tribus accuratissimis rerum, uerborum, auctorum et emendationum indicibus, Parisiis 1608.
Pfeiffer	Callimachus, ed. R. Pfeiffer, I. II, Oxford 1949-53.
Pichon	R. Pichon, Index uerborum amatoriorum, Paris 1902.
Pinotti	P. Pinotti, Alessandrinismo e poikilia stilistica nell'elegia IV 8 di Properzio, in: Atti della Accademia delle Scienze di Bologna 64 (1975-76) 127-172.
Platnauer	M. Platnauer, Latin Elegiac Verse, Cambridge 1951.
Plessis	F. Plessis, Études critiques sur Properce et ses élégies, Paris 1884.
Pohlenz	M. Pohlenz, Kleine Schriften, hrsg. von H. Dörrie, I. II, Hildesheim 1965.
Quadlbauer	F. Quadlbauer, Non tutior ibis. Zu Properz II 34,35, in: Festgabe H. Gerstinger, Graz 1967, p. 53-68.
Rasner	G. Rasner, Grammatica Propertiana ad fidem codicum retractata, Marpurgi Chattorum 1917.
E. Reitzenstein	E. Reitzenstein, Über die Elegie des Properz auf den Tod der Cornelia, Abhandlungen d. Geistes- und sozialwiss. Kl., Mainz 1970, 6.
-	-, Wirklichkeitsbild und Gefühlsentwicklung bei Properz, Philologus Suppl. 29,2, Leipzig 1936.
R. Reitzenstein	R. Reitzenstein, Hellenistische Wundererzählungen, Leipzig ²1906; repr. Stuttgart ²1963.

- -, Zur Sprache der lateinischen Erotik, Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie der Wissenschaften, Phil.-hist. Kl., 1912, 12.

Richmond Sexti Properti quae supersunt opera ed. nouoque apparatu critico instruxit O. L. Richmond, Cambridge 1928.

Risberg B. Risberg, Emendationes et explicationes Propertianae, Vpsaliae 1895, 31sq.

Rossberg C. Rossberg, Lucubrationes Propertianae, GymnProgr. Stade, Berlin 1877.

Rothstein Die Elegien des Sextus Propertius, erkl. von M. Rothstein, I. II, Berlin ^{2}1920.

K. P. Schulze K. P. Schulze, Beiträge zur Erklärung der Römischen Elegikern I, Berlin 1893.

W. Schulze W. Schulze, Quaestiones epicae, Gütersloh 1892.

Schuster Sex. Propertii elegiarum libri IV, rec. M. Schuster (ed. II cur. F. Dornseiff), Lipsiae ^{2}1958.

Sh. Bailey D. R. Shackleton Bailey, Propertiana, Cambridge 1956.

- Cicero's Letters to Atticus, ed. by D. R. Shackleton Bailey, I-VII, Cambridge 1965-70.

Skutsch O. Skutsch, Studia Enniana, London 1968.

Smyth W. R. Smyth, Thesaurus criticus ad Sexti Propertii textum, Leiden 1970.

Solbisky F. Solbisky, De codicibus Propertianis, Lipsiae 1882.

Sommer F. Sommer, Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre, Heidelberg ^{3}1948.

Spandau A. Spandau, De sermone Propertiano specimen primum, Lipsiae 1888.

Stroh W. Stroh, Die römische Liebeselegie als werbende Dichtung, Amsterdam 1971.

Svennung J. Svennung, Catulls Bildersprache, Uppsala 1945.

-	-, Untersuchungen zu Palladius und zur lateinischen Fach- und Volkssprache, Uppsala 1935.
Tovar	A. Tovar, Loci Propertiani, in: Hommages à M. Niedermann, Bruxelles 1956, p. 324-328.
Tränkle	H. Tränkle, Die Sprachkunst des Properz und die Tradition der lateinischen Dichtersprache, Wiesbaden 1960.
Uhlmann	G. Uhlmann, De Sex. Properti genere dicendi, diss. Münster 1909.
Vahlen	J. Vahlen, Gesammelte philologische Schriften I. II, Leipzig & Berlin 1911-23.
-	, Opuscula academica I. II, Leipzig 1907-08.
Vulpius	Catulli, Tibulli et Propertii carmina ex recensione Io. Ant. Vulpii cum eiusdem obseruationibus atque ind. locupl., Patauiae 1710.
Wackernagel	J. Wackernagel, Vorlesungen über Syntax I. II, Basel ²1950-57.
Waszink	J. H. Waszink, Propertianum, in: Hommages à L. Herrmann, Bruxelles 1960, p. 786-800.
Weinreich	O. Weinreich, Gebet und Wunder. Zwei Abhandlungen zur Religions- und Literaturgeschichte, in: Genethliakon W. Schmid, Stuttgart 1929, p. 169-464.
Wilamowitz	U. v. Wilamowitz-Moellendorff, Hellenistische Dichtung in der Zeit des Kallimachos I. II, Berlin 1924.
-	-, Euripides. Herakles I. II, Berlin 1895.
-	-, Kleine Schriften I-VI, Berlin 1935-72.
Williams	G. Williams, Tradition and Originality in Roman Poetry, Oxford 1968.
Wimmel	W. Wimmel, Kallimachos in Rom. Die Nachfolge seines apologetischen Dichtens in der Augusteerzeit, Wiesbaden 1960.
Wistrand	E. Wistrand, Miscellanea Propertiana, Göteborg 1977.

EPHEMERIDVM ALIORVMQVE VOLVMINVM COMPENDIA

AAPropSub	Atti dell'Accademia Properziana del Subasio
AAVer	Atti dell'Accademia di Agricoltura, Scienze e Lettere di Verona
ACl	L'Antiquité Classique
Aeu.	Aeuum
AIV	Atti dell'Istituto Veneto di Scienze, Lettere ed Arti
AJPh	American Journal of Philology
ALL	Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik
Athen.	Athenaeum
BICSt	Bulletin of the Institute of the Classical Studies of the University of London
BPEC	Bollettino del Comitato per la Preparazione dell'Edizione nazionale dei Classici greci e latini
BPhW	Berliner Philologische Wochenschrift
ClPh	Classical Philology
ClQ	Classical Quarterly
ClR	Classical Review
Conu.	Conuiuium
CRAI	Comptes rendus des séances de l'Académie des Inscriptions et Belles Lettres
DArch.	Dialoghi di Archeologia
Em	Emerita
Er	Eranos
Euphr.	Euphrosyne
GIF	Giornale Italiano di Filologia
Gl	Glotta
Gn	Gnomon
G&R	Greece and Rome
Herm.	Hermes
Hermath.	Hermathena
HStCPh	Harvard Studies in Classical Philology
Hum	Humanitas
JKlPh	Jahrbücher für klassische Philologie
JPh	Journal of Philology
JRSt	Journal of Roman Studies
Lat	Latomus
Latin.	Latinitas

MDAIR	Mitteilungen des Deutschen Archäologischen Instituts, Röm. Abt.
MH	Museum Helueticum
Mn	Mnemosyne
NJ	Neue Jahrbücher für Wissenschaft und Jugendbildung
PCPhS	Proceedings of the Cambridge Philological Society
PhW	Philologische Wochenschrift
Ph.	Philologus
Phoen.	Phoenix
Prom.	Prometheus
QS	Quaderni di Storia
RCCM	Rivista di Cultura Classica e Medievale
RE	Pauly-Wissowas Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft
REL	Revue des Études Latines
RFIC	Rivista di Filologia e d'Istruzione Classica
RhM	Rheinisches Museum
RIL	Rendiconti dell'Istituto Lombardo
RPh	Revue de Philologie
RStC	Rivista di Studi Classici
SIFC	Studi Italiani di Filologia Classica
SO	Symbolae Osloenses
TAPhA	Transactions and Proceedings of the American Philological Association
TCPhS	Transactions of the Cambridge Philological Society
TOPhS	Transactions of the Oxford Philological Society
ThLL	Thesaurus linguae Latinae
UnSt	University of Nevada Studies
WJA	Würzburger Jahrbücher für die Altertumswissenschaft
WSt	Wiener Studien

SIGLA

N Neapolitanus, nunc Guelferbytanus Gudianus 224, circa annum 1200 scriptus

A Leidensis Vossianus Lat. 38 (*desinit 2,1,63*), circa annum 1300 scriptus

F Laurentianus plut. 36.49, circa annum 1380 scriptus

L Holkham. Misc. 36 (nunc Bodleianus), olim Holkhamicus 333 (*incipit 2,21,3*), anno 1421 scriptus

P Parisinus Lat. 7989, anno 1423 scriptus

D Dauentriensis I.82 (olim 1792) (*incipit 1,2,14*), saeculo XV scriptus

V Vaticanus Ottobonianus Lat. 1514, saeculo XV scriptus

Vo Leidensis Vossianus 117, saeculo XV scriptus

μ Parisinus Lat. 8233, seu Memmianus, anno 1465 scriptus

υ Vaticanus Urbinas Lat. 641, saeculo XV scriptus

ω codicum consensus N A F P V Vo *ab initio ad 1,2,13*
N A F P D V Vo *a 1,2,14 ad 2,1,63*
N F P D V Vo *a 2,1,64 ad 2,21,2*
N F L P D V Vo *a 2,21,3 ad finem*

Δ consensus codicum D V Vo

ς codices deteriores

SEXTI PROPERTI ELEGIARVM

LIBER PRIMVS

MONOBIBLOS

1

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,
   contactum nullis ante Cupidinibus.
tum mihi constantis deiecit lumina fastus
   et caput impositis pressit Amor pedibus,
donec me docuit castas odisse puellas   5
   improbus, et nullo uiuere consilio.
et mihi iam toto furor hic non deficit anno,
   cum tamen aduersos cogor habere deos.

incipit propertius N : incipit monobiblos propercii aurelii naute ad tullum A : incipit monobiblos propertii aurelii naute ad tullium. heroys prima F : monobiblos propertii aurelii naute ad tullum. incipit liber primus feliciter P : propertii aurelii naute umbri monobiblos incipit ad tullum V : *inscriptione caret* Vo

1 heroys prima A F   1 prima] sola P (*corr.* P[2])   cepit] fecit A F P (*corr.* F[4] P[2]); *cf. Meleag. AP 12,101,3* τὸν θρασὺν εἷλον ἐγώ, *Parthen. Erot. path. 9,1* τὸν τῶν Ἐρυθραίων ἡγεμόνα Διόγνητον εἷλον   3 tunc A F P   5 castas docuit V (*corr.* V[2]) Vo; *sed cf. CLE 354,1 B.* candida me docuit nigras odisse puellas   7 ei mihi *Rossberg; cf. tamen de nexu* et ... non *K.-St. II 40sq., ThLL V 2,905,65sqq., de* deficio + *dat. Caes. Gall. 3,5,1, Cic. rep. frg. 7 (p. 111,17-20 Ziegler[7])*   totis ... annis P V (*corr.* V[2]) Vo : toto ... annis A F (*corr.* F[4])

Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
  saeuitiam durae contudit Iasidos. 10
nam modo Partheniis amens errabat in antris,
  ibat et hirsutas ille uidere feras;
ille etiam Hylaei percussus uulnere rami
  saucius Arcadiis rupibus ingemuit.
ergo uelocem potuit domuisse puellam: 15
  tantum in amore preces et bene facta ualent.
in me tardus Amor non [n]ullas cogitat artis,
  nec meminit notas, ut prius, ire uias.
at uos, deductae quibus est fallacia lunae
  et labor in magicis sacra piare focis, 20
en agedum dominae mentem conuertite nostrae,
  et facite illa meo palleat ore magis!

9 minalion N A F P V : mimalion F[4] nullo A F (*corr.* F[4]) **11** *post hunc uersum duos uersus excidisse putat Housman, cuius sententia altero* modo *uel* rursus *uel* interdum *hic caremus; cf. tamen ThLL VIII 1313,43sqq., Wölfflin ALL 2 (1885) 252sqq., Tränkle 15, qui seriem* modo ... et ... etiam *iure tuentur* **12** ille] saepe *cod. Vat. Lat. 1611, prob. Sh. Bailey 3; sed de pronomine* ille ἀπὸ κοινοῦ *cf. ThLL VIII 362,52sqq.* uidere] ferire *Heinsius* : ciere *Baehrens; sed cf. Verg. buc. 10,52, Fedeli RFIC 102 (1974) 405sq.* **13** psilli (psy-) ω, *corr. Franciscus Arretinus* uulnere] arbore A F (ab *s. l.* F[4]) : uulnere *in ras.* P[2] : pondere *codd. Passeratii* : robore ς : uerbere *Baehrens; sed de uoce* uulnus = ictus *cf. Verg. Aen. 2,436, Ouid. met. 12,104, Sen. Herc. O. 160, Sil. 2,92, Val. Fl. 6,653, Lucan. 3,568* **17** non nullas ω : non illas *Dousa, corr.* ς **18** memini A F (*corr.* F[4]) P **19** aut *Hartman; sed particula* at *persaepe precationes inducit; cf. ThLL II 995,53sqq.* pellacia *Fruter*; *sed cf. u. 23* tunc ego crediderim *et Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 22sq.* **20** sacra] fata *Fontein* : astra *Unger; uersum recte interpretatur Cairns ClQ 68 (1974) 102, coll. Tib. 1,2,59-64* **22** placeat A F; *sed cf. Theocr. 2,88* καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ

tunc ego crediderim uọbis et sidera et amnis
  posse † cythalinis † ducere carminibus.
aut uos, qui sero lapsum reuocatis, amici, 25
  quaerite non sani pectoris auxilia.
fortiter et ferrum saeuos patiemur et ignis,
  sit modo libertas quae uelit ira loqui.
ferte per extremas gentis et ferte per undas,
  qua non ulla meum femina norit iter: 30
uos remanete, quibus facili deus annuit aure,
  sitis et in tuto semper amore pares.
in me nostra Venus noctes exercet amaras
  et nullo uacuus tempore defit Amor.
hoc, moneo, uitate malum: sua quemque moretur 35
  cura, neque assueto mutet amore locum.
quod si quis monitis tardas aduerterit auris,
  heu referet quanto uerba dolore mea!

24 cythalinis N : citalinis F P : cithalinis A F^{2} P^{2} : cytalinis V Vo : citheinis V^{2} : citeinis P^{rec} *in mg.* : cithainis N^{2} : Cytaeaeis *Guyet* : Cytaeines (*prob. Prinz WSt 54 [1936] 87, qui adfinitatem quandam cum uocibus q. s.* heroine *uel* nereine *hic inesse censet*) *uel* Cytinaeis *Hertzberg* : Cytaeiadis *Leo* (*fort. recte; cf. enim Apoll. Rhod. 2,399; 4,511* Κυταιίδος, *2,1267* Κυταιίδα) : *alii alia* **25** aut] et N A F P V Vo : at F^{4}; *corr. Hemsterhuys, prob. Leo Kl. Schr. II 187; cf. etiam Fedeli SIFC 44 (1972) 184sq.* **29** forte . . . fer(r)e A F (*corr.* F^{3}) **31** facilis F ore ς; *intellege tamen:* (Amor) annuit praebens facilem, *i. e.* propitiam, aurem **32** et] ut *Richards* **33** nostra] dura *Francius* : uestra *Richards*; nostra Venus *communem omnium amantium deam designat* **36** locum] torum *Otto, prob. Housman Class. Pap. 53; sed cf. Plaut. Epid. 137* quia amor mutauit locum, *Ter. Eun. 972* ubi satias coepit fieri, commutat locum

2

Quid iuuat ornato procedere, uita, capillo
  et tenuis Coa ueste mouere sinus,
aut quid Orontea crinis perfundere murra,
  teque peregrinis uendere muneribus,
naturaeque decus mercato perdere cultu, 5
  nec sinere in propriis membra nitere bonis?
crede mihi, non ulla tuae est medicina figurae:
  nudus Amor formae non amat artificem.
aspice quos summittat humus formosa colores,
  ut ueniant hederae sponte sua melius, 10
surgat et in solis formosius arbutus antris
  et sciat indociles currere lympha uias.
litora natiuis † persuadent † picta lapillis
  et uolucres nulla dulcius arte canunt.

2 ad cynthiam (ci-) A F : ad cinthiam improperatio nimii cultus P : ad cynthiam amicam V **1** uitta A F[4] : uicta F P (*corr.* P[2]) : uincta F[3] : uita V[2] *in ras.*; *cf. Svennung Cat. Bild. 110sq. de uocatiuis* uita, lux, ψυχή, ζωή *ad amatam pertinentibus* **7** tua est N A F P, *sed cf. Sh. Bailey 9; de synaloephe cf. u. 17; 1,3,25* **8** nullus F (*corr.* F[4]) : *de nudo Amore cf. Pallad. AP 16,207,1, Philostr. epist. 12 (51),9sq., Ouid. am. 1,10,15* formam *Heinsius, fort. recte: cf. enim Val. Fl. 6,465* artificis ... formae *et adde Prop. 2,31,8* artifices ... boues, *Pers. 5,40* artificem ... uultum. *Sed codicum lectionem optime defendit 2,1,58* solus Amor morbi non amat artificem **9** quot ς : quo *Lachmann* **10** ut] et ω, *corr. cod. Paris. Lat. 7990, prob. Madvig Aduers. II 63* **11–12** et ... et] ut ... ut ς **13** collucent P[2] : persudant V[3] : pellucent ς : praelucent *Hertzberg* : praefulgent *Baehrens* : praegaudent *Otto* : pergaudent *Enk* : sua gaudent *Sh. Bailey* : *alii alia*; *tradita defendunt Vahlen Ges. Phil. Schr. II 110, cuius sententia* picta *idem ac* se picta esse *ualet, et Pasoli Monob. 22, qui* persuadeo *pro* allicio *interpretatur et* ad se admiranda *simul audit* **14** *hic incip.* D

non sic Leucippis succendit Castora Phoebe, 15
  Pollucem cultu non Helaira soror;
non, Idae et cupido quondam discordia Phoebo,
  Eueni patriis filia litoribus;
nec Phrygium falso traxit candore maritum
  auecta externis Hippodamia rotis: 20
sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
  qualis Apelleis est color in tabulis.
non illis studium uulgo conquirere amantis:
  illis ampla satis forma pudicitia.
non ego nunc uereor ne sim tibi uilior istis: 25
  uni si qua placet, culta puella sat est;
cum tibi praesertim Phoebus sua carmina donet
  Aoniamque libens Calliopea lyram,
unica nec desit iucundis gratia uerbis,
  omnia quaeque Venus, quaeque Minerua probat, 30

16 telaria N : tela ira A F : telaira P F^4 : thelaira Δ : ilaira N^2 P^2; *ipse correxi praeeunte W. Schulze Quaest. ep. 466sq., qui dilucide ostendit apud Propertium legi non posse* Hĭlaira (*uide enim* Ἱλάειρα); *cf. contra* Ἑλάειρα **17** ida N Δ : yda A F P; *corr.* N^2 P^2 D^3 V^2 **18** et uenit N : euenit A F P Δ; *corr.* N^2 F^4 P^2 D^3 V^3 **19** non Δ **20** aduecta P Δ (*corr.* V^2) **23** uulgo] uultu *Fontein* : fuco *van Eldik* : cultu *Nodell; sed* conquirere *idem atque* colligere *ualet (cf. ThLL IV 355,27sqq.) et* uulgo *pro* omnibus locis *usurpatur* a(c)quirere A F P (*corr.* F^4) amittes A : amictes F (*corr.* F^4) **24** forma ... ampla A F P **25** *post hunc uersum duos uersus excidisse putat Havet* nunc] non N (*corr.* N^2); *de particula* nunc, *quae de improuiso transitum ad praesentem uitae condicionem designat, cf. Verg. buc. 10,44sq.; Tib. 1,5,35sq.; 1,10,7-13; Leo Kl. Schr. II 32* sis mihi ς : sis tibi *Wehle, fort. recte; cf. enim O. Skutsch ClQ 67 (1973) 316 et uide contra Lachmann 13, qui distichon, mea sententia, recte interpretatur* **26** culta] una A F P D^2 (*corr.* F^4 P^2) **29** ne A F P uerbis] dictis Δ (*corr.* V^2); dictis *prob. Housman Class. Pap. 283; mea quidem sententia perspicuum exemplum doctrinae eruditionisque, quas familiae Δ fons in textu immutando adhibuit, hic habemus; cf. enim Ouid. met. 13,27* neque absit facundis gratia dictis

his tu semper eris nostrae gratissima uitae,
taedia dum miserae sint tibi luxuriae.

3

Qualis Thesea iacuit cedente carina
languida desertis Cnosia litoribus;
qualis et accubuit primo Cepheia somno,
libera iam duris cotibus, Andromede;
nec minus assiduis Edonis fessa choreis 5
qualis in herboso concidit Apidano:
talis uisa mihi mollem spirare quietem
Cynthia non certis nixa caput manibus,
ebria cum multo traherem uestigia Baccho,
et quaterent sera nocte facem pueri. 10
hanc ego, nondum etiam sensus deperditus omnis,
molliter impresso conor adire toro;
et quamuis duplici correptum ardore iuberent
hac Amor hac Liber, durus uterque deus,
subiecto leuiter positam temptare lacerto 15
osculaque admota sumere et arma manu,
non tamen ausus eram dominae turbare quietem,
expertae metuens iurgia saeuitiae;

3 ad cynthiam A F D V : de accessu suo ad cinthiam dormientem P **6** conscidit A F P : considit Δ (*corr.* A^2 P^2 V^2) **7** sperare N A F P D V Vo^2 (*corr.* N^2 F^4 P^2 V^2) : *cf. Theocr. 17,51sq.* μαλακοὺς μὲν ἔρωτας / προσπνείει *et de iunctura* mollis quies *Catull. 63,38. 44; 80,3sq.; Lucr. 4,999* **8** non certis] consertis *Guyet* **16** amota ς; *simul audi tamen* corpori et arma] ad ora *Gronouius* : rapta *Heinsius* : tarda *Scaliger* : rara *Struve* : *alii alia*; *de zeugmate uide Leo Sen. I 196sq., H.-Sz. 832; de uoce* arma *nude posita et amatoria significatione praedita cf. 4,8,88* toto soluimus arma toro, *Petron. 130,4* paratus miles arma non habui; *de cacemphato* (ar m a m a nu) *apud Propertium cf. 1,6,33; 2,7,11; 2,8,32 (= 4,6,34); 2,18,30; 2,32,16; 4,4,26; 4,8,30*

sed sic intentis haerebam fixus ocellis,
Argus ut ignotis cornibus Inachidos. 20
et modo soluebam nostra de fronte corollas
ponebamque tuis, Cynthia, temporibus;
et modo gaudebam lapsos formare capillos;
nunc furtiua cauis poma dabam manibus;
omnia quae ingrato largibar munera somno, 25
munera de prono saepe uoluta sinu;
et quotiens raro duxti suspiria motu,
obstupui uano credulus auspicio,
ne qua tibi insolitos portarent uisa timores,
neue quis inuitam cogeret esse suam: 30
donec diuersas praecurrens luna fenestras,
luna moraturis sedula luminibus,
compositos leuibus radiis patefecit ocellos.
sic ait in molli fixa toro cubitum:
'tandem te nostro referens iniuria lecto 35
alterius clausis expulit e foribus?
namque ubi longa meae consumpsti tempora noctis,
languidus exactis, ei mihi, sideribus?

20 ut ignotae ς : uti notis *Scaliger* : uti natis *Kraffert* : ut in notis *Hailer; quod adtinet ad* ignotus *i. e.* inconsuetus *cf. exempla ab Housman ad Manil. 3,4 allata (Verg. Aen. 11,677sq.; Ouid. am. 2,1,6, trist. 3,8,2; Germ. Arat. 365sq.; Sil. 5,619sqq.)* **25** omniaque ω; *corr. Dousa, prob. Sh. Bailey 12sq.; cf. idem hexametri initium apud Catull. 76,9* **27** duxit ω (*prob. Rothstein I 463, Pasoli Monob. 25*), *corr.* ς; *cf. u. 22* tuis, *u. 29* tibi, *Leo Kl. Schr. II 187* **29** sibi Δ (*corr.* V²) **30** cogerit A F Δ (*corr.* F³ V²) **31** diuisas *Scaliger; sed cf. Postgate PCPhS 1892, 12, qui* diuersas fenestras *opponi* iunctis fenestris *censet; cf. enim Philod. AP 5,123,1-3, qui Properti uersuum est fons* percur(r)rens Δ; *sed de* praecurro *i. q.* praetergredior *cf. 1,13,25, Cic. Lael. 62, Q. Cic. comm. pet. 28* **33** compositis A F P Δ (*corr.* F⁴ P² V²) ocellis A F P (*corr.* A² F⁴ P²) **37** nempe *Burman, sed cf. Spandau Serm. Prop. 24, K.-St. II 115, quorum exempla* namque *optime tuentur*

o utinam talis producas, improbe, noctes,
me miseram qualis semper habere iubes! 40
nam modo purpureo fallebam stamine somnum,
rursus et Orpheae carmine, fessa, lyrae;
interdum leuiter mecum deserta querebar
externo longas saepe in amore moras:
dum me iucundis lapsam Sopor impulit alis. 45
illa fuit lacrimis ultima cura meis.'

4

Quid mihi tam multas laudando, Basse, puellas
mutatum domina cogis abire mea?
quid me non pateris uitae quodcumque sequetur
hoc magis assueto ducere seruitio?
tu licet Antiopae formam Nycteidos, et tu 5
Spartanae referas laudibus Hermionae,
et quascumque tulit formosi temporis aetas;
Cynthia non illas nomen habere sinat:

39 perducas N A F P D V : perducat Vo; *corr.* ς; *quod adtinet ad* producere noctem *i. q.* extendere noctem *cf. Mart. 2,89,1* nimio gaudes noctem producere uino *et adde Verg. Aen. 2,637* producere uitam, *Hor. sat. 1,5,70* producere cenam **43** grauiter ... loquebar Δ (*corr.* V[2]); *cf. Vahlen Opusc. II 252sq., qui dilucide ostendit uoces* leuis *uel* leuiter *cum uerbis 'sonandi' idem ualere ac* lenis *uel* leniter: *cf. e. g. Catull. 64,273* leuiterque sonant plangore cachinni, *Prop. 2,32,15* et leuiter nymphis tota crepitantibus urbe **44** hesterno *Liuineius; sed cf. ThLL V 2,2023,61–68* (externus *i. q.* adulter, riualis) **45** lassam P (*corr.* P[2]) V[2]; *hysteron proteron hic Propertius adhibet*

4 ad bassum A F D V : ad bassum cupientem poetam seducere ab amore cinthie P **4** ducere] uiuere P[2] **6** hermiones P **7** famosi *Struve; sed cf. eandem iuncturam* (formosum tempus) *apud Ouid. fast. 4,129* **8** sinet V[2]

nedum, si leuibus fuerit collata figuris,
  inferior duro iudice turpis eat. 10
haec sed forma mei pars est extrema furoris;
  sunt maiora, quibus, Basse, perire iuuat:
ingenuus color et multis decus artibus, et quae
  gaudia sub tacita ducere ueste libet.
quo magis et nostros contendis soluere amores, 15
  hoc magis accepta fallit uterque fide.
non impune feres: sciet haec insana puella
  et tibi non tacitis uocibus hostis erit;
nec tibi me post haec committet Cynthia nec te
  quaeret; erit tanti criminis illa memor, 20
et te circum omnis alias irata puellas
  differet: heu nullo limine carus eris!
nullas illa suis contemnet fletibus aras,
  et quicumque sacer qualis ubique lapis.
non ullo grauius temptatur Cynthia damno 25
  quam sibi cum rapto cessat amore deus:

9 fuerat A F (*corr.* F[4]) **10** eat *in ras.* A : erat F : erit P **14** dicere ω (*prob. Pasoli Monob. 30*), *corr.* ς *uox* gaudia *cum amatoria significatione usurpatur* (*i. q.* Veneris gaudia); uestis *autem idem ac* stragula uestis *ualet* **16** fallis utrumque Δ (*corr.* V[2]); *simul audi* te *uel* conatus tuos **17** insane *ed. Gryphiana* **19** me] se *Housman; intellege tamen cum Enk I 2,51* nolet te mea consuetudine uti **22** differt A F (*corr.* F[4]) : deferet Δ : diferet V[2]; differre *idem atque* infamare *uel* obtrectare *hic ualet; cf. Hofmann Umg. 201, Tränkle 133* lumine A F P **24** ut *Fontein* : nec *Hoeufft*; *de sententia positiua negatiuae coniuncta per particulam* et *uel* -que *cf. ThLL II 1511,21sqq., H.-Sz. 500* **26** deus] decus *Kraffert, probb. B.-B. 160, qui Stat. silu. 3,5,68sq. conferunt; ego uero qui sit conexus inter Cynthiae pulchritudinem (sic enim B.-B.* decus *interpretantur) eiusque amoris exitum intellegere nequeo;* deus *contra cum uerbo q. e.* cessare *optime congruit: cf. enim Cic. nat. deor. 1,22; 2,59; 3,93*

praecipue nostri. maneat sic semper, adoro,
   nec quicquam ex illa quod querar inueniam!

5

Inuide, tu tandem uoces compesce molestas
   et sine nos cursu, quo sumus, ire pares!
quid tibi uis, insane? meos sentire furores?
   infelix, properas ultima nosse mala,
et miser ignotos uestigia ferre per ignis, 5
   et bibere e tota toxica Thessalia.
non est illa uagis similis collata puellis:
   molliter irasci non solet illa tibi.
quod si forte tuis non est contraria uotis,
   at tibi curarum milia quanta dabit! 10

27 nostro ς; *sed genetiuus subiectiuus personalis pronominis pro adiectiuo possessiuo usurpatur apud Cic. Tusc. 5,36, Val. Max. 9,12 ext. 1, Sen. dial. 1 (= prouid.), 2,4, epist. 61,3, Tac. hist. 3,34; cf. Draeger I 471, K.-St. I 598sq.*

5 ad gallum F D V : ad gallam A : ad gallam amoris improperatorem et inuidum P **2** curru V[2] quaesumus *Hoeufft* **3** meos] tuos A : meos *ex corr.* P[2] : *om.* F *spatio relicto* (meos *suppl.* F[4] feros *et* meos F[3] *in mg.*) : meae (*sc.* Cynthiae) *Hemsterhuys* (*prob. Lachmann 21, qui* furores *pro* ira *interpretatur; sed* furor *insanum Properti amorem erga Cynthiam designat*) : suos *Guyet* **7** uagis] magis A F (*corr.* F[4]) P **8** solet] sciet ς : sinet *uel* sinit *Itali* : uolet *Palmer*; *sed tradita defendi possunt:* solet *enim praesens pro futuro haberi potest; quod adtinet ad datiuum* tibi, *is ab infinitiuo* irasci *pendet aut ethica ui est praeditus* mihi ς **9** quid Δ (*corr.* V[2]); *cf. idem hexametri initium in 2,26,13* ruis N A F P D V : ausis Vo V[2]; *corr.* N[2] D[3] V[3] uotis] nostris ω : uerbis *Housman; corr.* N[3] (*man. rec.*) D[3] V[2]; *cf. Lygd. 4,84* nec tibi crediderim uotis contraria uota, *Pichon Ind. uerb. amat. 300* (uotum *i. q.* cupiditas amatoria) **10** at] ah *Puccius; sed cf. Liu. 9,1,8, Ouid. met. 2,293sq., trist. 2,91sq.*

non tibi iam somnos, non illa relinquet ocellos;
illa feros animis alligat una uiros.
a! mea contemptus quotiens ad limina curres,
cum tibi singultu fortia uerba cadent
et tremulus maestis orietur fletibus horror 15
et timor informem ducet in ore notam
et quaecumque uoles fugient tibi uerba querenti,
nec poteris, qui sis aut ubi, nosse miser!
tum graue seruitium nostrae cogere puellae
discere et exclusum quid sit abire domum; 20
nec iam pallorem totiens mirabere nostrum,
aut cur sim toto corpore nullus ego.
nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti:
nescit Amor priscis cedere imaginibus.
quod si parua tuae dederis uestigia culpae, 25
quam cito de tanto nomine rumor eris!
non ego tum potero solacia ferre roganti,
cum mihi nulla mei sit medicina mali;
sed pariter miseri socio cogemur amore
alter in alterius mutua flere sinu. 30
quare, quid possit mea Cynthia, desine, Galle,
quaerere: non impune illa rogata uenit.

15 moestus V²; maestis fletibus *idem ualet atque* cum maestis fletibus; *cf. 2,9,21; 3,7,55* tremulis maestus ς; *de metonymia cf. tamen 4,1,49* Auernalis tremulae cortina Sibyllae, *Cic. Arat. 68* tum fixum tremulo quatietur frigore corpus **16** docet A F P; *de iunctura* ducere notam *cf. Tib. 1,6,20, Ouid. trist. 2,454, Claudian. carm. min. 26,5sq.* **19** tunc P **20** domo *Heinsius, prob. Lachmann 22, ad homoeoteleuton in pentametro uitandum; cf. tamen de homoeoteleuto apud Propertium O. Skutsch BICSt 11 (1964) 73sqq.* **21** miserabere Vo **25** quid Δ **31** quid] quod N (*corr. eadem man., ut uid.*) A F

6

Non ego nunc Hadriae uereor mare noscere tecum,
Tulle, neque Aegaeo ducere uela salo,
cum quo Rhipaeos possim conscendere montis
ulteriusque domos uadere Memnonias;
sed me complexae remorantur uerba puellae 5
mutatoque graues saepe colore preces.
illa mihi totis argutat noctibus ignes
et queritur nullos esse relicta deos;
illa meam mihi iam se denegat, illa minatur,
quae solet i⟨ng⟩rato tristis amica uiro. 10
his ego non horam possum durare querelis:
a pereat, si quis lentus amare potest!

6 ad tullum A F D V : ad tullum excusatio quod non timore maris desistat secum transfretare sed amore ac precibus cinthie P **1** tunc A F P D (*corr.* F[4] P[2]) : tum Vo; nunc *in elegiae exordio eandem uim habet atque* igitur *apud Prop. 1,19,1; 2,18b,23; cf. Hofmann Umg. 42* **3** quo Rhipaeos] coripeos N : corripeos A F P Δ : corcyreos V[2]; *corr.* N[2]; *de montibus Rhipaeis cf. Kiessling RE I A 1 (1914) 849sqq.* **4** in emonias P Δ (*corr.* P[2] V[2]) domo . . . Memnonia *Lachmann, prob. Enk I 2,63 ('cum exempla desint quae defendant* ulterius *hic idem esse atque* ulterius quam'*); sed de particula* quam *omissa cf. exempla a Vahlen Ges. Phil. Schr. II 122 allata (Plaut. Bacch. 672, Lucr. 4,414, Prop. 2,24,48, Ouid. met. 11,478sq.); quod adtinet ad* ulterius + *acc. Löfstedt Gl 3 (1912) 24sq. confert Mulom. Chir. 92. 146. 445, Grom. uet. 336,12; 365,25 Lachm.* **5** memorantur A F (*corr.* F[4]) **6** dolore A F P Δ (*corr.* F[4] V[2]) : calore *Heinsius; sed cf. 1,15,39* quis te cogebat multos pallere colores *et exempla a Cairns AJPh 95 (1974) 151 allata (Plat. Lys. 222 B, epist. 7,349 A, Phil. legat. ad Gaium 266)* **9** meam] etiam *Fontein* se iam ς (*et Heinsius*), *prob. Lachmann 25, cum in codicibus eadem syllaba bis sub ictu ponatur* (meám mihi iám); *sed exemplum non dissimile inuenitur apud Prop. 2,14,15* atque utinám non tám **10** irato ω (*prob. Cairns AJPh 95 [1974] 152*), *corr.* ς; *cf. Leo Kl. Schr. II 188 et de amantis ingrato animo in poesi amatoria R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 19* **12** amore N A F P (*corr.* N[2] F[3])

an mihi sit tanti doctas cognoscere Athenas
  atque Asiae ueteres cernere diuitias,
ut mihi deducta faciat conuicia puppi 15
  Cynthia et insanis ora notet manibus,
osculaque opposito dicat sibi debita uento,
  et nihil infido durius esse uiro?
tu patrui meritas conare anteire securis
  et uetera oblitis iura refer sociis. 20
nam tua non aetas umquam cessauit amori,
  semper at armatae cura fuit patriae;
et tibi non umquam nostros puer iste labores
  afferat et lacrimis omnia nota meis!
me sine, quem semper uoluit Fortuna iacere, 25
  hanc animam extremae reddere nequitiae.

14 noscere V[2] **15** *om.* A (*suppl. man. rec.*) F P (*add. ead. man.*) **17** dedita Δ, *corr.* V[2], *qui et* contraria *add. in mg.; familiae* Δ *lectionem improbaui ap. SIFC 44 (1972) 191sq., coll. Ouid. her. 7,41-44, Val. Fl. 2,407sq., Sil. 12,633sq.; mea sententia Cynthia et minitatur et oscula iactat Propertio, cum contra nonnulli interpretes censeant Cynthiam suas querellas dicere* opposito uento*; sed nauis nondum soluta est propter oppositam uenti uim: Cynthia igitur sua oscula* debet opposito uento **19** emeritas ς : meritis *Palmer*; *intellege tamen* 'secures quas patruus tuus meruit', *non* 'secures quae meruerunt, ut tu eas superare coneris' (*sic Enk II 1,65*) *et cf. Sh. Bailey 20, Pasoli Monob. 43* **21** numquam A F P V[2] seruiuit V[2] **22** et P; *prob. Lachmann 27, qui hic antithesin non necessariam censet esse; sed post negatiuam sententiam particula* at *nullam antithesin inducit apud Cic. Att. 7,11,3, Verg. georg. 3,520-523* at armato *Hemsterhuys* **24** uota F (*corr.* F[4]) Vo D[2] **25** quem] iam A F (*corr.* F[4]) P uoluit semper Δ *uerborum ordine, ut saepe, immutato; uide enim app. ad 1,20,11; 2,28,29 et Housman Class. Pap. 293* **26** huic ... extremam *Housman* extrema ... nequitia *Fontein; sed tradita recte interpretatur Passerat 171 ('dixit translatione a rebus creditis, quia debetur uita naturae'): cf. enim Cic. Phil. 10,20* spiritum patriae reddere *et adde Ouid. met. 10,202; Octau. 629sq. 829*

multi longinquo periere in amore libenter,
  in quorum numero me quoque terra tegat.
non ego sum laudi, non natus idoneus armis:
  hanc me militiam fata subire uolunt. 30
at tu seu mollis qua tendit Ionia, seu qua
  Lydia Pactoli tingit arata liquor;
seu pedibus terras seu pontum carpere remis
  ibis, et accepti pars eris imperii.
tum tibi si qua mei ueniet non immemor hora, 35
  uiuere me duro sidere certus eris.

7

Dum tibi Cadmeae dicuntur, Pontice, Thebae
  armaque fraternae tristia militiae,
atque, ita sim felix, primo contendis Homero
  (sint modo fata tuis mollia carminibus),
nos, ut consuemus, nostros agitamus amores 5
  atque aliquid duram quaerimus in dominam;
nec tantum ingenio quantum seruire dolori
  cogor et aetatis tempora dura queri.

32 tinguit A F : cingit Δ (*corr.* D[3]) aratra V[2]; *sed cf. ThLL II 626,70–74* **33** remige carpes *O. Skutsch; de cacemphato* (carpe*re re*mis) *cf. app. ad 1,3,16; de infinitiuo post uerbum* ire *et sim. cf. e. g. 1,1,12*

7 ad ponticum A F D V : ad pontium P **1** dum] cum D : um V (d *add. man. rec.*) Vo (*deest rubricator*) **3** prisco V[2]; *intellege tamen*: contendis Homero, poetarum principi *et confer Hor. carm. 4,9,5sq., Quintil. inst. 8,5,9, Plin. n. h. 2,13, Anth. Lat. 740,1sq. R.* 7 tantum] tamen A F P

hic mihi conteritur uitae modus, haec mea fama est,
  hinc cupio nomen carminis ire mei. 10
me laudent doctae solum placuisse puellae,
  Pontice, et iniustas saepe tulisse minas;
me legat assidue post haec neglectus amator
  et prosint illi cognita nostra mala.
te quoque si certo puer hic concusserit arcu, 15
  † quod nollim nostros euiolasse † deos,
longe castra tibi, longe miser agmina septem
  flebis in aeterno surda iacere situ;
et frustra cupies mollem componere uersum
  nec tibi subiciet carmina serus Amor. 20
tum me non humilem mirabere saepe poetam,
  tunc ego Romanis praeferar ingeniis;
nec poterunt iuuenes nostro reticere sepulcro
  'Ardoris nostri magne poeta iaces.'
tu caue nostra tuo contemnas carmina fastu: 25
  saepe uenit magno faenore tardus Amor.

9 haec] et F **11** laudant A F (*corr.* F^4) P V^2 docuisse N : placuisse *s. l. ead. man. (ut uid.)* **15** percusserit *Lipsius; sed* concutere *idem ualet ac* ferire *apud Lucan. 5,120, Sil. 1,492, Hier. epist. 1,11* **16** quod nolim (nollim N) nostros euiolasse deos ω : quo nolim nostros te uiolasse deos ς : quam nolis nostros heu (te *Butler*) uiolasse deos *Heinsius* : quo nolim nostros me uiolasse deos *Otto* : quem nollem nostros heu uiolasse deos *Tappe* : quod nolim: nostros te uiolasse deos *Phillimore* : quam nolim nostros te uiolasse deos *Rothstein* : *alii alia*; *locus deperditus, nulla certa coniectura sanatus* **20** uerus A F P D V (*corr.* F^4 V^2) : seruus D^2 : seuus D^3 **21** tu me A F (*corr.* F^3) P **23–24** *post u.* 10 *transt. Housman; sed cf. Sh. Bailey, qui dilucide ostendit futurum* (*u. 23* poterunt) *minime congruere cum subiunctiuis hortatiuis* (*uu. 11–14*) *et contra optime conuenire cum uaticiniis quae in uu. 15–24 insunt* **25–26** *post u.* 14 *transt. Fischer*

8

Tune igitur demens, nec te mea cura moratur?
an tibi sum gelida uilior Illyria?
et tibi iam tanti, quicumque est, iste uidetur,
ut sine me uento quolibet ire uelis?
tune audire potes uesani murmura ponti 5
fortis, et in dura naue iacere potes?
tu pedibus teneris positas fulcire pruinas,
tu potes insolitas, Cynthia, ferre niues?
o utinam hibernae duplicentur tempora brumae
et sit iners tardis nauita Vergiliis, 10
nec tibi Tyrrhena soluatur funis harena,
neue inimica meas eleuet aura preces!
atque ego tum uideam talis subsidere uentos,
cum tibi prouectas auferet unda ratis,
ut me defixum uacua patiatur in ora 15
crudelem infesta saepe uocare manu!

8 ad cynthiam (ci-) A F D V : ad cinthiam preces ut desistat a nauigatione P 1 culpa A F P (*corr.* F[4] P[2]) : curpa A[2]; mea cura *idem ualet atque* cura mei; *cf. 3,22,2 (= 4,3,28)* desiderio meo (*i. q.* desiderio mei) 2 sim A P 4 me *om.* A F (*add.* F[4]) 7 fulcare Vo : sulcare P[2] : calcare *Passerat; sed cf. Tyrrell Hermath. 2 (1876) 117, cuius sententia in uerbo q. e.* fulcire *notio premendi inest: Cynthiae pedes niuem premunt eamque sustinent; cf. etiam Gr.* ἐρείδω ruinas N A F P; *sed cf. Verg. buc. 10,49* ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas, *quem Propertius haud dubie imitatur* 11 *et* 13 *inter se commut. Sh. Bailey* 13–14 *post* 10 *transt. Cartault, post* 16 *Scaliger* 13 aut ς tum] non ω, *corr. Graeuius*; haec ego tum uideam *idem est ac* τοῦτον ἂν ἴδοιμι; *cf. exempla a Fraenkel Hor. 29 allata et quae de huius elegiae uu. 13–16 ap. RFIC 102 (1974) 415–417 fuse disputaui* subdire F : sub sidere (sy-) F[4] V[2] tali sub sidere *Graeuius* 14 profectas *Volscus* auferat *Otto* 15 ut] et ω, *corr. Liuineius* patiaris ς : patienter *Lachmann* : patiantur *Giri; sed cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 139* in ora] arena Δ (*cf. u. 11*), *corr.* V[2]

sed quocumque modo de me, periura, mereris,
  sit Galatea tuae non aliena uiae:
ut te, felici praeuecta Ceraunia remo,
  accipiat placidis Oricos aequoribus! 20
nam me non ullae poterunt corrumpere de te
  quin ego, uita, tuo limine uerba querar;
nec me deficiet nautas rogitare citatos
  'Dicite, quo portu clausa puella mea est?',
et dicam 'Licet Atraciis considat in oris, 25
  et licet Hylaeis, illa futura mea est.'
hic erit! hic iurata manet! rumpantur iniqui!
  uicimus: assiduas non tulit illa preces.
falsa licet cupidus deponat gaudia Liuor:
  destitit ire nouas Cynthia nostra uias. 30

17 quodeunque N A mereris *ex* moreris N **19** ut te] utere P Δ (*corr.* V²) : et te *Liuineius* : uites *Lachmann; cf. Wackernagel Vorles. I 309, Löfstedt Synt. I 104sq., qui recte censent et hic et in uu. 9 - 10 elegiae XI huius libri uocatiuum improprie cum accusatiuo consentire* prouecta Δ ut te praeuectam felice *Itali* **21** de te] dirae V² : taedae ς, *prob. Stroh 38; sed coniugii notio ab hac elegia prorsus aliena est* **22** uita] tuta A F (*corr.* F⁴) P Δ : uicta P² : uincta *uel* iuncta V² : multa *Keil* lumine ω, *corr.* ς uera *Passerat* : acerba *Scaliger; sed cf. Ouid. met. 9,203* moturaque duros uerba queror silices loquar Δ (*corr.* V² Vo²); *uide app. ad 1,3,43 et Vahlen Ges. Phil. Schr. II 143* **23** deficiat A F (*corr.* F⁴) P **25** autariis ς : Autaricis *Volscus* (*cf. Strab. 7,11*) : Artaciis *Palmer* (*prob. Housman Class. Pap. 294, coll. Apoll. Rhod. 1,957*) dicam atraciis licet haec Δ **26** hilleis P (*prob. Haupt Opusc. III 332: cf. Apoll. Rhod. 4,522sqq., Steph. Byz. p. 647,20 Meineke*) : ellaeis Δ : eleis ς **27** *nou. eleg. incip. Lipsius; cf. etiam Vahlen Ges. Phil. Schr. II 144, Stroh 35sqq.* : *priori coniungunt nonnulli interpretes, inter quos memorare sufficiat Wilamowitz Hell. Dicht. II 235, Cairns Gen. Comp. 150-152, Pasoli AAPropSub 1977, 101sq.* erat N A F; *sed cf. Leo Kl. Schr. II 185, Neumann 89* **29** deponas *Heinsius*

illi carus ego et per me carissima Roma
dicitur, et sine me dulcia regna negat.
illa uel angusto mecum requiescere lecto
et quocumque modo maluit esse mea,
quam sibi dotatae regnum uetus Hippodamiae 35
et quas Elis opes ante pararat equis.
quamuis magna daret, quamuis maiora daturus,
non tamen illa meos fugit auara sinus.
hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
sed potui blandi carminis obsequio. 40
sunt igitur Musae, neque amanti tardus Apollo,
quis ego fretus amo: Cynthia rara mea est!
nunc mihi summa licet contingere sidera plantis:
siue dies seu nox uenĕrit, illa mea est!
nec mihi riualis certos subducit amores: 45
ista meam norit gloria canitiem.

9

Dicebam tibi uenturos, irrisor, amores,
nec tibi perpetuo libera uerba fore:

38 amara A F V[2] **43** palmis *Scaliger; quod adtinet ad* contingere *i. q.* pedibus obterere *cf. Cels. 8,20; de hyperbole uide Kroll Stud. 270sq., Otto Sprichw. 63 (s. u.* caelum) **44** siue . . . siue N A F P **45** certos *in ras.* P V : summus A F (*corr.* F[4]) : somnus D; *iunctura* certi amores *hic idem ualet ac* fidelis amata: *de uoce* amor = homo amatus *uel* mulier amata *cf. ThLL I 1970,9sqq.; de adiectiuo* certus = fidelis *cf. 1,13,6; 1,19,24; 2,24,36; 2,34,11; ThLL III 923,28sqq.* subducet F[4], *prob. Rothstein propter u. 27* hic erit; *hic tamen* subducit *pro* subduxit *usurpatur; cf. Jacoby Kl. Schr. II 213* **46** iusta *Postgate*; ista . . . canitiem *idem ualet atque* istam gloriam mea canities norit, *cum exquisita hypallage*

9 ad emulum irrisorem A F (ponticum *add.* F[3]) P D V

ecce iaces supplexque uenis ad iura puellae
et tibi nunc quaeuis imperat empta modo.
non me Chaoniae uincant in amore columbae 5
dicere, quos iuuenes quaeque puella domet.
me dolor et lacrimae merito fecere peritum:
atque utinam posito dicar amore rudis!
quid tibi nunc misero prodest graue dicere carmen
aut Amphioniae moenia flere lyrae? 10
plus in amore ualet Mimnermi uersus Homero:
carmina mansuetus lenia quaerit Amor.
i quaeso et tristis istos compone libellos,
et cane quod quaeuis nosse puella uelit!
quid si non esset facilis tibi copia? nunc tu 15
insanus medio flumine quaeris aquam.
necdum etiam palles, uero nec tangeris igni:
haec est uenturi prima fauilla mali.
tum magis Armenias cupies accedere tigris
et magis infernae uincula nosse rotae, 20

4 quouis ς : quiduis *Postgate dub.; sed cf. Pasoli Monob. 60, qui recte interpretatur:* 'et tibi mulier modo empta omnia imperat' **5** columbae] puellae F, *corr.* F[4]; *cf. enim de Chaoniis columbis Seru. ad Verg. Aen. 9,13, Mythogr. Vat. 2,227* **11** numerini Δ (*corr.* D[2]) : mimnermi *ex corr.* P[2] : mimnermus *ex corr.* F[4] homeri Δ (*corr.* D[2] V[2]); *uox* Homero *pro* Homeri carminibus *usurpatur; de comparatione compendiaria cf. H.-Sz. 826* **12** leuia N F Δ; *sed cf. Ouid. am. 2,1,21sq.* blanditias elegosque leuis, mea tela, resumpsi: / mollierunt duras l e n i a u e r b a fores *et Prinz WSt 54 (1936) 91sq., qui Callim. frg. 1,11sq. Pf.* αἱ κατὰ λεπτὸν [ῥήσιες *confert* **13** sepone *Heinsius* : compesce *uel* iam pone *Baehrens; quod adtinet tamen ad* componere *i. q.* condere, *cf. Cic. fam. 16,20, Varr. ling. 5,182, Ouid. Pont. 1,1,11, Petron. 67,2, Paul. ap. Fest. 249,22 L.* **14** caue V[2] **15** quod P (*corr.* P[2]) Δ F[4]; *sed cf. Williams JRSt 47 (1957) 242* **16** insanis N (*corr.* N[2]) **19** tunc F attingere V[2]; *de uerbo* accedere *transitiue usurpato cf. ThLL I 271,44sqq.* **20** noscere uincla Δ

quam pueri totiens arcum sentire medullis
  et nihil iratae posse negare tuae.
nullus Amor cuiquam facilis ita praebuit alas,
  ut non alterna presserit ille manu.
nec te decipiat, quod sit satis illa parata: 25
  acrius illa subit, Pontice, si qua tua est;
quippe ubi non liceat uacuos seducere ocellos,
  nec uigilare alio nomine cedat Amor.
qui non ante patet, donec manus attigit ossa:
  quisquis es, assiduas a fuge blanditias! 30
illis et silices et possint cedere quercus,
  nedum tu possis, spiritus iste leuis.

22 ingratae *Lachmann; sed cf. Paul. Silent. AP 5,300,6* ἡ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἄρσενα μῆνιν ἔχει **23** alas] aures *Fontein*; *distichon difficillimum recte interpretatus est Vulpius: "finge tibi puerum aliquem qui auiculam manu tenet filo impeditam. Is, ut de illa sibi ludum faciat, modo paulum excurrere et euolare sinit, modo filum retrahit et miseram manu premit. Simillimum est Cupidinis ludicrum de capto et irretito amatore": cf. enim Aristoph. nub. 761-763, Schol. nub. 763 p. 116 Dübner* **24** alternas (*sc.* alas) *Struve; sed* alterna manu *idem ualet ac* modo laeua, modo dextera: *cf. 1,11,12* alternae facilis cedere lympha manu, *4,7,18* alterna ueniens in tua colla manu **26** ille *Hetzel; sed cf. Rothstein I 121* **27** subducere Δ; *intellege tamen:* non licet seducere ab ea ocellos ita ut uacui sint amore **28** cedit A F (*corr.* F⁴) P nomine, cedat Amor? *dist. Broukhusius; sed de uerbo* cedere (*i. q.* concedere) + *inf. cf. ThLL III 728,40sqq., Haupt ap. Belger 91* **29** malus ς (*et Modius*); *cf. Theocr. 3,17, Ouid. her. 15 (16),275sq.* **30** aufuge ω, *corr. Bolt; nam* aufugere + *acc. tantummodo ap. Cod. Iustin. 3,23,1 legitur* **31** salices A F P Δ (*corr.* P² V²); *de prouerbio cf. Plaut. Poen. 290, Cic. de orat. 1,245, Ouid. am. 3,7,57sq., CLE 952 B.* et possunt Δ; *sed cf. 2,3,10* lilia non domina sint magis alba mea *et Neumann 78* (*"Propertius quotiens gradationis causa quasi* παράδοξον *inducit, modum adhibet potentialem"*) **32** necdum A F P Δ (*corr.* F⁴ P² V²); *cf. Hor. ars 68sq., Liu. 9,18,4, Pascucci SIFC 33 (1961) 145* possis: spiritus *dist. Phillimore; sed cf. Vahlen Opusc. II 253, qui recte interpretatur "tu qui leuis es ut spiritus"*

quare, si pudor est, quam primum errata fatere:
dicere quo pereas saepe in amore leuat.

10

O iucunda quies, primo cum testis amori
affueram uestris conscius in lacrimis!
o noctem meminisse mihi iucunda uoluptas,
o quotiens uotis illa uocanda meis,
cum te complexa morientem, Galle, puella 5
uidimus et longa ducere uerba mora!
quamuis labentis premeret mihi somnus ocellos
et mediis caelo Luna ruberet equis,
non tamen a uestro potui secedere lusu:
tantus in alternis uocibus ardor erat. 10
sed quoniam non es ueritus conc⟨r⟩edere nobis,
accipe commissae munera laetitiae:
non solum uestros didici reticere dolores,
est quiddam in nobis maius, amice, fide.

34 qua (*sc.* puella) *Dousa fil.; sed* quo *neutri generis ablatiuus est, ut recte censent Sh. Bailey 29, Stroh 30 adn. 67* leuat] iuuat ς

10 ad gallum A F P D V **1** quies] dies *Graeuius; sed* quies *hic idem ualet ac* nox: cf. *1,14,9sq.* nam siue optatam mecum trahit illa quietem, / seu facili totum ducit amore diem **6** in longam . . . moram ς; *sed de* longa mora *pro* lente *cf. Sall. hist. 1,142 M., Ouid. Pont. 4,8,88, Liu. 21,35,3* **10** alterius A F P (*corr.* F[4] P[2]) **11** concedere ω (*corr.* V[2]), *probb. Rothstein I 124, qui* laetitiam *simul audit, et Pasoli Monob. 73, qui* concedere *i. q.* officiose agere cum aliquo *interpretatur; cf. quae disputaui ap. SIFC 44 (1972) 195sq. De* concredere *absolute usurpato pro* credere *cf. Plaut. Asin. 80, Trin. 957* **13** furores *Volscus* : calores *Guyet*; *tradita def. Löfstedt Verm. Stud. 115sqq.* **14** quidam N V Vo (*corr.* N[2] V[2])

possum ego diuersos iterum coniungere amantis 15
et dominae tardas possum aperire fores;
et possum alterius curas sanare recentis,
nec leuis in uerbis est medicina meis.
Cynthia me docuit semper quaecumque petenda
quaeque cauenda forent: non nihil egit Amor. 20
tu caue ne tristi cupias pugnare puellae,
neue superba loqui, neue tacere diu;
neu, si quid petiit, ingrata fronte negaris,
neu tibi pro uano uerba benigna cadant.
irritata uenit, quando contemnitur illa, 25
nec meminit iustas ponere laesa minas:
at quo sis humilis magis et subiectus amori,
hoc magis effectu saepe fruare bono.
is poterit felix una remanere puella,
qui numquam uacuo pectore liber erit. 30

15 diuisos ς; *sed* diuersos *i. q.* discordes *Hor. serm. 1,5,29, Paneg. in Mess. 45, Liu. 4,55,8, Lucan. 6,783, Tac. ann. 6,22 tuentur* **16** surdas *Heinsius; sed* tardus *apte conuenit ianuae, quae amantem non admittit: cf. ThLL VI 1061,7sqq.* **19** quacumque A F (*corr.* F[4]) : quae cuique *L. Müller, coll. Madvig Fin. 710:* "quaecumque *interrogatiuum non esse, nec dici Latine,* uidebo quaecumque sint notitiae, *pueri norunt"; cf. tamen exempla a Pasoli Monob. 73-77 allata* (*Lucr, 6,85, Varr. ling. 10,72, Manil. 2,745sq., Priap. 68,31, Vitr. 9,6,3*) **20** eget F (*corr.* F[4]) : eger P **23** irata *Burman* : rugata *Haupt; sed de adiectiuo* ingratus *i. q.* στυγνός *Sh. Bailey 31 confert Plin. n. h. 32,39, Suet. Tib. 68,3; adde Ouid. hal. 103, Plin. n. h. 16,229; 37,128* **25** irritatura A F P (*corr.* P[2]) **28** effecto ω (*probb. Lachmann 48 et Pasoli Monob. 77, qui* effecto *pro adiectiuo,* bono *pro substantiuo interpretatur*) : affecto F[4], *corr.* ς; *cf. enim 3,23,9sq.* semper et effectus promeruere bonos *aliaque eiusdem iuncturae exempla ap. ThLL V 2,134,10sqq.*

11

Ecquid te mediis cessantem, Cynthia, Bais,
qua iacet Herculeis semita litoribus,
et modo Thesproti mirantem subdita regno
proxima Misenis aequora nobilibus,
nostri cura subit memores a! ducere noctes? 5
ecquis in extremo restat amore locus?
an te nescio quis simulatis ignibus hostis
sustulit e nostris, Cynthia, carminibus?
atque utinam mage te, remis confisa minutis,
paruula Lucrina cumba moretur aqua, 10
aut teneat clausam tenui Teuthrantis in unda
alternae facilis cedere lympha manu,
quam uacet alterius blandos audire susurros
molliter in tacito litore compositam,
ut solet amota labi custode puella, 15
perfida communis nec meminisse deos:

11 ad cynthiam A F D V : ad cinthiam reuocatoria a balneis baiarum P **1** et quid N A F Δ (*corr.* F[4] V[2]); *de nexu* ecquid . . . an *pro* utrum . . . an *cf. Ouid. met. 8,133sqq., Pont. 2,10,1-5, epist. Sapph. 1-4, Liu. 4,40,8* **4** proxima] et modo ς; *sed cf. Sandbach ClR 52 (1938) 212, qui* modo *i. q.* nuper *interpretatur et sic uerba disponit:* et aequora modo subdita regno Thesproti mirantem proxima Mysenis misteriis F (miscenis F[4]) D **5** adducere ω (*prob. Camps I 70*), *corr. Scaliger; cf. ThLL V 1,2152,28sqq.* **6** et quis A F Δ (*corr.* F[4] V[2]) ecquid . . . amare loco *Kraffert*; *sic intellege:* ecquis locus mihi restat in extremo tuo amore (*i. e.* in extremo angulo amoris tui) in externo *Passerat; sed cf. ThLL V 2,1997,33sqq.* **7** uocibus P (*corr.* P[2]) **10** moretur] moueret V[2] **11** teutantis N Δ F[4] : tuetantis A F : metantis P V[2] *in mg.* : teutrantis V[2], *corr. Scaliger; cf. Philipp RE V A 1 (1934) 1164* **15-16** *post* 8 *transt. Housman* **15** amoto P Δ, *prob. Housman Class. Pap. 284; sed cf. AP 5,106. 262. 289. 294, ubi de anu puellam custodiente sermo est*

non quia perspecta non es mihi cognita fama,
  sed quod in hac omnis parte timetur amor.
ignosces igitur, si quid tibi triste libelli
  attulerint nostri: culpa timoris erit. 20
an mihi nunc maior carae custodia matris?
  aut sine te uitae cura sit ulla meae?
tu mihi sola domus, tu, Cynthia, sola parentes,
  omnia tu nostrae tempora laetitiae.
seu tristis ueniam seu contra laetus amicis, 25
  quicquid ero, dicam 'Cynthia causa fuit.'
tu modo quam primum corruptas desere Baias:
  multis ista dabunt litora discidium,
litora quae fuerant castis inimica puellis:
  a pereant Baiae, crimen Amoris, aquae! 30

17 perfecta V^2; *sed de* perspecta *i. q.* probata, spectata *cf. Cic. off. 1,149* eos autem quorum uita perspecta in rebus honestis atque magnis est ... obseruare et colere debemus   est D V (*corr.* V^2)   **18** ueretur *Lachmann* : tenetur *Hosius dub.; distichon multis modis interpretati sunt uiri docti: mea sententia recte iudicauerunt Leo Kl. Schr. II 188, Williams JRSt 47 (1957) 243; cf. etiam Pasoli Prom. 4 (1978) 109-114*   **20** *ante* nostri *dist.* N F D: *cf. tamen Havet Not. crit. 14sq.*   **21** ah *Lachmann; sed cf. Leo Kl. Schr. II 188*   nunc] non ω (*probb. Rothstein I 133 et Pasoli Monob. 83, quorum sententia* maior carae custodia matris *idem est atque* custodia maior quam custodia carae matris; *sed eiusmodi ellipsis exempla apud Propertium desunt*); *corr. Beck:* nunc *eandem habet uim atque in 1,6,1 (cf. app. ad loc.)*   **22** aut] an Δ (*corr.* V^2) : haud ς : ut *Burman*   **28** dabant Vo^2; *sed de futuro gnomico cf. Wackernagel Vorles. I 206, H.-Sz. 310*   **29** fuerunt *Scaliger; sed Sh. Bailey 36sq. ppf. fabulosa tempora significare recte censet*

12

Quid mihi desidiae non cessas fingere crimen,
  quod faciat nobis, Pontice, Roma moram?
tam multa illa meo diuisa est milia lecto,
  quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano;
nec mihi consuetos amplexu nutrit amores 5
  Cynthia, nec nostra dulcis in aure sonat.
olim gratus eram: non illo tempore cuiquam
  contigit ut simili posset amare fide.
inuidiae fuimus: num me deus obruit? an quae
  lecta Prometheis diuidit herba iugis? 10
non sum ego qui fueram: mutat uia longa puellas.
  quantus in exiguo tempore fugit amor!

12 *priori coniung.* ω : *nouam elegiam indic.* N[2] *et* P *rubricator, qui* epistola ad improperatorem desidie *add. in mg.* **2** quid Δ (*corr.* D[2] V[2]) facias *Sh. Bailey* Pontice] conscia ω : Cynthia ς; *corr. Kraffert; cf. Wilamowitz Kl. Schr. IV 565, Leo Kl. Schr. II 189; cum hic tantum, in elegiarum libro primo, Propertius neminem alloquatur apostropheque ad Romam (si* conscia Roma *cum Palmer pro uocatiuo habeamus), qua Romani scriptores tantummodo sollemniter utuntur, ualde improbabilis sit, coniecturam a Kraffert propositam recepi* **4** quanta *Heinsius; sed cf. Leo Plaut. Forsch. 311, K.-St. II 458sq.* uento D V (*corr.* D[2] V[2]) **7** non ullo ς (*et Heinsius*) **8** possit Δ **9** sumus A P (*corr.* P[2]) num] non N A F Δ : nunc P; *corr.* F[4] V[2]; *cf. Sh. Bailey ClQ 47 (1953) 124, cuius sententia* num *idem ualet atque* οὔ που, οὔ τί που: *cf. 2,28,9; 3,6,3; 4,3,23sq. et de nexu* num ... an *Hand Tursell. IV 322, H.-Sz. 466; cf. etiam O. Skutsch ClQ 67 (1973) 322* an quae] an quem A F P Δ (*corr.* F[4] V[2] Vo[2]); quae = aliqua; *eadem clausula inuenitur apud Ps. Verg. Catal. 11,1* **10** diuitis A F P (*corr.* F[4] P[2]) : diuidis *Postgate* **11** quod *Burman, coll. Ouid. trist. 3,11,25* non sum ego quod fueram : *sed cf. Cic. fam. 7,3,4* uetus est enim, ubi non sis qui fueris, non esse cur uelis uiuere, *Maximian. eleg. 1,5* non sum ego qui fueram, *Buecheler RhM 11 (1857) 511* uia longa: puellae *Kraffert*

nunc primum longas solus cognoscere noctes
  cogor et ipse meis auribus esse grauis.
felix, qui potuit praesenti flere puellae 15
  (non nihil aspersis gaudet Amor lacrimis),
aut si despectus potuit mutare calores
  (sunt quoque translato gaudia seruitio).
mi neque amare aliam neque ab hac desistere fas est:
  Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit. 20

13

Tu, quod saepe soles, nostro laetabere casu,
  Galle, quod abrepto solus amore uacem.
at non ipse tuas imitabor, perfide, uoces:
  fallere te numquam, Galle, puella uelit.
dum tibi deceptis augetur fama puellis, 5
  certus et in nullo quaeris amore moram,

16 a! sparsis *Heinsius* : aspersus *Palmer* : abstersis *Garrod; sed de lacrimis quae puellae duritiam frangunt cf. Tib. 1,4,71sq., Ouid. ars 1,659sq.* **17** at si ς : aut qui *Heinsius; sed cf. 2,24 c,47sq.* despectos ς colores N Δ (*corr.* N² V²); *sed de uoce* calor *de amore dicta cf. ThLL III 182,25sqq.* **19** dissistere N A : discedere Δ : desciscere *Heinsius; sed cf. 2,20,35sq.* hoc mihi perpetuo ius est, quod solus amator / nec cito desisto nec temere incipio, *Plaut. Men. 77* quid ille autem abs te iratus destitit

13 ad gallum A F D V **3** mutabor A F (*corr.* F³) **5** fama] forma A F P (*corr.* P²); *iunge tamen* deceptis puellis *cum* fama **6** moram] uiam Δ (*coll. fortasse 1,1,18*), *corr.* D² V²; *constructione* ἀπὸ κοινοῦ *utitur Propertius:* certus (*i. q.* fidus; *cf. ThLL III 923,44sqq.*) in nullo amore, in nullo amore quaeris moram, *i. e. - ut recte interpretatus est Beroaldus - "multarum gaudes amoribus et nullum uere amas"*

perditus in quadam tardis pallescere curis
  incipis, et primo lapsus abire gradu.
haec erit illarum contempti poena doloris:
  multarum miseras exiget una uices. 10
haec tibi uulgaris istos compescet amores,
  nec noua quaerendo semper amicus eris.
haec ego non rumore malo, non augure doctus;
  uidi ego: me quaeso teste negare potes?
uidi ego te toto uinctum languescere collo 15
  et flere iniectis, Galle, diu manibus
et cupere optatis animam deponere labris
  et quae deinde meus celat, amice, pudor.

7 perditus *in ras.* P^2 : queritis A F (*corr.* F^4) : "perditi *dicuntur qui uehementissime amant*" (*Pichon Ind. uerb. amat. 230*): *cf. Catull. 64,70; Verg. buc. 2,58sq., Aen. 4,541; Ouid. rem. 533* **8** firmo *Barber* lapsis A F P (*corr.* F^4 P^2) adire ω, *corr.* V^2; *de amante, qui primo amoris uiae gradu labitur, cogitat Propertius; de* abire = labi *cf. Sh. Bailey 39* **9** haec] nec D V (*corr.* D^3 V^2) : non Vo; *sic interpretor*: haec (*sc.* puella) erat illarum poena contempti doloris; *a uoce* poena *duo genet., alter subiectiuus, alter obiectiuus, pendent: cf. H.-Sz. 66sq.* contenti A F (*corr.* F^4) P V^2 **10** uoces F **11** haec] nec A F P Δ (*corr.* F^4 D^3 V^2) componet A F P Δ (*corr.* F^4 D^3 V^2); *sed* compescet *idem ualet ac* finem faciet; *cf. ThLL III 2062,27sqq.* **12** iniquus *Guyet* : inicus *Housman*; *intellege* nec noua quaerendo illi semper amicus (= ἀεὶ φίλος) eris **13** ego *om.* N F (*add.* N^2 F^4); *sed cf. Callim. frg. 384,47sq. Pf.* τοῦτο μὲν ἐξ ἄλλων ἔκλυον ἱρὸν ἐγώ, / κεῖνο γε μὴν ἴδον αὐτός rumore, malo *dist.* N, *prob. Rothstein; quod iure refellit Haupt Opusc. II 103, cuius sententia* "*non* malo augure *dicendum esset, sed* fallaci" malo] aio *Haupt; sed uerbum dicendi non admittit Callimachi locus laudatus, quem imitatur Propertius* augere N (*corr.* N^2) A F P **16** inlectis N : in lectis A F P V^2 : in iectis F^4; *intellege* iniectis puellae collo *et cf. Catull. 35,10* quamuis . . . puella . . . manus . . . collo / ambas iniciens roget morari **17** uerbis ω, *corr. codd. Passeratii; celeberrimum enim* τόπον *hic habes, de quo cf. AP 5,14,3sq.; 5,78,1sq.; 5,171,3sq.; 5,197,5sq.; Herond. 3,3sq.*

non ego complexus potui diducere uestros:
tantus erat demens inter utrosque furor. 20
non sic Haemonio Salmonida mixtus Enipeo
Taenarius facili pressit amore deus,
nec sic caelestem flagrans amor Herculis Heben
sensit ab Oetaeis gaudia prima rogis.
una dies omnis potuit praecurrere amantis: 25
nam tibi non tepidas subdidit illa faces,
nec tibi praeteritos passa est succedere fastus,
nec sinet abduci: te tuus ardor aget.
nec mirum, cum sit Ioue dignae proxima Ledae
et Ledae partu gratior, una tribus; 30
illa sit Inachiis et blandior heroinis,
illa suis uerbis cogat amare Iouem.
tu uero quoniam semel es periturus amore,
utere: non alio limine dignus eras.

21 en ip̄e A F (*corr.* F[4]) : en ipeo P *ex corr.* **24** ab Oetaeis] in (a)eth(a)eis N A V F[3] : in oetheis D Vo : in ethereis P : me theis F, *corr. Scaliger* rogis] iugis ω, *corr. Schrader; tradita a Beroaldo probantur ("in Oeta monte combustus factus est deus et maritus Hebes"): Hercules tamen Heben in matrimonium duxit in Olympo, ut testatur Hes. Theog. 950-953, cum contra in Oeta monte combustus sit* in aetheriis . . . locis *Enk* **25** amores *Lachmann; sed recte interpretatur Hertzberg 50: "tu una hac die omnes superare amantes potuisti"* **28** adduci N A F P (*corr.* F[4] P[2]); *intellege tamen* abduci a se alterius puellae amore **29** dignae] digna et ω, *corr. Heinsius; cf. enim Lachmann 61 ("sed ita* dignam Ioue *puellam frustra narrat, cum sequatur:* illa suis uerbis cogat amare Iouem"*) et Haupt Opusc. I 104 ("non fuit enim tam pauperis ingenii Propertius ut nimis similia ita coniungeret")*; *de epitheto* Ioue digna *Ledae tributo cf. Apoll. Rhod. 1,146-150* **30** e partu V[2] **32** amore A F (*corr.* F[4]) P **33** tu] tum D tu, uero . . . amore, utere *dist. Richmond; sed* tu uero *idem est atque* at tu; *qua formula Propertius saepe utitur in elegiae fine* **34** urere ς (*propter* es periturus amore); *sed cf.*

qui tibi sit, felix quoniam nouus incidit, error; 35
et quodcumque uoles, una sit ista tibi.

14

Tu licet abiectus Tiberina molliter unda
Lesbia Mentoreo uina bibas opere
et modo tam celeres mireris currere lintres
et modo tam tardas funibus ire ratis;
et nemus omne satas intendat uertice siluas, 5
urgetur quantis Caucasus arboribus;
non tamen ista meo ualeant contendere amori:
nescit Amor magnis cedere diuitiis.
nam siue optatam mecum trahit illa quietem,
seu facili totum ducit amore diem, 10

4,5,59sq. dum uernat sanguis, dum rugis integer annus, / utere, *Tib. 1,5,75* nescio quid furtiuus amor parat. Vtere quaeso, *1,8,47sq.* at tu dum primi floret tibi temporis aetas / utere: non tardo labitur illa pede lumine F P V D² (*corr.* F⁴ V²) **35** quae ω : haec *Heinsius, corr. Palmer* sit, felix *dist. Lachmann* incidit, error *dist. Palmer* **36** quocumque N A F P : quaecumque Δ : quotcumque *Fruter* : quamcumque *Postgate dub., corr.* ς; *cf. 1,15,32* sis quodcumque uoles, non aliena tamen

14 ad diuitem A P D V : ad mitem F **3** iam A F P **4** iam ... finibus A F P **5** omne] unde *Lachmann, "quod* (nemus omne) *sit suspensum a* mireris ... *Nec* satam siluam *faciebat nemus, sed siluam nemus satum": uide contra Hertzberg 52* ("nemus omne *est* totum, quod circumspicis nemus, *et aptum est ad magnitudinem ambitus significandam*") *et de nexu* nemus omne *Verg. buc. 6,11; 7,59; georg. 2,429; Aen. 12,722* sacras ς ut tendat *Rothstein, prob. Prinz WSt 54 (1936) 96sqq.* : tibi tendat *Barber; sed cf. R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 207sq.* **6** quantus A F P (*corr.* P²) Δ

tum mihi Pactoli ueniunt sub tecta liquores
 et legitur Rubris gemma sub aequoribus;
tum mihi cessuros spondent mea gaudia reges:
 quae maneant, dum me fata perire uolent!
nam quis diuitiis aduerso gaudet Amore? 15
 nulla mihi tristi praemia sint Venere!
illa potest magnas heroum infringere uires,
 illa etiam duris mentibus esse dolor:
illa neque Arabium metuit transcendere limen
 nec timet ostrino, Tulle, subire toro 20
et miserum toto iuuenem uersare cubili:
 quid releuant uariis serica textilibus?
quae mihi dum placata aderit, non ulla uerebor
 regna uel Alcinoi munera despicere.

15

Saepe ego multa tuae leuitatis dura timebam,
 hac tamen excepta, Cynthia, perfidia.
aspice me quanto rapiat fortuna periclo!
 tu tamen in nostro lenta timore uenis;

11 ueniant A F (*corr.* F[4]) **16** sunt A F (*corr.* F[3]) P Δ **19** limen *om.* A F (*add.* F[4]) P (*add. ead. man.*) **20** nec] hec N **21** iuuenem ... miserum P **22** releuent A F P Δ (*corr.* F[4] V[2]) **23** placida affuerit V[2] non nulla F **24** uel] nec ς : aut *L. Müller; iunge tamen* non *cum* uerebor (non uerebor ulla regna uel Alcinoi munera despicere) *et de* uel *cum particula negatiua coniuncto cf. Tib. 1,9,59sq.* nec lasciua soror dicatur plura bibisse / pocula uel plures emeruisse uiros, *Spandau Serm. Prop. 12, H.-Sz. 499sq.*

15 ad cynthiam (ci-) A F D V : ad cinthiam de leuitate P **1** dura] iura P *in ras.; de nexu* dura + *gen. cf. Liu. 33,11,6; Sil. 3,636 (= 12,110); 7,3* **2** hac] fac N (*sed litt.* f *pinxit rubricator*)

et potes hesternos manibus componere crinis 5
  et longa faciem quaerere desidia,
nec minus Eois pectus uariare lapillis,
  ut formosa nouo quae parat ire uiro.
at non sic Ithaci digressu mota Calypso
  desertis olim fleuerat aequoribus: 10
multos illa dies incomptis maesta capillis
  sederat, iniusto multa locuta salo,
et quamuis numquam post haec uisura, dolebat
  illa tamen, longae conscia laetitiae. 14
nec sic Aesoniden rapientibus anxia uentis 17
  Hypsipyle uacuo constitit in thalamo: 18
Hypsipyle nullos post illos sensit amores, 19
  ut semel Haemonio tabuit hospitio. 20
coniugis Euadne miseros elata per ignis 21
  occidit, Argiuae fama pudicitiae.
Alphesiboea suos ulta est pro coniuge fratres, 15
  sanguinis et cari uincula rupit amor. 16
quarum nulla tuos potuit conuertere mores,
  tu quoque uti fieres nobilis historia.
desine iam reuocare tuis periuria uerbis, 25
  Cynthia, et oblitos parce mouere deos;

5 externos F Δ (*sed cf. Ouid. ars 3,153sq.* et neglecta decet multas coma: saepe iacere / hesternam credas, illa repexa modost) : esternos V^2 **6** quere desidiam (desidia A^2) A **7** Eois] et chois N : h(a)ec chois (choys) A F (hec *del. et* choyis *in* ehoys *mut.* F^2) : e Cois *Havet* **8** et A F (*corr.* F^4) **9** et A F (*corr.* F^4) P **11** multis F Δ (*corr.* F^2 V^2) **12** sed erat Δ (*corr.* V^2) **13** posthac V^2 : post Vo **18** constitit] sederat V^2 **21** delata ς; *sed cf. Eur. Suppl. 1015–1017* ἔνθεν ὀρ- / μάσω τᾶσδ' ἀπὸ πέτρας πη- / δήσασα πυρὸς ἔσω *et de* efferre '*accedente ui celeritatis, i. q.* praecipitare' (*ThLL V 2,142,69*) *Liu. 3,61,9, Sen. epist. 40,7* **15–16** *post u.* 22 *transt. Lachmann, post u.* 20 *Markland* **25–26** *post u.* 32 *transt. Housman* **25** *nouam elegiam inc. Ribbeck; sed cf. quae fuse disputaui apud AttiAccadPropSubasio 1977, 75sq.* renouare *Francius*

audax a! nimium nostro dolitura periclo,
  si quid forte tibi durius inciderit!
multa prius: uasto labentur flumina ponto,
  annus et inuersas duxerit ante uices, 30
quam tua sub nostro mutetur pectore cura:
  sis quodcumque uoles, non aliena tamen.
tam tibi ne uiles isti uideantur ocelli,
  per quos saepe mihi credita perfidia est!
hos tu iurabas, si quid mentita fuisses, 35
  ut tibi suppositis exciderent manibus:
et contra magnum potes hos attollere Solem,
  nec tremis admissae conscia nequitiae?
quis te cogebat multos pallere colores
  et fletum inuitis ducere luminibus? 40
quis ego nunc pereo, similis moniturus amantis
  'O nullis tutum credere blanditiis!'

28 si quod N A F (*corr.* F[3]) P; *cf. Caes. ciu. 3,94,5* si quid durius acciderit **29** multa prius: *sic dist. Rothstein* : nulla prius *Passerat* : alta prius *Burman* : pulsa prius *Wakefield, prob. Sh. Bailey 45sq.* : *simul audi tamen* fient *et cf. Ps. Verg. Dirae 7-9 (in adynato)* multa prius fient, quam non mea libera auena / montibus et siluis dicat tua facta, Lycurge, / impia; *cf. Fraenkel JRSt 56 (1966) 144* uasto] retro *Burman* **30** inuersis A F (*corr.* F[4]) uices] uias F **33** tam tibi] quam tibi ω (*propter* quam *in u. 31 initio*) : nam tibi ς : tam mihi *Madvig* : iam tibi *Leo ap. Ites 15, corr. Palmer; cf. R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 206sq.* **35** quod A F P **36** exciderint Δ **38** amisse F (*corr.* F[2]) **39** quid Δ, *corr.* V[2] **41** moriturus N, *corr. ead. man., ut uid.* **42** non ullis *Wyngaarden* : o nullist *Palmer; intellege tamen* non est tutum ullis blanditiis credere

16

'Quae fueram magnis olim patefacta triumphis,
ianua Tarpeiae nota pudicitiae,
cuius inaurati celebrarunt limina currus,
captorum lacrimis umida supplicibus,
nunc ego, nocturnis potorum saucia rixis, 5
pulsata indignis saepe queror manibus
et mihi non desunt turpes pendere corollae
semper et exclusi[s] signa iacere faces.
nec possum infamis dominae defendere noctes,
nobilis obscenis tradita carminibus; 10
nec tamen illa suae reuocatur parcere famae,
turpior et saecli uiuere luxuria.
haec inter grauibus cogor deflere querelis
supplicis a longis tristior excubiis.

16 uerba ianuae conquerentis A P D V **2** patriciae *uel* perpetuae *Phillimore* : tam priscae *Barber; hunc uersum multis modis interpretati sunt uiri docti; ego censeo recte uidisse Deubner Ph 95 (1943) 28–30* **3** lumina A F P (*corr.* P²) **7–8** *post u. 10 transt. Phillimore* **8** exclusis ω (*def. Tyrrell Hermath. 3 [1875] 118*), *corr.* ς; *tota res illustratur a Pers. 5,164–166* an rem patriam rumore sinistro / limen ad obscenum frangam, dum Chrysidis udas / ebrius ante fores e x t i n c t a c u m f a c e canto tenere Δ, *corr.* V² **9** possim A F (*corr.* F⁴) **11–12** *del. olim Lachmann, tum post u. 48 transt.* : *post u. 8 transt. Baehrens, sed cf. R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 205* **12** turpior et] purior et *Fontein* : turpi nec *Voss* : turpior it *Haupt* : turpius et *Postgate; sed cf. Sh. Bailey 47, qui sic intellegit:* tamen illa non reuocatur (*sc.* a uitiis) ut parcat suae famae, nec reuocatur ut non uiuat (= τοῦ μὴ ζῆν) turpior saecli luxuria. *De zeugmate cf. H.-Sz. 831–834 et Housman ad Lucan. 4,316–318* **13** has ω, *corr. codd. Passeratii; pronomen neutri generis omnia, quae ianuam laedunt* (*i. e.* rixae, amantium corollae, exclusorum faces), *designat* grauius ... querelas *Scaliger; intellege:* cogor deflere grauibus querelis supplicis, tristior a longis eius excubiis **14** a! longas ... excubias *Broukhusius; sed cf. K.-St. I 495* tritior ς

ille meos numquam patitur requiescere postis, 15
arguta referens carmina blanditia:
"Ianua uel domina penitus crudelior ipsa,
quid mihi tam duris clausa taces foribus?
cur numquam reserata meos admittis amores,
nescia furtiuas reddere mota preces? 20
nullane finis erit nostro concessa dolori,
turpis et in tepido limine somnus erit?
me mediae noctes, me sidera plena iacentem,
frigidaque Eoo me dolet aura gelu:
tu sola humanos numquam miserata dolores 25
respondes tacitis mutua cardinibus.
o utinam traiecta caua mea uocula rima
percussas dominae uertat in auriculas!
sit licet et saxo patientior illa Sicano,
sit licet et ferro durior et chalybe, 30
non tamen illa suos poterit compescere ocellos,
surget et inuitis spiritus in lacrimis.
nunc iacet alterius felici nixa lacerto,
at mea nocturno uerba cadunt Zephyro.
sed tu sola mei tu maxima causa doloris, 35
uicta meis numquam, ianua, muneribus,

18 tam] iam N A F P **22** trepido *Itali; sed cf. Callim. AP 5,23,2* οὕτως ὑπνώσαις, Κωνώπιον, ὡς ἐμὲ ποιεῖς / κοιμᾶσθαι ψυχροῖς τοῖσδε παρὰ προθύροις, *Catull. 63,25* mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida **23** mediae] madidae *Paley* mediae noctis (*sc.* sidera) *Housman, coll. Ouid. am. 1,6,44* peruigil in mediae sidera noctis eras; *sed cf. Löfstedt Synt. I 33, qui iuncturam q. e.* μέσαι νύκτες *apvd Graecos scriptores confert* plena] prona ς : prima *Liuineius; sed, ut recte statuit Gronouius,* "sidera plena *dicuntur, cum caelum plenum est sideribus*": *cf. exempla adiectiui q. e.* plenus *cum ui actiua a Löfstedt Coniect. 16sq. collecta* **24** dolet] uidet V[2] **26** carminibus A P (*corr.* A[2] P[2]) **27** iacula A F P (*corr.* F[4] P[2]) **29** sit silice et ς; *sed cf. La Penna SIFC 26 (1952) 8sq.* **33** nexa ς : innixa *Heinsius* **34** ac *Ayrmann* cadent V[2]

te non ulla meae laesit petulantia linguae,
  quae solet † irato dicere tota loco †
ut me tam longa raucum patiare querela
  sollicitas triuio peruigilare moras. 40
at tibi saepe nouo deduxi carmina uersu
  osculaque impressis nixa dedi gradibus.
ante tuos quotiens uerti me, perfida, postis
  debitaque occultis uota tuli manibus!"
haec ille et si quae miseri nouistis amantes, 45
  et matutinis obstrepit alitibus.
sic ego nunc dominae uitiis et semper amantis
  fletibus aeterna differor inuidia.'

17

Et merito, quoniam potui fugisse puellam,
  nunc ego desertas alloquor alcyonas,

38 iratus ς : immerito *codd. Passeratii* : ingrato *Fruter* : ira dato *Phillimore*   tota] tuta *uel* uerba ς : probra *Heinsius* : torta *Hertzberg* : taetra *Jacob; alii alia: tradita deff. nonnulli,* tota = omnia *interpretantes. sed exempla a Wölfflin RhM 37 (1882) 107 et a Löfstedt Verm. Stud. 209 allata luculenter ostendunt hoc tantummodo in castrensi sermone aut in locutionibus temporalibus inueniri posse; cf. etiam Sh. Bailey 48sq.* Tota dicere = res cuiusuis generis dicere *interpretatur Pasoli Monob. 111; sed* totus = quiuis *ante Apuleium numquam occurrit* (*cf. H.-Sz. 203*)   ioco ς; irato loco *def. Rothstein, coll. Hor. sat. 2,3,7; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 193*   **42** fixa *Graeuius*; *intellege cum hypallage* osculaque impressis gradibus nixus dedi   **47** nunc] et A F : uel P   et] uel P : nunc *Francius*   **48** alterna *Markland, fort. recte (cf. Lachmann 71: "lusus est, opinor, sed mehercule pulcher. Propertius ipse, si rediret, acciperet"); cf. tamen Rothstein I 68*   deferor ω, *corr.* V^2; *de* differre *i. q.* diffamare *cf. 1,4,21sq.* et te circum omnis alias irata puellas / differet

17 ad cynthiam (ci-) A F P D V

nec mihi Cassiope solito uisura carinam
  omniaque ingrato litore uota cadunt.
quin etiam absenti prosunt tibi, Cynthia, uenti: 5
  aspice, quam saeuas increpat aura minas.
nullane placatae ueniet Fortuna procellae?
  haecine parua meum funus harena teget?
tu tamen in melius saeuas conuerte querelas:
  sat tibi sit poenae nox et iniqua uada. 10
an poteris siccis mea fata reponere ocellis
  ossaque nulla tuo nostra tenere sinu?
a pereat, quicumque ratis et uela parauit
  primus et inuito gurgite fecit iter!
nonne fuit leuius dominae peruincere mores 15
  (quamuis dura, tamen rara puella fuit),
quam sic ignotis circumdata litora siluis
  cernere et optatos quaerere Tyndaridas?
illic si qua meum sepelissent fata dolorem,
  ultimus et posito staret amore lapis, 20

3 caliop(a)e F Vo Cassiopes statio *Lachmann* solitam *Beroaldus* : ex solito *Graeuius* : solidam *Wyttenbach* : solido *Kraffert* : saluo *Richmond*; *sed cf. Pasoli Monob. 112, qui ut* solito = ex solito *tueatur, exempla affert, in quibus* consuetudine *idem ualet atque* ex consuetudine; *cf. etiam Sh. Bailey 48, qui recentioris Latinitatis exempla confert* **5** aduersi *Waardenburgh, leoninum uersum improbans; cf. tamen 1,8,11 et Lachmann 72* tibi *om.* N, *sup.* N^2 **6** increpet P Δ (*corr.* V^2); *sed indicatiuus defenditur a Verg. buc. 4,52; 5,67; Aen. 6,855sq.; cf. H.-Sz. 538* **11** reposcere *Baehrens; sed cf. Enk I 2,152 ("an poteris siccis oculis meos manes condere, cum mea ossa in tuum sinum colligere nequeas, i. e. poterisne siccis oculis meam umbram tumulo condere inani?")* **12** muta *Barth* **13** bella F : uella Vo **16** rara] cara V^2; rara *idem ualet ac* singularis, unica **18** optatas Δ, *corr.* V^2 **19** demum A : meum *ex corr.* P^2 : *om.* F *in lac. 7 uel 8 litterarum* peperissent A F P (*corr.* A^2 P^2) : rupissent F^3

illa meo caros donasset funere crinis,
  molliter et tenera poneret ossa rosa;
illa meum extremo clamasset puluere nomen,
  ut mihi non ullo pondere terra foret.
at uos, aequoreae formosa Doride natae, 25
  candida felici soluite uela choro:
si quando uestras labens Amor attigit undas,
  mansuetis socio parcite litoribus.

18

Haec certe deserta loca et taciturna querenti,
  et uacuum Zephyri possidet aura nemus.
hic licet occultos proferre impune dolores,
  si modo sola queant saxa tenere fidem.
unde tuos primum repetam, mea Cynthia, fastus? 5
  quod mihi das flendi, Cynthia, principium?
qui modo felices inter numerabar amantis,
  nunc in amore tuo cogor habere notam.
quid tantum merui? quae te mihi carmina mutant?
  an noua tristitiae causa puella tuae? 10
sic mihi te referas, leuis ut non altera nostro
  limine formosos intulit ulla pedes.
quamuis multa tibi dolor hic meus aspera debet,
  non ita saeua tamen uenerit ira mea,

21 meos caro V[2] **26** noto Δ; *cf. Housman Class. Pap. 320* **27** *om.* F, *suppl.* F[4] *in mg.*

18 ad cynthiam (ci-) A F P D V **1** tacitura V, *corr.* V[2] **2** hic *Guyet* : nec *Fontein* **7** numerabar inter A F **9** quod te F, *corr.* F[4] crimina ς, *probb. Leo Kl. Schr. II 189sq., Solmsen ClPh 57 (1962) 85; sed de magicis carminibus hic sermo est, propter quae Properti riualis Cynthiam a poeta abalienauit* **10** tue est P **12** firmosos Δ, *corr.* V[2] **12** ulla *ex* illa N

ut tibi sim merito semper furor et tua flendo 15
lumina deiectis turpia sint lacrimis.
an quia parua damus mutato signa colore
et non ulla meo clamat in ore fides?
uos eritis testes, si quos habet arbor amores,
fagus et Arcadio pinus amica deo. 20
a quotiens teneras resonant mea uerba sub umbras,
scribitur et uestris Cynthia corticibus!
an tua quod peperit nobis iniuria curas?
quae solum tacitis cognita sunt foribus.
omnia consueui timidus perferre superbae 25
iussa neque arguto facta dolore queri.
pro quo, diuini fontes, et frigida rupes
et datur inculto tramite dura quies;

16 delectis N V[2] : dilectis A F Δ : dillectis P, *corr.* P[2] **17** parua] rara *Burman* : parca *Bosscha* : praua *Kästner* calore A (*corr.* A[2]) P D[3] V[2]; *sed cf. Aristaen. ep. 1,10 p. 141,29-31 Hercher, ubi pallor magis magisque Aconti, amore pereuntis, uultum inficit, et Cairns ClR 83 (1969) 132sq.; quod adtinet ad* signa, *de amoris signis hic agitur* **18** non nulla N Δ : non illa P **19** ardor A F Δ (*corr.* D[3] V[2]); *cf. Aristaen. ep. 1,10 p. 142,1-3 Hercher* ὦ φίλτατα δένδρα ... ἄρα κἀν ὑμῖν ἐστὶν οὗτος ὁ ἔρως καὶ πίτυος τυχὸν ἠράσθη κυπάριττος ἢ ἄλλο φυτὸν ἑτέρου φυτοῦ *et Cairns ClR 83 (1969) 132* **20** amata Δ, *coll. fortasse Ouid. trist. 3,1,42* an quia Leucadio semper amata deo est?; *cf. tamen Claud. rapt. Pros. 2,108* quercus amica Ioui **21** teneras] uirides *Guyet* : uestras *Koppiers* **22** nostris A F V[2] : teneris *Guyet*; *sed de mutato adiectiuorum ordine* (tener *enim melius cum* corticibus *congruit*) *cf. exempla a Wilamowitz Herakles II[2] 198 et a Leo Kl. Schr. II 175-178 allata* **23-24** *post u.* 6 *transt. Housman* **23** ah (at *Lipsius*) tua quot ς : an tua quae *Scaliger; sed hic tertium crimen poeta propulsat: cf. u. 10* an . . ., *u. 17* an quia, *quibus recte respondet* an quod **27** di, uiui *Itali* : di magni *Sh. Bailey* dumosi montes *Heinsius* : di, nudi (niuei *Lach-*

et quodcumque meae possunt narrare querelae,
  cogor ad argutas dicere solus auis. 30
sed qualiscumque es, resonent mihi 'Cynthia' siluae,
  nec deserta tuo nomine saxa uacent.

19

Non ego nunc tristis uereor, mea Cynthia, Manis,
  nec moror extremo debita fata rogo;
sed ne forte tuo careat mihi funus amore,
  hic timor est ipsis durior exsequiis.
non adeo leuiter nostris puer haesit ocellis, 5
  ut meus oblito puluis amore uacet.
illic Phylacides iucundae coniugis heros
  non potuit caecis immemor esse locis,
sed cupidus falsis attingere gaudia palmis
  Thessalus antiquam uenerat umbra domum. 10
illic quidquid ero, semper tua dicar imago:
  traicit et fati litora magnus amor.

mann) montes *Markland* : mi nudi montes *Postgate, alii alia: cf. tamen de fontium diuina natura Hom. Il. 11,726; Od. 10,350sq.; Apoll. Rhod. 1,1208; 3,165. 1203sq.; Theocr. 7,136sq.; 8,33; Verg. buc. 1,52*
31 resonant A F P (*corr.* F[4] P[2]); *sed cf. Aristaen. ep. 1,10 p. 141,37-39 Hercher* εἴθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴποιτε 'Κυδίππη καλή' tibi F, *corr.* F[4] **32** uacent *ex* iacent N : uacant P (*corr.* P[2])

19 ad cynthiam (ci-) A P D V **5** noster N A F Δ (*corr.* V[2]), *probb. Leo Kl. Schr. II 190, Pasoli Monob. 121; non sine causa: cf. enim 1,1,33* nostra Venus, *1,7,16* nostros deos; *sed uox* ocellis *nude posita ualde displicet* **8-11** *om.* F **10** thessalis ... uerberat Δ, *corr.* V[2]; *familiae* Δ *lectionem probat Leo Kl. Schr. II 185: si tamen* Thessalis umbra *subiecti uice fungatur,* cupidus *non habeat ad quod referatur; cf. Neumann 77*

illic formosae ueniant chorus heroinae,
  quas dedit Argiuis Dardana praeda uiris;
quarum nulla tua fuerit mihi, Cynthia, forma 15
  gratior, et (Tellus hoc ita iusta sinat)
quamuis te longae remorentur fata senectae,
  cara tamen lacrimis ossa futura meis.
quae tu uiua mea possis sentire fauilla!
  tum mihi non ullo mors sit amara loco. 20
quam uereor, ne te contempto, Cynthia, busto
  abstrahat a nostro puluere iniquus Amor,
cogat et inuitam lacrimas siccare cadentis!
  flectitur assiduis certa puella minis.
quare, dum licet, inter nos laetemur amantes: 25
  non satis est ullo tempore longus amor.

20

Hoc pro continuo te, Galle, monemus amore
  (id tibi ne uacuo defluat ex animo):

13 illuc V[2] ueniat Δ, *corr.* V[2] formosus ueniat *Housman, qui Latine dici posse* formosae heroinae, chorus *negat, cum uoces* chorus *uel* turba *uel* manus, *appositiua ui praeditae, nusquam nude ponantur; cf. tamen Stat. Theb. 6,651-653* mox turba ruunt, duo gentes Achaeae, / tres Ephyreiadae, Pisa satus unus, Acharnan / septimus. *Intellege praeterea:* illic chorus ueniant, formosae heroinae *et de uerborum dispositione cf. Verg. georg. 4,246, Ouid. ars 2,415* **15-17** *om.* F, *add.* F[4] **16** (et ... sinat) *dist. Volscus* : et (Tellus ... sinat) *dist. Leo*; *de parenthesi cf. 4,3,67-69, Fraenkel Kl. Beitr. I 74sqq.* **17** longe te N A : longeuae ς **19** uita *Auratus* quae tu uiua, mea possim sentire fauilla *Richmond* **22** e nostro ω : ei nostro *ed. Ald. a. 1515* : heu nostro *Hertzberg* : ah! nostro *Richmond, corr.* ς : *cf. ThLL I 199,58-63* **23** cogar Δ, *corr.* V[2] inuitas Δ, *corr.* V[2]

20 ad gallum A F D : ad gallum. et ipsum monet exemplo yle rapti a nimphis P **1** nec A F : hec P F[3]

saepe imprudenti fortuna occurrit amanti:
  crudelis Minyis dixerit Ascanius.
est tibi non infra speciem, non nomine dispar, 5
  Theiodamanteo proximus ardor Hylae:
hunc tu, siue leges umbrosae flumina siluae,
  siue Aniena tuos tinxerit unda pedes,
siue Gigantea spatiabere litoris ora,
  siue ubicumque uago fluminis hospitio, 10
Nympharum semper cupidas defende rapinas
  (non minor Ausoniis est amor Adryasin);
ne tibi si[n]t duros montes et frigida saxa,
  Galle, neque expertos semper adire lacus:

3 currit A F P (*corr.* F^4 P^2); *de* occurrere + *dat. fere i. q.* obtingere, contingere, accidere *sim.* (*de rebus tam secundis quam aduersis*) *cf. ThLL IX 2,396,7sqq.* **4** nimius A F P V^2 *ex corr.* : minius Vo : minimus D : minuis D^3 (*corr.* P^2 V *in mg.*) dixerat A F P Δ^3 **6** therodamant(h)eo N P D : thedoramanteo A F : therodomantheo V Vo : thiodamanteo ς, *corr. cod. Ambros. H 46 sup. (et Butler)* **7** nunc Δ (*corr.* V^2) P^2 : huic *Auratus; sed de anacolutho cf. H.-Sz. 730* umbrosae] Vmbrae sacra *Hoeufft* : Vmbrae rate *Richmond* **8** am(o)ena A F P Δ (*corr.* V^2); *de adiectiuo* Anienus *cf. Verg. georg. 4,369, Tib. 2,5,69, Prop. 3,16,4, Stat. silu. 4,4,17* cinxerit Δ, *corr.* V^2 **9** Gigantei ς; *prob. Sh. Bailey 57, cuius sententia epitheton, ad locorum descriptionem pertinens, nexum* litoris ora *semper comitatur; sed cf. Auian. fab. 20,10, Coripp. Ioh. 6,741* **10** uagi Δ, *corr.* V^2; uago fluminis hospitio *per enallagen idem ualet ac* uagi fluminis hospitio **11** cupidas semper Δ, *prob. Enk Comm. crit. 64; sed cf. app. crit. ad 1,6,25* cupidis ... rapinis ς **12** adriacis ω : a! Dryasin *Scaliger* : Hydriasin *Lachmann, corr. Struve* **13** sint duri ω : sit durum V^2 : sit (durum!) *dist. Gronouius, corr.* ς; *simul audi tamen* adire *et de* est (= ἔξεστι) + *inf. cf. Draeger II 302* **14** experto *Liuineius; intellege* et inexpertos lacus *et cf. 2,28,52; 4,7,65sq.; Verg. buc. 2,40sq.; K.-St. II 39*

quae miser ignotis error perpessus in oris 15
Herculis indomito fleuerat Ascanio.
namque ferunt olim Pagasae naualibus Argon
egressam longe Phasidos isse uiam,
et iam praeteritis labentem Athamantidos undis
Mysorum scopulis applicuisse ratem. 20
hic manus heroum, placidis ut constitit oris,
mollia composita litora fronde tegit.
at comes inuicti iuuenis processerat ultra
raram sepositi quaerere fontis aquam.
hunc duo sectati fratres, Aquilonia proles, 25
hunc super et Zetes, hunc super et Calais,
oscula suspensis instabant carpere palmis,
oscula et alterna ferre supina fuga.
ille sub extrema pendens secluditur ala
et uolucres ramo summouet insidias. 30
iam Pandioniae cessit genus Orithyiae:
a dolor! ibat Hylas, ibat Hamadryasin.
hic erat Arganthi Pege sub uertice montis
grata domus Nymphis umida Thyniasin,
quam supra nullae pendebant debita curae 35
roscida desertis poma sub arboribus

17 pegase N A P Δ : pagasse F : Pegases *Pocchus, corr.* F[4] P[2] Argo *Volscus; cf. Neue-Wagener I 481* **18** egressum *Heinsius* longe *ex* longo N isse] esse V[2] **21** heroum *in ras.* P[2] : hominum F (*corr.* F[4]) **22** litora] tempora V[2]; *cf. Theocr. 13,32-35, Apoll. Rhod. 1,1182-1184* teget D Vo **24** sacram *Rutgers* frontis N **26** hinc ... hinc *Heinsius* zet(h)us N A P D[2] : zecus F : rethes D Vo **27** carpere *ex* corpore N plantis V[2] : plumis ς : pennis *Guyet* **31** cesset ω : cessat V[2], *corr. Turnebus* **32** (h)amadrias hinc ω : amor Dryasin *Rutgers* : Enydriasin *uel* Ephydriasin *Baehrens, corr. Itali* **33** phege ω : Pegae *Scaliger, corr. Turnebus* subuertite N **35** nulli ς; *sed cf. Sommer 440sqq.* **36** rosida Δ : rorida *Burman*

et circum irriguo surgebant lilia prato
 candida purpureis mixta papaueribus.
quae modo decerpens tenero pueriliter ungui
 proposito florem praetulit officio 40
et modo formosis incumbens nescius undis
 errorem blandis tardat imaginibus.
tandem haurire parat demissis flumina palmis
 innixus dextro plena trahens umero.
cuius ut accensae Dryades candore puellae 45
 miratae solitos destituere choros,
prolapsum leuiter facili traxere liquore:
 tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
cui procul Alcides iterat responsa; sed illi
 nomen ab extremis montibus aura refert. 50
his, o Galle, tuos monitus seruabis amores,
 formosum Nymphis credere uisus Hylan.

21

Tu, qui consortem properas euadere casum,
 miles ab Etruscis saucius aggeribus,

43 flumine A F (*corr.* F[4]) P **45** Hydriades *Unger* **48** lapso *Itali* iecit *Carutti* **50** fontibus ω (*probb. Sh. Bailey 58, Pasoli Monob. 129*), *corr. Heinsius*; *cf. enim Val. Fl. 3,596sq.* rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat / auia: responsant siluae et uaga certat imago, *Drac. Romul. 2,141–144* interea furibundus adhuc Tirynthius ibat / et clamans quaerebat Hylan; cui litus et unda / Herculen cum uoce sonant et nomen amati / m o n t e s, silua uocant **51** monitis Δ **52** uisus] rursus V[2] : iussus ς formosum ni uis perdere rursus (rusus *Housman*) Hylan *Palmer, prob. Housman Class. Pap. 330; sed nihil mutandum: de Galli imprudentia cf. enim uu. 2sq. et de Nymphis cf. iam u. 11*

21 *priori coniungunt* A (*seiungit* A[2]) F P

quid nostro gemitu turgentia lumina torques?
  pars ego sum uestrae proxima militiae.
sic te seruato [ut] possint gaudere parentes, 5
  ne soror acta tuis sentiat e lacrimis:
Gallum per medios ereptum Caesaris ensis
  effugere ignotas non potuisse manus;
et quaecumque super dispersa inuenerit ossa
  montibus Etruscis, haec sciat esse mea.' 10

22

Qualis et unde genus, qui sint mihi, Tulle, Penates,
  quaeris pro nostra semper amicitia.
si Perusina tibi patriae sunt nota sepulcra,
  Italiae duris funera temporibus,

3 qui ς : quin *Onions* torquens Δ, *corr.* V²; torques *idem ualet ac* detorques: *cf. Hor. epist. 2,1,127* **4** maxima V² **5** si te D seruatum *Passerat* ut *del. Puccius* **6** ne] haec *uel* nec ς : ut *Passerat* : et *Hailer* : me *La Penna*; *ego uero duas sententias optatiuas, alteram positiuam* (sic te seruato possint gaudere parentes) *alteram negatiuam* (ne soror acta tuis sentiat e lacrimis) *hic inesse censeo* Acca *Scaliger; sed cf. Tränkle Herm. 96 (1968) 565* ruis A F (*corr.* F²) **8** manus] minas V² **9** at *Ayrmann* : nec *Butler* : sed *Enk, sed cf. Pasoli Monob. 135* quicunque Δ; *sed cf. Housman Class. Pap. 294, qui* quaecumque inuenerit *i. q.* licet sescenta alia inuenerit *interpretatur, coll. Lucr. 1,670sq.; de familiae* Δ *lectione cf. La Penna SIFC 25 (1951) 206sq.* **10** nesciat *Phillimore* tua N²

22 *priori coniungit* N : ad tullum A F D V : ad tullum que sit patria sua P : *fragmentum maioris carminis esse putat Heinsius, prob. Leo Kl. Schr. II 169-178, cum absit Properti nomen; cf. tamen Hor. epist. 1,20* (*et Fraenkel Hor. 362sq.*), *Ouid. am. 3,15, trist. 4,10* **1** genus] domus V²; *intellege* qualis et a quo genus (= τὸ γένος)

cum Romana suos egit Discordia ciuis, 5
(sic mihi praecipue, puluis Etrusca, dolor,
tu proiecta mei perpessa es membra propinqui,
tu nullo miseri contegis ossa solo),
proxima supposito contingens Vmbria campo
me genuit terris fertilis uberibus. 10

6-8 (sic ... solo) *dist. Scaliger* **6** sit ω (*prob. Kirsopp Lake ClPh 35 [1940] 298*) : sis *ed. Brix.* : sed *uel* set *Palmer* (*prob. R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 186*), *corr.* ς; *cf. Leo Kl. Schr. II 175, qui* puluis Etrusca *pro uocatiuo habet et* tu es *simul audit* **7** tu] et A F P D Vo (*corr.* F[4] P[2]) **8** *post hunc uersum 2,30,21sq. transt. Housman* tum D **9** suppositos ... campos *Postgate dub.; cf. tamen Pasoli Monob. 135* ("proxima Vmbria, *sc.* Perusiae, campo posito sub montibus suis contingens, *sc.* agrum Perusinum, qui trans Tiberim est") **10** *post hunc uersum 4,1,65sq. transt. Housman* ferulis A F (*corr.* F[4])

liber primus explicit F : propertii aurelii naute ad tullum liber primus explicit P

incipit secundus ad Mecenatem F : Propertii Aurelii Naute liber secundus incipit feliciter. Ad Mecenatem cur de rebus bellicis non tractet P : Propertii Aurelii Nautae liber secundus incipit ad Mecenatem D : Propertii Aurelii Nautae l. II ad Mecenatem V

LIBER SECVNDVS

1

Quaeritis unde mihi totiens scribantur amores,
  unde meus ueniat mollis in ora liber.
non haec Calliope, non haec mihi cantat Apollo:
  ingenium nobis ipsa puella facit.
siue illam Cois fulgentem incedere † cogis †, 5
  hoc totum e Coa ueste uolumen erit;
seu uidi ad frontem sparsos errare capillos,
  gaudet laudatis ire superba comis;

1 **2** ore N (*corr. ead. man.*); *cf. Ouid. trist. 3,14,23* (illud opus) nunc incorrectum populi peruenit in ora, *K.-St. I 564, Housman Class. Pap. 270* **4** *post hunc uersum uu.* 7–8 *transt. Fontein* **5-6** *cum* 9–10 *commut. Lachmann* **5** cogis N A F P Vo D[2] : togis D V : uidi ς (*prob. Enk II 2,15; cf. tamen Boucher REL 41 [1963] 103*) : coccis *Lachmann* (*probb. B.-B. 189*) : cerno *Leo* : fingis *Alton* : iuuit *Barber*; cogis (*i. q.* adducis) *defendere conati sunt nonnulli uiri docti, qui 1,4,2* mutatum domina cogis abire mea *conferunt; sed cf. Sh. Bailey 61, qui tamen ad uocem* cogis *defendendam parum probabile exemplum affert* (*Vitr. 7 praef. 13; cf. Giardina 91*). *Ego credere malo, quod iam Leo RhM 35 (1880) 435sq. suspicatus est*, cogis *nihil aliud esse nisi dittographiam uocis* Cois, *quae* παραδιορθώσει cogis *facta est* **6** hoc totum] totum de *codd. Vossii* : hac totum *Barth* (*prob. Enk Mn S.III 3 [1935-36] 158*) : actutum e *Rossberg* (*prob. Giardina 92*) : mox totum *Senger*; *tradita dubit. recepi, collato Rothstein I 211* ("hoc uolumen *ist das Buch, das der Dichter den Lesern vorlegt*") **7-10** *post u.* 16 *transt. Enk* **7** uidi] mihi N (*corr. ead. man.*)

siue lyrae carmen digitis percussit eburnis,
miramur facilis ut premat arte manus; 10
seu compescentis somnum declinat ocellos,
inuenio causas mille poeta nouas;
seu nuda erepto mecum luctatur amictu,
tum uero longas condimus Iliadas;
seu quidquid fecit siue est quodcumque locuta, 15
maxima de nihilo nascitur historia.
quod mihi si tantum, Maecenas, fata dedissent,
ut possem heroas ducere in arma manus,
non ego Titanas canerem, non Ossan Olympo
impositam, ut caeli Pelion esset iter, 20
nec ueteres Thebas nec Pergama, nomen Homeri,
Xersis et imperio bina coisse uada,
regnaue prima Remi aut animos Carthaginis altae
Cimbrorumque minas et bene facta Mari:

9 lyra *Heinsius, fort. recte; cf. enim Ouid. trist. 4,10,50* dum ferit Ausonia carmina culta lyra; *tradita tuentur 1,3,42* rursus et Orpheae carmine, fessa, lyrae, *4,6,32* testudineae carmen inerme lyrae; *cf. etiam ThLL III 468,81sqq.* percurrit *Dousa fil.* **11-12** *ante uu.* 9-10 *hab.* Vo, *post u.* 14 *transt. Housman* **11** seu cum poscentis ω (*quod defendere conati sunt nonnulli uiri docti, Vahlen secuti, qui Verg. Aen. 6,880sq.* seu cum pedes iret in hostem, / seu spumantis equi foderet calcaribus armos *confert; quod exemplum minime ad nostrum uersum pertinere mihi uidetur, ut iam censuerat Leo Kl. Schr. II 196*) : seu tum poscentis *Housman* (*qui, ut supra dixi, uu.* 11-12 *post u.* 14 *transt.*) : seu iam poscentis *Baehrens*; *corr. Leo (RhM 35 [1880] 436: "mihi quidem qui oculos declinat non poscere somnum, sed ab somno posci uidetur, pugnare cum somno")* somnus ς **14** tunc A F P **16** *post hunc uersum nouam elegiam incipit Struve; sed cf. Leo RhM 35 (1880) 436* **19** ossan P[rec] *in ras.* : thitan F (*corr. in mg.* F[4]) **20** impositum Δ, *prob. Housman Class. Pap. 320*; *sed numquam* Ossa *masculini generis est: cf. Enk II 2,19* **21** nec ... nec] non ... nec A F P **22** xerxis Δ

bellaque resque tui memorarem Caesaris et tu 25
  Caesare sub magno cura secunda fores.
nam quotiens Mutinam aut, ciuilia busta, Philippos
  aut canerem Siculae classica bella fugae
euersosque focos antiquae gentis Etruscae
  et Ptolemaeei litora capta Phari, 30
aut canerem Aegyptum et Nilum, cum attractus
  septem captiuis debilis ibat aquis, [in urbem
aut regum auratis circumdata colla catenis,
  Actiaque in Sacra currere rostra Via;
te mea Musa illis semper contexeret armis, 35
  et sumpta et posita pace fidele caput:
Theseus infernis, superis testatur Achilles,
  hic Ixioniden, ille Menoetiaden.
+ + +
sed neque Phlegraeos Iouis Enceladique tumultus
  intonet angusto pectore Callimachus, 40

30 ptholomenei *uel* ptolomeney N V P^2 : tholomonei A F P : ptholomaeae D Vo; *corr.* ς; *de masculino genere cf. Enk II 2,25* ("*quominus nostro uersu de Pharo turri cogitemus, nihil impedit:* litus, ubi Ptolemaei Pharus est") *et Sh. Bailey 61sq., qui confert Strab. 17,1,6* **31** cyptum N A : ciptum F : giptum F^4 : cyprum Δ (*sed cf. Housman Class. Pap. 331*); *corr.* P^{rec} *in ras.* cum atractactus F : cum tractus D V P^2 *in ras.* : contractus Vo : cum atratus *Palmer* : cum a! tractus *Brandt*; *sed cf. Ouid. met. 3,562sq.* ite ducemque / attrahite huc uinctum, *Liu. 23,7,7, ThLL II 1159,38sqq.* **35** contexerit N A F Δ : contexuit ς : connexerit *Itali*; *sed cf. ThLL IV 693,18sqq.* **37-38** *del. Fontein, quem nonnulli uiri docti secuti sunt* : *ante 3,9,33sq. transt. Postgate* : *3,9,33sq. post u.* 38 *transt. Housman* : *lacunam ante u.* 37 *statuit Jacob, ante u.* 39 *recte statuit Vulpius; elogium enim indissolubilis inter Augustum et Maecenatem amicitiae nimis breue et ex abrupto intermissum mihi uidetur; cf. etiam B.-B. 190: ordinem traditum def. Jones ClR 75 (1961) 198* **37** inferius A (*corr.* A^2) F **41** praeueniunt A F P (*corr.* A^2 P^2)

nec mea conueniunt duro praecordia uersu
  Caesaris in Phrygios condere nomen auos.
nauita de uentis, de tauris narrat arator,
  enumerat miles uulnera, pastor ouis;
nos contra angusto uersamus proelia lecto: 45
  qua pote quisque, in ea conterat arte diem.
laus in amore mori: laus altera si datur uno
  posse frui: fruar o solus amore meo!
si memini, solet illa leuis culpare puellas
  et totam ex Helena non probat Iliada. 50
seu mihi sunt tangenda nouercae pocula Phaedrae,
  pocula priuigno non nocitura suo,
seu mihi Circaeo pereundum est gramine, siue
  Colchis Iolciacis urat aena focis,

44 et numerat A, *quod frustra def. Rothstein I 473 (*"numerare *heisst hier nicht 'zählen', sondern 'eine Zahlenangabe machen'.")*; *cf. enim Leo Kl. Schr. II 184* **45** uersantes ω : uersantis *L. Müller; corr. Volscus; absurdum est enim cum Rothstein* facinus *simul audire aut* uersantes *pro acc. habere, uerbo* narramus *a praecedentibus sumpto; ut recte monet Giardina 100, "nauita arator miles pastor de suis ipsorum rebus et artibus narrant: cur poeta de aliorum rebus narret?". Vt u. 46 ostendit, amor est ars, quae Propertio conuenit. Interpretatio a Stroh 58 adn. 16 nuper proposita* (nos ... uersantes proelia lecto, ea arte, qua possumus, diem conteramus) *nimis contorta mihi uidetur* **46** quam P in ea] mea F P Vo : in eo F[4] *post u. 46 nouam elegiam inc. Ballheimer, prob. Leo RhM 35 (1880) 436; cf. tamen R.Reitzenstein Herm. 31 (1896) 187* **47** uni A (*corr.* A[2]) : una ς; uno *perperam pro dat. habent nonnulli uiri docti, praeeunte Postgate JPh 9 (1880) 65; simul audi tamen* amore *et cf. Cic. Att. 3,17,3* tantum uelim Fortuna det nobis potestatem ut incolumes amore nostro perfruamur **48** saluus *Kraffert* **49** sed memini ς : sic (memini) *Henry; sed cf. ThLL VIII 646,80sqq. et Sh. Bailey 62sq.* ille Δ **51** sint Δ **52** non] uel *Camps* **53** sanguine Vo D[2] **54** c(h)olchiacis ω, *corr. Scaliger*

una meos quoniam praedata est femina sensus, 55
ex hac ducentur funera nostra domo.
omnis humanos sanat medicina dolores:
solus amor morbi non amat artificem.
tarda Philoctetae sanauit crura Machaon,
Phoenicis Chiron lumina Phillyrides, 60
et deus exstinctum Cressis Epidaurius herbis
restituit patriis Androgeona focis,
Mysus et Haemonia iuuenis qua cuspide uulnus
senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.
hoc si quis uitium poterit mihi demere, solus 65
Tantaleae poterit tradere poma manu;
dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis,
ne tenera assidua colla grauentur aqua;
idem Caucasia soluet de rupe Promethei
bracchia et a medio pectore pellet auem. 70
quandocumque igitur uitam mea fata reposcent
et breue in exiguo marmore nomen ero,
Maecenas, nostrae spes inuidiosa iuuentae,
et uitae et morti gloria iusta meae,
si te forte meo ducet uia proxima busto, 75
esseda caelatis siste Britanna iugis,
taliaque illacrimans mutae iace uerba fauillae:
'Huic misero fatum dura puella fuit.'

56 *post hunc uersum nouam elegiam inc. Heimreich* **58** amat] habet *Flor. Paris. 15155; sed cf. 1,2,28* nudus Amor formae non amat artificem artificem] arte fugam *Bury* : auxilium *Sh. Bailey*; *cf. tamen Tränkle 23 adn. 2, qui* sanandi *simul audit* (morbi sanandi artifex), *coll. u. 57* sanat; *cf. etiam Apul. met. 10,2* artifici medico **61** cr(a)esis ω, *corr.* ς **63** *post hunc uersum desinit* A missus N F³ P² **66** tantelea N : tantalea F P Δ; *corr.* ς; *cf. enim 1,11,12* alternae facilis cedere lympha manu, *ThLL VIII 242,56sqq., Sommer 390* **71** mea *ex* meam F : me Vo, *fort. recte; cf. Giardina 106* **75** ducit D Vo **78** *nouam elegiam inc.* N

2

Liber eram et uacuo meditabar uiuere lecto:
  at me composita pace fefellit Amor.
cur haec in terris facies humana moratur?
  Iuppiter, ignosco pristina furta tua.
fulua coma est longaeque manus et maxima toto 5
  corpore et incedit uel Ioue digna soror,
aut cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras,
  Gorgonis anguiferae pectus operta comis,
qualis et Ischomache, Lapithae genus, heroine,
  Centauris medio grata rapina mero, 10

2 ad cynthiam (ci-) F D V : laudes cinthie P 3 humana] diuina ς; *pentametrum sic intellego*: cur haec pulchra forma muliebris inter homines adhuc uiuit? 4 ignosco] ignoro N F P D V : ingnoro Vo : ignosco *pro uaria lectione in mg.* N P V : agnosco *Heinsius* : ignari (*sc.* erant) *Garrod*; ignoro *frustra deff. Gow TCPhS 2 (1881) 157 et Rothstein I 226, qui* ignoro *pro* nihili aestimo *aut* non iam te agnosco *interpretantur; cf. Housman Class. Pap. 334. Recte interpretatur Enk II 2,48: "ignosco tibi, Iuppiter, pristina furta tua; nam tam formosa est Cynthia, ut optime intellegam te olim puellas mortales rapuisse"* ignoras ... tua? *Fontein* furta] fata N 6 corpore et] corporeque F (*corr.* F[4]) P : corpore ut *ed. Gryphiana a. 1548* (*probb. Otto, Comment. Woelfflin., Lipsiae 1891, 149sq., B.-B. 193; sed cf. Sh. Bailey ClQ 39 [1945] 119*) : corpore cum *Giardina*; *tradita deff. W. A. Baehrens Phil. 72 (1913) 268, cuius sententia duas structuras hic contaminat Propertius* (incedit uel Ioue digna; incedit ceu Iouis soror est), *et Sh. Bailey 64sq., qui* Ioue digna soror *pro* digna quae sit soror Iouis *et* aut cum Pallas spatiatur *pro* aut qualis Pallas cum spatiatur *interpretatur* uel] ut ς, *prob. Giardina 108sq.*; *de* uel *cf. K.-St. II 111* 7 aut] ut ς : uel *Postgate dub.* cum] ceu *Baehrens*; *sed* ceu *a Propertio numquam usurpatur* 9 Ischomachi *Schneidewin*; *quod iure refellit Rothstein I 474*

Mercurio ⟨aut⟩ qualis fertur Boebeidos undis
uirgineum Brimo composuisse latus.
cedite, [et]iam, diuae, quas pastor uiderat olim
Idaeis tunicas ponere uerticibus!
hanc utinam faciem nolit mutare senectus, 15
etsi Cumaeae saecula uatis aget!

3a

'Qui nullam tibi dicebas iam posse nocere,
haesisti: cecidit spiritus ille tuus!
uix unum potes, infelix, requiescere mensem,
et turpis de te iam liber alter erit.'
quaerebam, sicca si posset piscis harena 5
nec solitus ponto uiuere toruus aper,
aut ego si possem studiis uigilare seueris:
differtur, numquam tollitur ullus amor.

11 Mercurio satis N F Δ : mercurio qualis P (sais *s. l.* P^{rec}; *sed cf. Rossberg Lucubr. Prop. 11*) : mercurio sacris *uel* sanctis ς : Mercurio Ossaeis *Burman* : Mercurio et qualis *Winbolt* : Mercurio talis *Haupt*; *corr. Carutti*; *cf. 4,6,33sq.* bobeidos N Δ F^4 : bobeidas (-ydas) F P, *corr.* N^3 (*cf. Birt XXXVI*) **12** Brimo] primo ω, *corr. Turnebus* **13** iam] etiam ω : uos P^{rec} *in mg.*, *corr.* ς **15** nolit] uelit F^4 **16** agat V^2, *prob. Enk II 2,54*; *sed de indicatiuo ad hypothesin irrealem designandam cf. 2,25,10* siue ego Tithonus siue ego Nestor ero et sic (ς) . . . agat *Itali*

3a ad irrisorem F P Δ **1-4** *secum loquitur poeta, ut censet Williams Trad. and Orig. 474; iniuria Abel Anred. 43 et Tränkle 146 amicum quendam alloqui Propertium putant* **1** nullum ω, *corr. Heinsius*; *sequentes uersus luculenter ostendunt hic de puella agi; uox* nulla *absolute usurpatur in 2,23,41* nulla tamen lecto recipit se sola libenter **2** haesisti? . . . tuus? *dist. Richmond* **3** requiescere] cognoscere F (*corr.* F^4) P **4** erit? *dist. Richmond* **7** seueris] serenis F (*corr.* F^4) Vo D^2

nec me tam facies, quamuis sit candida, cepit
  (lilia non domina sint magis alba mea; 10
ut Maeotica nix minio si certet Hibero,
  utque rosae puro lacte natant folia),
nec de more comae per leuia colla fluentes,
  non oculi, geminae, sidera nostra, faces,
nec si qua Arabio lucet bombyce puella 15
  (non sum de nihilo blandus amator ego):
quantum quod posito formose saltat Iaccho,
  egit ut euhantis dux Ariadna choros,
et quantum Aeolio cum temptat carmina plectro,
  par Aganippaeae ludere docta lyrae; 20
et sua cum antiquae committit scripta Corinnae,
  carmina † quae quiuis † non putat aequa suis.

9 sit *ex* sis F **10–12** (lilia ... folia) *dist. Baehrens* : (lilia ... mea) *dist. Housman, qui* 11–12 *post u.* 16 *transt.* **10** sunt Δ, *prob. Giardina 114sq.*; *ego uero cur coniunctiuus* sint *"inanis error scribarum" (Giardina 115) habendus sit intellegere nequeo; cf. Enk II 2,58, qui* si cum colore dominae meae comparentur *simul audit* **11** ut] et F P **12** natent N (natant *pro uaria lectione ead. man.*) P Vo **15** si qua Arabio] si quando Araba *Puccius* : si quando Arabo *Garrod*; *tradita iniuria def. Sh. Bailey 65, qui Plaut. Poen. 515sqq. confert; cf. contra 2,13,9sq.* non ego sum formae tantum mirator honestae / nec si qua illustris femina iactat auos, *ubi de Cynthia sermo est* **16** (non ... ego) *sic dist. Housman* **17** saltat] iactat F (*corr.* F[4]) P iacheo N F : iacho Δ N[3] (*cf. Birt XXXVI*) : acheo P, *corr.* F[4] **18** adriagna N : adrianna F P : adriana Δ, *corr.* N[3] (*cf. Birt XXXVI)* **19** Aeolio] Aonio ς, *prob. Giardina 117* cum] quod *Guyet* : quom *Lachmann* **20** *et* **22** *inter se mut. MacKay* **22** carmina qu(a)e quiuis ω (lyrines *pro uaria lectione add. in mg.* V[2]) : *post* carmina *et* quiuis *dist. Rothstein* (*i. e.* carmina, quae quiuis suis aequa putat, illa non suis aequa putat), *sed cf. Sh. Bailey 66* : carminaque Erinnes *Volscus* (*prob. Jachmann St. Paoli 421 adn. 1*) : carmina quae quaeuis *Palmer* (carmina quae queuis *iam Vat. Chig. 123[1]*), *prob. Sh. Bailey 66* (*fort. recte; cf.*

non tibi nascenti primis, mea uita, diebus
candidus argutum sternuit omen Amor?
haec tibi contulerunt caelestia munera diui, 25
haec tibi ne matrem forte dedisse putes.
non non humani partus sunt talia dona;
ista decem menses non peperere bona.
gloria Romanis una es tu nata puellis:
Romana accumbe[n]s prima puella Ioui, 30
nec semper nobiscum humana cubilia uises;
post Helenam haec terris forma secunda redit.

contra Enk II 2,63: "nulla causa est cur dici possit Corinnam aliorum carmina prae suis parui facere") : carminaque illius *Otto* : carminaque ullius *Rossberg* : *alii alia* putet *Postgate*
23 non] num F P, *quod nonnulli edd. probant* (*cf. e. g. Rothstein I 474 et uide K.-St. II 512, H.-Sz. 463*) : nunc Δ : nam ς; non *tuetur Rut. Nam. 1,87* non tibi nascenti plures animaeque manusque *etc.* (*cf. Alfonsi Aeu. 28 [1954] 287*); *de* non *i. q.* nonne *ap. Propertium cf. 2,8,21; 2,16,3* **24** candidus *Macrob. gramm. V 625,15 (= 651,29) K., prob. Housman Class. Pap. 295* : ardidus N F P : ar(r)idus Δ : adridus F[4] : feruidus *Beroaldus*; *cf. Catull. 68,133sq.* quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido / fulgebat crocea candidus in tunica argutum] augustae *Macrob.* (*def. Oldfather 278*) : augustum *Pontanus* : argute *Heinsius* (*fort. recte, si Macrobii textum consideramus*) stertuit Δ; *sed cf. Catull. 45,8* hoc ut dixit, Amor sinistra ut ante / dextra sternuit adprobationem *et Kroll ad loc.* **25** tibi *om.* N contulerint N F P V[2] *in ras.* : cum tul(l)erint D Vo, *corr.* ς **26** ne] me F P D Vo; *cf. H.-Sz. 336* **27** sunt partus F (*transt.* F[4]) P D V; *deff. Housman Class. Pap. 269 iisdemque fere uerbis Enk II 2,67sq., nulla certa ratione allata* **29** *et* **31** *inter se mut. Lachmann*; **30** *et* **32** *commut. Sterke, fort. recte; nam u. 30 explanare uidetur quae in u. 31 exponuntur. Ordinem traditum dubitanter recepi, collato Enk II 2,69, qui u. 31 eandem sententiam non repetere, sed Cynthiam non semel tantum Ioui accubituram dicere censet; sedes enim ei inter deos dabitur* **29** tu nata] limata F (*corr.* F[4]) **30** accumbens ω, *corr.* ς

hac ego nunc mirer si flagret nostra iuuentus?
pulchrius hac fuerat, Troia, perire tibi.
olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli 35
Europae atque Asiae causa puella fuit;
nunc, Pari, tu sapiens et tu, Menelae, fuisti,
tu quia poscebas, tu quia lentus eras.
digna quidem facies pro qua uel obiret Achilles;
uel Priamo belli causa probanda fuit. 40
si quis uult fama tabulas anteire uetustas,
hic dominam exemplo ponat in arte meam:
siue illam Hesperiis, siue illam ostendet Eois,
uret et Eoos, uret et Hesperios.

3b

His saltem ut tenear iam finibus! ah mihi si quis, 45
acrius ut moriar, uenerit alter amor!

33 hac] at F (*corr.* F[4]) D : ac Vo flagrat *Fontein, prob. Enk II 2, 69; non inepte quidem: coniunctiuus enim post* mirari si *uim potentialem habet (cf. K.-St. II 424, H.-Sz. 666); cf. tamen, cum Giardina 123, Cic. Cael. 69* hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscenissima sit fabula consecuta? (*sic codd.*: est *pro* sit *coni. Halm*); *sim. Prop. 2,26,21sq.* nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella / seruiat et tota dicar in urbe potens? **39-40** *post u.* 34 *transt. Rossberg* **40** priamus N (*ex* priamo) F P Δ; *cf. imitationem ap. Poet. Lat. min. 5,393,73sq. B.* tu poteras Priamo ualidissima causa fuisse, / nulla ut cura foret regna perire sua uel Priamus: *sic dist. Baehrens* fuit] foret ς **42** dominum N (*corr. ead. man.*) ponet D Vo in ante N F P : inante Vo **43** ostendis P

3b **45-46** *maioris carminis fragmentum esse censet Housman* **45-54** *sequenti elegiae coniungit ed. Ald. a. 1502* (*cf. etiam Enk, Studi Funaioli, Romae 1955, 32-36*); *eosdem uersus separauerunt nonnulli post Lemaire. Quibus adsentior: nam uu.*

ac ueluti primo taurus detractat aratra,
post uenit assueto mollis ad arua iugo,
sic primo iuuenes trepidant in amore feroces,
dehinc domiti post haec aequa et iniqua ferunt. 50
turpia perpessus uates est uincla Melampus,
cognitus Iphicli surripuisse boues;
quem non lucra, magis P[h]ero formosa coegit,
mox Amythaonia nupta futura domo.

4

Multa prius dominae delicta queraris oportet,
saepe roges aliquid, saepe repulsus eas,

1-44 Cynthiae laudes praedicant fuseque explicant cur Propertius Cynthiae amore carere non possit; contra in uu. 45-54 amatoris constantiae τόπος *inducitur seruitiumque amoris describitur. Adde praeterea u. 44 egregie elegiae finem facere; cf. enim eundem elegiae exitum in 2,6; similem praebent exitum 2,7 et 2,9* **45** ut] aut *Tyrrell, prob. Luck RhM 105 (1962) 338*; *de* ut *i. q.* utinam *cf. Tränkle 153sq., H.-Sz. 331* ah] aut N P Δ F[4] : an F (*quod iure improbant B.-B. 197, Sh. Bailey 67*) : hei *Lachmann* : at *Paley*; *corr. Puccius* **46** acrior ς; *sed, ut recte monet Giardina 126, "qui possit fieri, ut* alter *post acerrimam Cynthiam* acrior *poetae uideatur amor?"*; acrius *cum uerbo moriendi coniungendum; cf. Plaut. Trin. 540* sues moriuntur angina acerrime*]* amor? *sic dist. Havet* uenerit alter amor, acrius ut moriar *Scaliger* **47** *ante hunc uersum lacunam stat. Lemaire* **47-54** *post u.* 8 *transt. Scaliger* at ueluti F P; *sed cf.* ac ueluti *in hexametri initio ap. Prop. 2,15,51; 3,15,31; Verg. Aen. 2,626; CLE 1040,1 B.* **50** *post hunc uersum lacunam stat. Sh. Bailey dub.* **51** nylampus N V : uilampus F : uelampus F[4] **53** non] nunc D (*corr.* D[2]) : tunc Vo phero N F Δ : ferro P, *corr.* ς **54** amychaonia D V (*corr.* V[2])

4 ad amantem F D V : ad se ipsum P

et saepe immeritos corrumpas dentibus unguis
  et crepitum dubio suscitet ira pede!
nequiquam perfusa meis unguenta capillis, 5
  ibat et expenso planta morata gradu.
non hic herba ualet, non hic nocturna Cytaeis,
  non Perimedaea gramina cocta manu[s]; 8
nam cui non ego sum fallaci praemia uati? 15
  quae mea non decies somnia uersat anus? 16
quippe ubi nec causas nec apertos cernimus ictus, 9
  unde tamen ueniant tot mala caeca uia est; 10
non eget hic medicis, non lectis mollibus aeger,
  huic nullum caeli tempus et aura nocet;
ambulat - et subito mirantur funus amici!
  sic est incautum, quidquid habetur amor. 14

4 strepitum P D (*corr.* D²) Vo, *quod nonnulli accipiunt, collato fortasse Tib. 1,2,35* strepitu terrete pedum *et sim.*; *cf. tamen Cic. top. 52* pedum crepitus, strepitus hominum *et adde Prop. 2,32,15* et leuiter nymphis tota crepitantibus urbe, *Hor. epod. 16,48* leuis crepante lympha desilit pede **6** extenso ς, *quod tueri uidetur Ouid. ars 3,302* extensos fert . . . superba pedes; *sed* expensus *idem ualet atque* "ad certam mensuram uel rationem constrictus, aequatus" (*ThLL V 2,1643,34*); *cf. Sen. nat. 7,31,2* tenero et molli ingressu suspendimus gradum, *Maxim. eleg. 5,23sq.* quis referat gressus certa se lege mouentes / suspensosque nouis plausibus ire pedes? **7** nocturna] nocitura D (nocturna D²) Vo, *fortasse ex 2,1,52* : nocturna *ex* nocitura (*ut uid.*) V²; *de sagarum sacris nocturnis cf. e. g. Hor. epod. 5,49sqq.* **8** Perimedea . . . manu] per mede(a)e . . . manus ω (*sed cf. Theocr. 2,16*) : perimedeae . . . manus *codd. Beroaldi* (*prob. Rothstein I 474*), *corr. codd. Passeratii*; *de corruptelae origine cf. Fraenkel, Aeschylus. Agamemnon, III, Oxonii 1950,655 adn. 1* cocta] secta ς **9-10** *cum 15-16 commut. Postgate* : *post u.* 14 *transt. Enk, Studi Funaioli, Romae 1955, 35* **13** subitum *cod. Casanat. 3227 (et Heinsius)*; *sed cf. 2,16,27sq.* barbarus excussis agitat uestigia lumbis / et subito felix nunc mea regna tenet mirantur] comitantur *Giardina*; *sic tamen intellege*: et subito

hostis si quis erit nobis, amet ille puellas: 17
gaudeat in puero, si quis amicus erit.
tranquillo tuta descendis flumine cumba:
quid tibi tam parui † litoris † unda nocet? 20
alter saepe uno mutat praecordia uerbo,
altera uix ipso sanguine mollis erit.

5

Hoc uerum est, tota te ferri, Cynthia, Roma,
et non ignota uiuere nequitia?

amici mirantur eum esse funus (*i. q.* cadauer, *i. e.* ex hac uita migrasse); *de uoce* funus *i. q.* cadauer *cf. 1,17,8; 4,11,3 plurimaque exempla ap. ThLL VI 1605,36sqq.* subitum ... miramur ς **14** *ante* quidquid *et post* habetur *dist. Rothstein*; *sed cf. Leo Kl. Schr. II 194* sic est incautus, quicquid habetur, amor *Giardina*; *de* incautus "*sensu passiuo, i. q.* non euitatus ... *fere i.* ineuitabilis" (*ThLL VII 1,852, 41sqq.*) *cf. Lucr. 6,390* quibus incautum scelus auersabile cumquest. *Verba* quidquid habetur amor *recte interpretatur Enk II 2, 82 ("quidquid illud est quod amare uocatur")* **15-16** *post u.* 8 *transt. Birt, post u.* 4 *Otto*; *inepte enim in codicibus post u. 14 hoc distichon legitur; mea quidem sententia post u. 8 transferendum est; sic apte disponuntur quae Cynthiae duritiam frangere uel amoris morbum sanare nequeunt (uu. 5-6 formae cura; uu. 7-8 sagarum pocula; uu. 15-16 somniorum interpretamenta; uu. 9-12 medicorum remedia)*

17 ille] ipse F D Vo **20** limitis *Palmer*; *prob. Luck 396, qui 4,9,60 confert* (*ubi tamen* limes *idem est ac* trames) : gurgitis *Giardina*; litoris *frustra defendere conati sunt nonnulli uiri docti (Enk II 2,84:* "ripa fluminis"; *Sh. Bailey 69: mutata metaphora, primum de flumine, deinde de paruo maris sinu locutus est Propertius; obscure Rothstein I 241:* "paruum litus *hier offenbar nicht das kleine Ufer, sondern das nahe, durch einen geringen Zwischenraum getrennte Ufer")*

5 ad cynthiam D V : *priori coniungunt* N (*separ.* N[2]) F P

haec merui sperare? dabis mihi, perfida, poenas;
  et nobis aliquo, Cynthia, uentus erit.
inueniam tamen e multis fallacibus unam, 5
  quae fieri nostro carmine nota uelit,
nec mihi tam duris insultet moribus et te
  uellicet: heu sero flebis amata diu!
nunc est ira recens, nunc est discedere tempus:
  si dolor af[f]uerit, crede, redibit amor. 10
non ita Carpathiae uariant Aquilonibus undae,
  nec dubio nubes uertitur atra Noto,
quam facile irati uerbo mutantur amantes:
  dum licet, iniusto subtrahe colla iugo.
nec tu non aliquid, sed prima nocte, dolebis; 15
  omne in amore malum, si patiare, leue est.
at tu per dominae Iunonis dulcia iura
  parce tuis animis, uita, nocere tibi.
non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
  uerum etiam instanti laesa repugnat ouis. 20

3 hoc F (*corr.* F[rec]) P mi N F P (*corr.* P[2]); *sed cf. Housman Class. Pap. 284* **4** aliquo] aquilo ω (*quod perperam deff. B.-B. 199*) : alio *Burman*; *corr. Bosscha*; *cf. Sh. Bailey 70, qui confert Cic. dom. 100* demigrandum potius aliquo est quam habitandum in ea urbe, *Lig. 27* hinc prohibitus non ad Caesarem ... non domum ... non in aliquam regionem ... uenit **5** e] est N (*corr.* N[2]) **8** uellicet] uel licet P : uendicet Δ (*corr.* V[2]); uellicet *recte interpretatur Barth ("zelotypiae stimulis uexet")*; *cf. Sen. epist. 63,1* illum quoque ista res uellicabit, sed tantum uellicabit; *sim. epist. 20,13* potius excitandus et uellicandus est animus **10** afuerit *CIL IV 4491* (= *CLE 1785 B.*) : affuerit N F P : abfuerit Δ F[3] crede] cede *Guyet*; *sed cf. CIL IV 4491* **13** mutamur *Oudendorp* **15** non, aliquid *dist. Rothstein*; *sed cf. Leo Kl. Schr. II 194; recte intellegit Passerat: "non nihil aegritudinis senties, Properti, uerum id fortasse nocte prima tantum"* **18** parce iniusta nimis *Leo* uita] ita F P (*corr.* P[rec])

nec tibi periuro scindam de corpore uestis,
   nec mea praeclusas fregerit ira fores,
nec tibi conexos iratus carpere crinis,
   nec duris ausim laedere pollicibus.
rusticus haec aliquis tam turpia proelia quaerat, 25
   cuius non hederae circumiere caput.
scribam igitur, quod non umquam tua deleat aetas:
   'Cynthia, forma potens: Cynthia, uerba leuis.'
crede mihi, quamuis contemnas murmura famae,
   hic tibi pallori, Cynthia, uersus erit. 30

6

Non ita complebant Ephyraeae Laidos aedis,
   ad cuius iacuit Graecia tota fores;

21 periur(a)e P Δ (*corr.* V[2]), *prob. Housman Class. Pap. 320*; *sed cf. 1,3,9* ebria ... uestigia, *Hor. carm. 1,15,19* adulteros ... crinis *et uide Solbisky 144* **26** circuiere F D V P[2]; *re uera quid Propertius scripserit incertum est; cf. enim ThLL III 1135,61sqq.*; circumiere *defenditur a Papirian. ap. Cassiod. gramm. VII 164,7-10 K.* circum praepositio, sequentibus uocalibus, m litteram in enuntiatione amittit, in scriptura seruat **27** non umquam *ex* numquam N tua] sua *Heinsius* : tibi *Leo*; *sed nihil mutandum: nam* tua aetas (*i. e.* tua uita) *idem est ac* tu dum uiues deleat *ex* doleat N **28** uerba] uerna *Peiper* : lingua *Richards*; *de relationis accusatiuo q. e.* uerba *cf. K.-St. I 286, Löfstedt Synt. II 421* formipotens ... uerbileuis *Scaliger*

6 ad cinthiam F : ad cinthiam redargutio P : *priori coniungit* N (*dist.* N[2]) **1** complebam D Vo : feruebant *Hartman*; *de plurali indefinito cf. 2,20,9, Lucr. 6,261, Verg. georg. 2,539* ephere(a)e N F P (*corr.* P[2]) V **2** fores] pedes Δ (*def. Housman Class. Pap. 295*), *haud dubie collato Ouid. epist. 3,84* et iacet ante tuos Graecia maesta pedes; *cf. tamen Plat. AP 6,1,1sq.* ἡ τὸν ἐραστῶν / ἑσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων

turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim
  tanta, in qua populus lusit Ericthonius;
nec quae dele[c]tas potuit componere Thebas, 5
  Phryne tam multis facta beata uiris.
quin etiam falsos fingis tibi saepe propinquos,
  oscula nec desunt qui tibi iure ferant.
me iuuenum pictae facies, me nomina laedunt
  me tener in cunis et sine uoce puer; 10
me laedet, si multa tibi dabit oscula mater,
  me soror et cum quae dormit amica simul:
omnia me laedent: timidus sum (ignosce timori)
  et miser in tunica suspicor esse uirum.
his olim, ut fama est, uitiis ad proelia uentum est, 15
  his Troiana uides funera principiis;
aspera Centauros eadem dementia iussit
  frangere in aduersum pocula Pirithoum.
cur exempla petam Graium? tu criminis auctor,
  nutritus duro, Romule, lacte lupae: 20
tu rapere intactas docuisti impune Sabinas:
  per te nunc Romae quidlibet audet Amor.

5 delectas N F Δ, *corr.* N^{rec} (*cf. Birt XXXVI*) F^4 V^2 : deiectas *Gebhard* : disiectas *Schrader*; *cf. Athen. 13,591 d* **6** phyrne (phi-) tam N Δ : phymeram (phi-) F P : phirneram F^4, *corr. Volscus* *post u. 6 lac. stat. Burman* **8** ne desunt F : ne desint P F^3 (*corr.* F^4) iura F (*corr.* F^3) V^2 **9** facies picte F P **11** l(a)edes F (*corr.* F^4) D dedit V^2 **12** cum qua ω : si quae *Heinsius* : quando *Alton* (*prob. Sh. Bailey 71*); *corr.* ς *(et Dousa fil.)*; cum quae *idem ualet atque* cum aliqua : *cf. enim Cic. Tusc. 5,78* mulieres in India, cum est cuius earum uir mortuus, *Colum. 4,25* cum ... desecare quid debet dormis F P^2 **13** ledunt P, *fort. recte*; *cf. enim* timidus sum ... suspicor (*uu. 13-14*) ignosce timenti P **18** perithoum (pery-) N P Δ **20** durae ς; *intellege tamen, per hypallagen*, nutritus lacte durae lupae *et cf. 4,4,54* nutrit inhumanae dura papilla lupae

felix Admeti coniunx et lectus Vlixis
et quaecumque uiri femina limen amat!
templa Pudicitiae quid opus statuisse puellis, 25
si cuiuis nuptae quidlibet esse licet?
quae manus obscenas depinxit prima tabellas
et posuit casta turpia uisa domo,
illa puellarum ingenuos corrupit ocellos
nequitiaeque suae noluit esse rudis. 30
a gemat in te⟨ne⟩bris, ista qui protulit arte
turpia sub tacita condita laetitia!
non istis olim uariabant tecta figuris:
tum paries nullo crimine pictus erat.
sed non immerito! uelauit aranea fanum 35
et mala desertos occupat herba deos.

23-24 *del. Postgate* : *post u.* 26 *transt. Enk*, *post u.* 38 *Otto* (*qui uu.* 25-26 *post u.* 36 *transt.*), *post u.* 40 *Heydenreich* **23** ameti N F Δ **24** uiri] feri N F (*corr.* F³) Δ *post uu.* 24, 26, 34, 36, *lac. posuit Lachmann*; *cf. tamen de uersuum cohaerentia Sh. Bailey 72* **26** cuiuis] cuius F : quoius *uel* quo ius Δ quidlibet] cuilibet F P Vo : quoilibet D V **28** uisa] iussa Δ (*corr.* V²) **31** in tenebris] in terris ω : infernis *Senger*, *corr. Fontein*; in terris ... protulit *frustra defendere conatus est Sh. Bailey 73* (*prob. Enk II 2,107*), *qui exempla attulit (2,17,9; Hor. epist. 2,1,194; Ps. Verg. Lyd. 25) ubi* in terris *idem ualet ac* toto orbe terrarum. *Tradita dub. accepit Giardina 139, cuius sententia* in terris (*i. q.* sub terris) *a uerbali uoce* gemat *pendet*; *exempla tamen a Giardina allata (2,18,27sq., Ouid. am. 2,16, 15sq.) non ostendunt* in terris *usurpari posse pro* sub terris *i. e.* in inferis; *qua de causa, ut iam Camps et Luck, Fonteinii coniecturam recipere malui* **32** turpia] iurgia ω (*probb. Foster ClPh 2 [1907] 212, Giardina 139*) : orgia *Ruhnken* (*prob. R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 219 adn. 1 et Camps II 96, coll. Verg. georg. 4,521, Aen. 4,302 et Seru. ad loc.; uide tamen Sh. Bailey 72*), *corr. Herwerden Mn N.S. 1 [1873] 429*: *cf. enim Barber ap. Sh. Bailey 72sq.* sub] sed F P (*prob. Barber ap. Sh. Bailey 73*), *corr.* P² **35-36** *post u.* 26 *transt. Kuinoel* **35** immerito! *sic dist. Rothstein, praeeunte Brandt Quaest. Prop. 22*; *cf. 2,30,19* **36** male *Heinsius*

quos igitur tibi custodes, quae limina ponam,
quae numquam supra pes inimicus eat?
nam nihil inuitae tristis custodia prodest:
quam peccare pudet, Cynthia, tuta sat est. 40
nos uxor numquam, numquam deducet amica:
semper amica mihi, semper et uxor eris.

7

Gavisa es[t] certe sublatam, Cynthia, legem,
qua quondam edicta flemus uterque diu,
ni nos diuideret: quamuis diducere amantis
non queat inuitos Iuppiter ipse duos.
'At magnus Caesar.' sed magnus Caesar in armis: 5
deuictae gentes nil in amore ualent.

37–40 *post u.* 22 *transt. Richmond,* **37–42** *post u.* 24 *Dietrich* **37** lumina F P (*corr.* P[2]) **40** *post hunc uersum lac. stat. Lachmann* **41–42** *del. Struve* (*prob. Jachmann, Festschr. F. Schulz, II 185sq.*), *post* 2,7,12 *transt. Hetzel, post* 2,7,20 *Scaliger, prob. Enk II 2, 111* **41** deducet] me ducet ω : diducet ς : seducet *Birt, corr. Volscus*; *supple* a te *et cf. 2,25,9* at me ab amore tuo deducet nulla senectus

7 de cynthia (ci-) F P D V **1** est ω, *corr.* ς; est *deff. nonnulli, coll. 1,3,22. 27. 29. 34; quae tamen exempla nullius sunt momenti: hic enim de elegiae initio agitur* **2** flemus] stemus ω : maestus *Alton, corr.* ς; *de forma* flemus *i. q.* fleuimus (*cf. enim u. 1* gauisa es, *u. 3* diuideret) *cf. 1,7,5* consuemus, *Enn. scaen. 160 V[2] et uide Sommer 564, Tränkle 33* **3** ni] quis F Δ : qui P (*qui in mg. add.* ni *pro uaria lectione*) : quod *Baehrens*; *de corruptelae origine cf. Housman Class. Pap. 252 et de uoce* ni (*i. q.* ne) *Tränkle 36, H.-Sz. 535* **5** at . . . sed] an . . . an F P : an . . . sed N[2] F[4] P[rec] sed] sit *Markland*

nam citius paterer caput hoc discedere collo,
  quam possem nuptae perdere † more † faces,
aut ego transirem tua limina clausa maritus,
  respiciens udis prodita luminibus. 10
a mea tum qualis caneret tibi tibia somnos,
  tibia, funesta tristior illa tuba!
unde mihi patriis natos praebere triumphis?
  nullus de nostro sanguine miles erit.
quod si uera meae comitarem castra puellae, 15
  non mihi sat magnus Castoris iret equus.

8 more N F P V^2 : amore Δ (*prob. Enk II 2,114; sed cf. Sh. Bailey 74, Giardina 140*) : in ore ς; more *def. Housman Class. Pap. 295, coll. Ter. Andr. 152sq.* prope adest, quom alieno more uiuendumst mihi: / sine nunc meo me uiuere interea modo, *cui nonnulli addunt Plaut. Bacch. 459* opsequens oboediensque est mori atque imperiis patris, *Ter. Heaut. 203* huncine erat aequum ex more illius an illum ex huius uiuere; *sed in exemplis laudatis* mos *idem est ac* uitae ratio, *cum contra idem atque* arbitrium (= ad nuptae arbitrium) *ualere debeat, ut recte censet Sh. Bailey 74* pandere in ore *Giardina* **10** prodita] perdita F (*corr.* F^3) P^2 **11** dum F (*corr.* F^4) P tibi] mihi *cod. Paris. Lat. 7990 (et Kraffert)* tibia] cynthia ς **12** *post hunc uersum lac. stat. Lachmann* **13** *nouam eleg. inc.* ω : ad cinthiam se non nobilem sed eius amatorem P : ad cynthiam (ci-) D V F^2 : *priori coniungit Volscus; elegiam unam esse recte ostendit Nethercut Mn S. IV 24 (1971) 380–382* patriis] Latiis *Heinsius* : Parthis *Ruhnken, prob. Jachmann, Festschr. F. Schulz, II 180sq., cuius sententia* patriis triumphis *tantummodo* Propertii maiorum triumphis *significare potest; ego uero non intellego cur* patriae triumphis *significare non possit* **15–18** *hic alienos esse censet Postgate* **15** etsi F (*corr.* F^4) uera] sera *Oudendorp* : uela *Rothstein* : *alii alia*; *intellege, cum Sh. Bailey 75,* quae uera sunt castra *et cf. Ouid. am. 1,9,43sq.* impulit ignauum formosae cura puellae / iussit et in castris aera merere suis; *minus recte Enk II 2,117 uertit: "si castra meae puellae quae sequor uera essent castra"* comitarent ω (*def. Scheidweiler Herm. 88 [1960] 77; sed cf. iam B.-B. 203; quomodo castra* comitari *possint intellegere nequeo*) : comitarer ς; *corr. Beroaldus*; *de uoce actiua cf. Tränkle 64*

hinc etenim tantum meruit mea gloria nomen,
  gloria ad hibernos lata Borysthenidas.
tu mihi sola places: placeam tibi, Cynthia, solus:
  hic erit et patrio nomine pluris amor. 20

8

Eripitur nobis iam pridem cara puella:
  et tu me lacrimas fundere, amice, uetas?
nullae sunt inimicitiae nisi amoris acerbae:
  ipsum me iugula, lenior hostis ero.
possum ego in alterius positam spectare lacerto? 5
  nec mea dicetur, quae modo dicta mea est?
omnia uertuntur: certe uertuntur amores:
  uinceris aut uincis, haec in amore rota est.
magni saepe duces, magni cecidere tyranni,
  et Thebae steterant altaque Troia fuit. 10
munera quanta dedi uel qualia carmina feci!
  illa tamen numquam ferrea dixit 'Amo.'

19-20 *del. Lachmann* **20** patriae Δ (*corr.* V^2) : Partho *Burman* nomine] sanguine ω (*def. Nethercut Mn S. IV 24 [1971] 382sq.*), *corr. Postgate JPh 9 (1880) 66, qui uocem* sanguine *e u.* 14 *huc irrepsisse censet; idem confusionis exemplum inuenire possumus ap. Ouid. epist. 17,62 (ut monet Giardina 141): cf. enim app. ad loc. editionis a Dörrie curatae*

8 ad amicum F V : ad amicum de amicitia sublata P **4** leuior F P : segnior Δ (*corr.* F^4 V^2), *prob. Housman Class. Pap. 321; cf. ThLL VII 2, 1143, 1-29* **6** quae modo] quomodo F (*corr.* F^3) P **7-8** *post u.* 10 *transt.* ς (*fortasse recte*) : **7-10** *Propertii amico tribuit Hertzberg* **8** aut uinces ς *(et Palmer)* : a uictis *Barber* : ut uincas *Sh. Bailey*; *de uocalis productione in arsi cf. 1,10,23* petiīt, *4,1,17* fuīt *et Platnauer Lat. Eleg. 59sq.* **10** steterunt ς, *probb. Enk Comm. crit. 94, B.-B. 204*; *sed cf. Housman ad Manil. 2,877, Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 25* **12** dicit F P

ergo iam multos nimium temerarius annos,
  improba, qui tulerim teque tuamque domum?
ecquandone tibi liber sum uisus? an usque 15
  in nostrum iacies uerba superba caput?
sic igitur prima moriere aetate, Properti?
  sed morere; interitu gaudeat illa tuo!
exagitet nostros Manis, sectetur et umbras,
  insultetque rogis, calcet et ossa mea! 20
quid? non Antigonae tumulo Boe⟨o⟩tius Haemon
  corruit ipse suo saucius ense latus
et sua cum miserae permiscuit ossa puellae,
  qua sine Thebanam noluit ire domum?
sed non effugies: mecum moriaris oportet; 25
  hoc eodem ferro stillet uterque cruor.
quamuis ista mihi mors est inhonesta futura:
  mors inhonesta quidem, tu moriere tamen.
ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles
  cessare in tectis pertulit arma sua. 30
uiderat ille fuga stratos in litore Achiuos,
  feruere et Hectorea Dorica castra face;

13 iam] tam P, *qui* iam *add. in mg. pro uaria lectione* ergo ego (*Francius*) tam *Heinsius* **14** domum, *sic dist. Hertzberg*; *cf. tamen Sh. Bailey 77* **15** et quando (quoniam Vo) ne P Δ : et (ec F[4]) quando ue F; *cf. K.-St. II 515* **16** *post hunc uersum lac. stat. Lachmann, qui a u.* 17 *nou. eleg. inc.* **21–24** *post u.* 28 *transt. Baehrens (fort. recte)*; *hic alienos esse censet Housman* **21** boetius ω, *corr.* ς **23** misera ... puella *Francius, prob. Tyrrell Hermath. 2 (1876) 49sq.*; *simul audi tamen* ossibus *et cf. Cic. Verr. 2,4,45* ut non conferam uitam neque existimationem tuam cum illius *aliaque exempla ap. Sh. Bailey 77, H.-Sz. 217* **25** effugies *ex* effigies N : efficies F P Δ; *cf. Naeu. trag. 15 R[3]* numquam hodie effugies quin mea moriaris manu, *Catull. frg. 3* at non effugies meos iambos **26** ferro eodem N **28** *post hunc uersum lac. stat. Baehrens* **31** fugas tractos N F Δ (*sed cf. B.-B. 205*) : fuga tractos P (frigis *in mg. pro uaria lectione add. ead.*

uiderat informem multa Patroclon harena
  porrectum et sparsas caede iacere comas,
omnia formosam propter Briseida passus: 35
  tantus in erepto saeuit amore dolor.
at postquam sera captiua est reddita poena,
  fortem illum Haemoniis Hectora traxit equis.
inferior multo cum sim uel matre uel armis,
  mirum, si de me iure triumphat Amor? 40

9

Iste quod est, ego saepe fui: sed fors et in hora
  hoc ipso eiecto carior alter erit.
Penelope poterat bis denos salua per annos
  uiuere, tam multis femina digna procis;

man.) : fuga fractos ς : fuga sparsos *Heinsius* : fuga, stratos *Burman*; *corr. Passerat*; *tradita def. Rothstein I 265, cuius exempla (Hom. Il. 17,125. 160. 229. 394, ubi de Patroclo mortuo agitur) nullius momenti sunt. Abl.* fuga *idem ualet ac* dum fugiunt **37** sera] sacra Δ (*corr.* V[2]) : sera *om.* F (*add. in mg.* F[4]); *cf. Housman Class. Pap. 253 et app. ad 2,34,25* **38** ille *Van Kooten*: idem *L. Müller* **39** matre] marte N F P Vo V[2]: in arte D V, *corr. cod. Vat. Barber. VIII 23*; Marte *def. Löfstedt Peregr. Aeth. 200; cf. tamen Hom. Il. 1,280* εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ **40** iure] Tulle *Wyttenbach*; *uoces* mirum *et* iure *pleonasmon efficere putant Hertzberg et Postgate; cf. tamen Oros. hist. 7,42,8* nec mirum si iure hac pompa miser lusus est *et Sh. Bailey 78*

9 ad amicam de riuali F D V : ad amicam de riuali admisso et se excluso P **1** fors et] forsit ς; *sed cf. Hor. carm. 1,28,31; Verg. Aen. 2,139; 11,50; K.-St. I 812; Norden Aen. 270; Tränkle 48* **2** electo N F P V (*corr.* V[2]); *cf. app. ad 1,13,16 et Ter. Eun. 275sq.* hoc nunc dicis / eiectos hinc nos: omnium rerum, heus, uicissitudost

coniugium falsa poterat differre Minerua, 5
nocturno soluens texta diurna dolo;
uisura et quamuis numquam speraret Vlixem,
illum exspectando facta remansit anus.
nec non exanimem amplectens Briseis Achillem
candida uesana uerberat ora manu, 10
et dominum lauit maerens captiua cruentum,
propositum flauis in Simoente uadis,
foedauitque comas, et tanti corpus Achilli
maximaque in parua sustulit ossa manu;
cum tibi nec Peleus aderat nec caerula mater, 15
Scyria nec uiduo Deidamia toro.

3 salua] sola ς : sancta *Arntzen*; salua *idem ualet atque* integra: *cf. enim Liu. 1,58,7* quid enim salui est mulieri amissa pudicitia? 7 uisuram P[rec] : uenturum *Paley*; *de nominatiuo cum infinitiuo cf. 1,16,6; 3,6,40; Lease AJPh 40 (1919) 281; Löfstedt Synt. II 429; H.-Sz. 364* 8 facta] casta *Waardenburgh*; *sic intellege*: facta anus illum exspectando remansit, *i. e.* fida fuit, *et cf., in pentametri exitu, 3,25,16* facta queraris anus, *Ouid. epist. 1,116* facta uidebor anus 12 appositum Δ (*deff. Housman Class. Pap. 285, Leo Kl. Schr. II 185*) : apposito *Guyet*; *sed cf. Cic. fam. 5,16,2* homines nos ut esse meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit uita nostra *et Smyth Hermath. 87 (1956) 72* flauis] fluuiis ω : fuluis ς (*fort. recte: cf. ThLL VI 1534,10–17*) : Phrygiis *Oudendorp; corr.* ς; *cf. W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 264 et Sh. Bailey 80 (qui Sil. 14,231* uada flaua Symaethi *confert)* in simoenta ω (*deff. H.-Sz. 273; sed cf. Sh. Bailey 80*) : ad Simoenta *Paley, corr. Guyet*; *cf. 1,3,6* in (*i. q.* in ripis) herboso ... Apidano, *Housman Class. Pap. 285, H.-Sz. 273* **13–14** *ante u.* 11 *transt. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 131sq., prob. Leo Kl. Schr. II 185*; *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 274* **13** achillis F Δ : hachillis *ex* hachilli P[2]; *cf. CLE 1233,3 B. (in fine hexametri)* laudauit corpus Achilli, *ThLL I 392,15* **15** tunc tibi P : cui tum *Housman* : tunc ibi *Alton*; *sed de nimis repentina apostrophe cf. 3,11,33–38* **16** toro] uiro ω, *corr.* ς; uiro *def. Thörnell Er 5*

tunc igitur ueris gaudebat Graecia natis,
  tunc etiam felix inter et arma pudor.
at tu non una potuisti nocte uacare,
  impia, non unum sola manere diem! 20
quin etiam multo duxistis pocula risu:
  forsitan et de me uerba fuere mala.
hic etiam petitur, qui te prius ipse reliquit:
  di faciant, isto capta fruare uiro!
haec mihi uota tuam propter suscepta salutem, 25
  cum capite hoc Stygiae iam poterentur aquae
et lectum flentes circum staremus amici?
  hic ubi tum, pro di, perfida, quisue fuit?
quid si longinquos retinerer miles ad Indos,
  aut mea si staret nauis in Oceano? 30

(1927) 217, qui uocem uiduus *pro* uir a coniuge relictus *interpretatur, collato 2,8,29* ille etiam abrepta desertus coniuge Achilles; *quod iure refellit Enk II 2,139: cf. enim Ouid. epist. 16,318* in uiduo iaceo solus et ipse toro
17 uiris N P F² : iuris F : castis Δ : certis *Baehrens* : miris *Rossberg (fort. recte), corr.* P² natis] nuptis *Baehrens*; *eandem atque in codicibus iuncturam testatur Val. Fl. 5,614* cara mihi et ueras inter non ultima natas, *ubi tamen alia est significatio; adde praeterea u. 17 ad Penelopen, u. 18 ad Briseida pertinere posse et cf. Baehrens, Misc. crit., Groningae 1878, 86. Quae sunt tamen* uerae nuptae? *Explanationem a Burman propositam* ("ueri nati *sunt genuini, spuriis oppositi, casti thalami pignora*") *dubitanter recipio. Versus fortasse nondum sanatus* **18** tunc etiam] otia tunc *Housman* : tunc etenim *Barber*; *sed cf. Sh. Bailey 81 et de nexu* etiam ... et *ThLL V 2,915,15-42* **21** duxisti F P Δ; *sed cf. Housman Class. Pap. 252* risu] lusu *Guyet* **23** prior *Markland* **25** haec] et *Lachmann*; *sed recte uertit Enk II 2,141: "hocne uotis propter salutem tuam susceptis expetii, ut e morbo refecta me relinqueres istumque amares?"* **26** peterentur Δ; *sed cf. Ouid. met. 14,641, Liu. 7,9,7, Neue-Wagener III 257, Sommer 505* **29-30** *post u.* 20 *transt. Housman*

sed uobis facile est uerba et componere fraudes:
hoc unum didicit femina semper opus.
non sic incertae mutantur flamine Syrtes,
nec folia hiberno tam tremefacta Noto,
quam cito feminea non constat foedus in ira, 35
siue ea causa grauis, siue ea causa leuis.
nunc, quoniam ista tibi placuit sententia, cedam:
tela, precor, pueri, promite acuta magis!
figite certantes atque hanc mihi soluite uitam!
sanguis erit uobis maxima palma meus. 40
sidera sunt testes et matutina pruina
et furtim misero ianua aperta mihi,
te nihil in uita nobis acceptius umquam:
nunc quoque eris, quamuis sis inimica mihi.
nec domina ulla meo ponet uestigia lecto: 45
solus ero, quoniam non licet esse tuum.
atque utinam, si forte pios eduximus annos,
ille uir in medio fiat amore lapis!

\+ + +

33 incerto ω, *corr.* ς; *cf. Sall. Iug. 78 (de Syrtibus)* facies locorum cum uentis simul mutatur, *Sen. Phaedr. 569sq.* et amica ratibus ante promittet uada / incerta Syrtis, *Stat. Theb. 1,687sq.* si quos incerto litore Syrtes / destituunt **34** in (h)yberno F P (*corr.* P²) **38** precor] quidem F (*corr.* F⁴) P V²; *cf. K.-St. II 163* promitte N Vo : pincte F (*corr.* F⁴); *cf. Ouid. ars 3,516* spicula de pharetra promit acuta sua puer hic promit P **41-52** *separ. Lemaire,* **41-48** *separ. Lachmann* **41** sunt] sint ς *(et Burman)*; *cf. Seru. ad Verg. buc. 5,21* Propertius: testes sunt sidera nobis **43-44** *om.* P (*suppl. ead. man. in mg.*) **44** erit *Postgate* : era's *Housman*; *simul audi tamen* accepta; *haec constructio, quam durissimam putant Enk II 2,147 et nonnulli uiri docti, non est tamen prorsus refellenda: quamquam concedere possum emendationem a Postgate propositam elegantiorem efficere uersum, attamen caueo ne Propertius ipse corrigatur* sis] sic N : sit F (*corr.* F⁴) mihi] mea *Palmer* : nihil *Postgate* **48** *post hunc uersum lacunam statuit Lachmann, quod de improuiso poeta riualem adloquitur*

non ob regna magis diris cecidere sub armis
  Thebani media non sine matre duces, 50
quam, mihi si media liceat pugnare puella,
  mortem ego non fugiam morte subire tua.

10

Sed tempus lustrare aliis Helicona choreis
  et campum Haemonio iam dare tempus equo.
iam libet et fortis memorare ad proelia turmas
  et Romana mei dicere castra ducis.
quod si deficiant uires, audacia certe 5
  laus erit: in magnis et uoluisse sat est.
aetas prima canat Veneres, extrema tumultus:
  bella canam, quando scripta puella mea est.
nunc uolo subducto grauior procedere uultu,
  nunc aliam citharam me mea Musa docet. 10

49–52 *hic alienos esse censet Wakker, prob. Camps II 107; omnia bene procedere censet Enk II 2,148–150, nimis confidenter* **50** media] misera *Jacob*; *sed cf. Sen. Phoen. 407–409 (Iocasta loquitur)* ibo, ibo et armis obuiam opponam caput / stabo inter arma: petere qui fratrem uolet, / petat ante matrem, *457* media se opponit parens (*sc.* Iocasta)

10 *priori coniung.* F P : *hic tertium elegiarum librum incipere statuit Lachmann, initium excidisse ratus* **1** sed] est D (*corr.* D²); *sed cf. 2,27,1* **2** et campum Aonio *Heinsius* (*cf. Stat. Theb. 10,319sq.* Aonios ... equos) : campum et Maeonio *Housman, praeeunte Heinsio*; *sed* Haemonius equus *idem ualet atque* equus bello aptus: *cf. Lucan. 6,397* Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen, *Otto, Comm. Woelfflin., Lipsiae 1891, 150, Enk II 2,154* **7–8** *post u.* 20 *transt. Birt*; *sed cf. R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 188–192* **7** ueteres P (*corr.* P²) **9** succedere F; *cf. eundem hexametri exitum* (procedere uultu) *ap. Lucan. 6,736* **10** nunc] nam F P : namque D Vo F³ P²

surge, anime, ex humili! iam, carmina, sumite uires!
   Pierides, magni nunc erit oris opus.
iam negat Euphrates equitem post terga tueri
   Parthorum et Crassos se tenuisse dolet:
India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho 15
   et domus intactae te tremit Arabiae;
et si qua extremis tellus se subtrahit oris,
   sentiat illa tuas postmodo capta manus!
haec ego castra sequar; uates tua castra canendo
   magnus ero: seruent hunc mihi fata diem! 20
at caput in magnis ubi non est tangere signis,
   ponitur † hac † imos ante corona pedes;
sic nos nunc, inopes laudis conscendere culmen,
   pauperibus sacris uilia tura damus.

11 anima ω, *corr. cod. Salmant. 86 (et Heinsius)*; *cf. ThLL II 104,63-71, Enk Mn S. III 3 (1935-6) 159* *post* humili *dist.* F; *cf. Sen. suas. 4,2; Iuuen. 3,39; S. H. A. Seu. 18,11; sim. Cic. Tusc. 2,5* carmine N P Δ; *cf. Housman Class. Pap. 296, qui luculenter ostendit unum F genuina uerba tradidisse* **14** metuisse V Vo D² : timuisse V² **15** quin] quis ω, *corr.* ς; *cf. H.-Sz. 677* **16** domus ... Arabiae] nemus ... Armeniae *Fontein, prob. Hartman Mn 49 (1921) 436*; *sed nihil mutandum: cf. enim Verg. georg. 2,115* Eoasque domos Arabum, *Hor. carm. 3,24,1* intactis ... thesauris ... Arabum **17** et] aut *Hartman* **21** at] ut ω, *corr. Fontein*; *particula* at *restituta, uu. 21-26 praecedentibus apte opponuntur* **22** hac N F P (*probb. B.-B. 209*) : hic Δ (*prob. Enk II 2,163*) : haec ς (*fort. recte: cf. Sh. Bailey 83*) : his *Scaliger* : huic *Dousa* : atque *Birt* : hinc *Camps*; *sed nulla emendatio certa mihi uidetur* **23** contendere *Broukhusius* (*prob. Stroh 65 adn. 38, coll. ThLL IV 663, 36-46*) : contingere *Fontein*; *cf. tamen ThLL IV 361,53-58* culmen] carmen ω (*deff. Mattingly ClR 26 [1912] 49sq., Sh. Bailey 94; sed cf. Enk II 2,164*) : in arcem *Palmier* : currum *Markland* (*non inepte: cf. 2,18,13, Lucr. 6,47 aliaque exempla ap. ThLL IV 361,59-62*); *corr. Passerat: cf. Sil. 3,510* summumque Iouis conscendere culmen, *Vahlen Ges. Phil. Schr. II 119sq.*

nondum etiam Ascraeos norunt mea carmina fontis, 25
  sed modo Permessi flumine lauit Amor.

11

Scribant de te alii uel sis ignota licebit:
  laudet, qui sterili semina ponit humo.
omnia, crede mihi, tecum uno munera lecto
  auferet extremi funeris atra dies;
et tua transibit contemnens ossa uiator, 5
  nec dicet: 'Cinis hic docta puella fuit.'

12

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
  nonne putas miras hunc habuisse manus?
is primum uidit sine sensu uiuere amantis
  et leuibus curis magna perire bona.
idem non frustra uentosas addidit alas, 5
  fecit et humano corde uolare deum:

25 nondum etenim *Nodell; sed de nexu* nondum etiam *cf. 1,3,11 et Tränkle 46* ascreos etiam N

11 ad cynthiam D V : *priori coniung.* F P, *prob. Rothstein Herm. 24 (1889) 19*; *cf. tamen 2,10,16* te (*Augustum adloquitur poeta*) *et 2,11,1* de te, *ubi Cynthiae se conuertit poeta* **1** alii de te F P : alii P[2] uel] ue F : ne F[3] P[2] (*prob. Housman Class. Pap. 296*) **2** ludet N F P V[2] : ludit *Dousa fil.* **3** secum ς **6** hic] h(a)ec F N[2]; *sed cf. 2,13,46; 2,20,16; 3,9,37; 4,11,37. 74. 92*

12 de amore F P D V **1** puerum] primus F (*corr.* F[4]) **3** is] hic F P **6** humano] haud uano *Nodell* : hunc uario *Weidgen* : heu uano *Barber* (*prob. Sh. Bailey 85*); *cf. tamen uu. 15-17, Ouid. am. 2,9,2, Mosch. 1,16sq.*

scilicet alterna quoniam iactamur in unda
nostraque non ullis permanet aura locis.
et merito hamatis manus est armata sagittis
et pharetra ex umero Cnosia utroque iacet: 10
ante ferit quoniam tuti quam cernimus hostem,
nec quisquam ex illo uulnere sanus abit.
in me tela manent, manet et puerilis imago:
sed certe pennas perdidit ille suas;
euolat heu nostro quoniam de pectore nusquam, 15
assiduusque meo sanguine bella gerit.
quid tibi iucundum est siccis habitare medullis?
si pudor est, alio traice tela tua!
intactos isto satius temptare ueneno:
non ego, sed tenuis uapulat umbra mea. 20

8 non nullis F Δ aura] umbra ς; *sed cf. Eur. Iph. Aul. 69* πνοιαὶ ... Ἀφροδίτης, *Ouid. am. 2,9,33* incerta Cupidinis aura *et Sh. Bailey 85; de Amoris uento agitur, qui amantes rapit modo huc modo illuc* **10** iacet] latet *Postgate*; *de* iacere *i. q.* pendere *cf. ThLL VII 1,18,4sqq.* **12** abit] erit F P D (*corr.* D[2]) Vo; *sed cf. Solbisky 158*; *de* abire *i. q.* euadere *'indicato statu abeuntis' cf. ThLL I 67,25sqq.* **15** heu] e' N : e F P Δ : en *Passerat* : hei *Liuineius, corr. Muretus* numquam ς; *codd. dett. nonnulli uiri docti secuti sunt; sed* nusquam *iure def. Sh. Bailey 87sq., coll. Claud. Quadr. ap. Gell. 9,13,17, Poll. ap. Cic. fam. 10,32,5, Ouid. am. 1,6,35, Liu. 36,42,6, Plin. nat. 10,51, Prob. uita Pers. p. 234,5sq. Jahn* **17** est] et N (est *s. l.* N[2]) **18** pudor] puer ω, *corr.* V[2]; puer *frustra def. Schuster PhW 53 (1933) 668: cf. enim 1,9,33, Ouid. am. 3,2,24, Neumann 51; de corruptelae origine cf. Fraenkel, Aeschylus. Agamemnon, III, Oxonii 1950, 655 adn.1* si par est *Bapt. Pius* tela] puella ω : bella ς : duella *Lipsius, corr.* V[2]; bella *commendant Birt RhM 64 (1909) 409, B.-B. 211 et Sh. Bailey 88; cf. tamen Caes. ciu. 3,19,1* neque ullum interim telum per pactiones loquentium traiciebatur tuo ω : loco N[rec] : puer V[2] (*prob. Housman Class. Pap. 334sq.*), *corr.* ς **19** isto satius] istos potius D Vo : isto pocius V

quam si perdideris, quis erit qui talia cantet,
  (haec mea Musa leuis gloria magna tua est),
qui caput et digitos et lumina nigra puellae
  et canat ut soleant molliter ire pedes?

13a

Non tot Achaemeniis armatur † etrusca † sagittis,
  spicula quot nostro pectore fixit Amor.
hic me tam gracilis uetuit contemnere Musas,
  iussit et Ascraeum sic habitare nemus,
non ut Pieriae quercus mea uerba sequantur, 5
  aut possim Ismaria ducere ualle feras,
sed magis ut nostro stupefiat Cynthia uersu:
  tunc ego sim Inachio notior arte Lino.
non ego sum formae tantum mirator honestae,
  nec si qua illustris femina iactat auos: 10
me iuuet in gremio doctae legisse puellae,
  auribus et puris scripta probasse mea.
haec ubi contigerint, populi confusa ualeto
  fabula: nam domina iudice tutus ero.
quae si forte bonas ad pacem uerterit auris, 15
  possum inimicitias tunc ego ferre Iouis.

13a de amore F D V : de amore et ad cinthiam mandata in funere suo P **1** tota V[2] achimeniis ω, *corr.* ς armantur D Vo F[3] (*cf. Leo Kl. Schr. II 184*) : armatus *Housman* Etrusca ω (*def. Verdière RStC 13 [1965] 23-25*) : Eruthra *Housman* (*cf. Strab. 16,766*) : Persa *Barber* : *alii alia* armantur Susa *cod. Pici Mirandulani, teste Beroaldo* (*cf. Lucan. 2,49*) : armantur Itura *Pontanus* (*sed cf. Boucher RPh 35 [1961] 234*) : *alii alia* **6** hismarias N : hismaria (hy-) F P Δ N[2], *corr.* ς **11** me] non V[2] iuuat P; *sed cf. Stroh 81 adn. 83* **12** puris] pueris N F V D[2]; *cf. Stroh 81 adn. 85* **13** confugerint F (*corr.* F[4]) : contigerit Δ (*corr.* V[2]) : cum fuerint P[2] **15** quae] quod F D[2]

13b

Quandocumque igitur nostros mors claudet ocellos,
  accipe quae serues funeris acta mei.
nec mea tunc longa spatietur imagine pompa,
  nec tuba sit fati uana querela mei, 20
nec mihi tunc fulcro sternatur lectus eburno,
  nec sit in Attalico mors mea nixa toro.
desit odoriferis ordo mihi lancibus, adsint
  plebei paruae funeris exsequiae.
sat mea sat magna est, si tres sint pompa libelli, 25
  quos ego Persephonae maxima dona feram.
tu uero nudum pectus lacerata sequeris,
  nec fueris nomen lassa uocare meum
osculaque in gelidis pones suprema labellis,
  cum dabitur Syrio munere plenus onyx. 30
deinde, ubi suppositus cinerem me fecerit ardor,
  accipiat Manis paruula testa meos
et sit in exiguo laurus super addita busto,
  quae tegat exstincti funeris umbra locum,

13b **17-58** *separ. Broukhusius*; *quod improbat Enk II 2,185, qui* igitur (*u. 17*) *explicari non posse censet: sed* igitur *eandem habet uim in carminis initio apud Prop. 1,8,1; cf. etiam 3,7,1; 3,23,1* (ergo); *elegiam unam esse censet Wilkinson CIR 80 (1966) 141-144, non minimi momenti argumentis nisus* **21-22** *post u.* 18 *transt. Otto, fort. recte* **24** obsequiae N (*corr. ead. man.*) F; *cf. Cic. Cluent. 71, Ouid. trist. 3,5,40, Cons. Liu. 202. 460, CLE 1001,2 B.* **25** sit magna ω (*sed cf. Leo Kl. Schr. II 190, Housman Class. Pap. 1123sq.*), *corr.* ς; *cf. Sil. 6,122* sat tibi sat magna et totum uulgata per orbem sat mea sic (ς : sed *Otto*) magnast *Baehrens* : sat mea sit magno (magni *Camps*) *Phillimore* : *alii alia* **27** tum Δ **29** oscula quae N libellis N (*corr. ead. man.*) **31** ubi *om.* F (*s. l.* F[3]) : ut P ardor] ignis P (*corr.* P[2]) **34** tegat] tetigit N (*corr. ead. man.*) : regat F (*corr.* F[4])

et duo sint uersus: QVI NVNC IACET HORRIDA PVLVIS, 35
VNIVS HIC QVONDAM SERVVS AMORIS ERAT.
nec minus haec nostri notescet fama sepulcri,
quam fuerant Pthii busta cruenta uiri.
tu quoque si quando uenies ad fata, memento,
hoc iter ad lapides cana ueni memores. 40
interea caue sis nos aspernata sepultos:
non nihil ad uerum conscia terra sapit.
atque utinam primis animam me ponere cunis,
iussisset quaeuis de Tribus una Soror!
nam quo tam dubiae seruetur spiritus horae? 45
Nestoris est uisus post tria saecla cinis:
cui s⟨i⟩ tam longae[uae] minuisset fata senectae
† Gallicus † Iliacis miles in aggeribus,

35 arida ς **36** unus N : huius P (*corr. ead. man.*) **37** nec] non Δ **38** quam fuerant] funere quam *Housman* : quam suerant (*uel* memorant) *Barber* : *alii alia*; *simul audi tamen* nota *et cf. Löfstedt Synt. II 152, H.-Sz. 374* pythii N : fitii F : phithii P Vo F⁴ : phthii D : phtyi V, *corr. Birt* busta] fama F (*corr.* F⁴) P V²; *cf. Löfstedt Synt. I 45* **40** hoc itere *Scaliger* : comiter *Ayrmann* : huc iterum *Kiessling*; *de iunctura* ire iter *et sim. cf. ThLL VII 2,544,16sqq.* cana] cara *Heinsius* **43-58** *separ. Burman* **43** cunis] curis N (*corr. ead. man.*) : cauis F (*corr.* F⁴); *cf. Ouid. met. 3,313* **44** quamuis F (*corr.* F⁴) Pʳᵉᶜ : saeuis ς **45** aurae *Housman dub.*; *sed cf. Hor. epist. 1,18,110* dubiae spe pendulus horae **46** uisus] iussus Δ **47** cui si] quis ω (*cf. H.-Sz. 467*) : qui (F⁴) si *Markland, corr.* ς (*prob. W. A. Baehrens Ph 72 [1913] 270sq.*) tam longae] tam long(a)eu(a)e ω (*sed cf. Tränkle 42 adn. 1*); *corr. Itali, qui etiam* tam *ante* longaeuae *del.*; *cf. tamen 1,19,7* quamuis te longae remorentur fata senectae minuisset] iurauisset F (*corr.* F⁴) : meminisset Δ (*corr.* V²) : iurasset D² **48** gallicus ω (*deff. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 123sq. et Ellis ClR 9 [1895] 443; cf. tamen Enk II 2,198*) : callidus *van Eldik* (*sed cf. Birt RhM 51 [1896] 505*) : Palticus *Butler* : *alii alia*

non aut Antilochi uidisset corpus humari,
  diceret aut: 'O mors, cur mihi sera uenis?' 50
tu tamen amisso non numquam flebis amico:
  fas est praeteritos semper amare uiros.
testis, cui niueum quondam percussit Adonem
  uenantem Idalio uertice durus aper;
illis formosus iacuisse paludibus, illuc 55
  diceris effusa tu, Venus, isse coma.
sed frustra mutos reuocabis, Cynthia, Manis:
  nam mea qui poterunt ossa minuta loqui?

14

Non ita Dardanio gauisus Atrida triumpho est,
  cum caderent magnae Laomedontis opes;
nec sic errore exacto laetatus Vlixes,
  cum tetigit carae litora Dulichiae;
nec sic Electra, saluum cum aspexit Oresten, 5
  cuius falsa tenens fleuerat ossa soror;

49 non aut] non N : non ille *cett.* : non ante *Phillimore, corr. L. Müller*; *cf. Housman Class. Pap. 241sq.* humati *Volscus* **53** cui] qui ω, *corr. Huschke* niueum] iuuenem F D[2] **55** illic ς formosum ω : formosis *Lachmann*, *corr. Postgate* **58** quid F (*corr.* F[4]) P Δ

14 de receptione in nocte F P D V **1** non ita Dardanio gauisus Atrida triumpho *Charis. gramm. I 67,11 K.* **2** *om.* F (*suppl.* F[3] *in mg.*) magni *Markland* **5** saluum cum] suum saluum Δ, *quo collato* cum saluum *coni. Housman Class. Pap. 315* **6** soror] sinu *Heinsius* (*cf. 1,7,12* ossaque nulla tuo nostra tenere sinu, *Tib. 1,3,5sq.* non hic mihi mater / quae legat in maestos ossa perusta sinus); *uide tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 265, qui de substantiuo* (soror) *per abundantiam posito 3,13,53sq. confert*

nec sic incolumem Minois Thesea uidit,
Daedalium lino cum duce rexit iter,
quanta ego praeterita collegi gaudia nocte:
immortalis ero, si altera talis erit. 10
at dum demissis supplex ceruicibus ibam,
dicebar sicco uilior esse lacu.
nec mihi iam fastus opponere quaerit iniquos,
nec mihi ploranti lenta sedere potest.
atque utinam non tam sero mihi nota fuisset 15
condicio! cineri nunc medicina datur.
ante pedes caecis lucebat semita nobis:
scilicet insano nemo in amore uidet.
hoc sensi prodesse magis: contemnite, amantes!
sic hodie ueniet, si qua negauit heri. 20
pulsabant alii frustra dominamque uocabant:
mecum habuit positum lenta puella caput.
haec mihi deuictis potior uictoria Parthis,
haec spolia, haec reges, haec mihi currus erunt.
magna ego dona tua figam, Cytherea, columna, 25
taleque sub nostro nomine carmen erit:
HAS PONO ANTE TVAS TIBI, DIVA, PROPERTIVS AEDIS
EXVVIAS, TOTA NOCTE RECEPTVS AMANS.

7–8 sic cum (*van Herwerden*) . . . cui duce *Housman* ; *tradita def. Enk II 2,204, qui ad particulam* sic (*u. 7*) *uocem* laetata *uel* laeta *supplet* **7** nec] non Δ **11–12** *del. Gruppe, post u.* 14 *transt. Fontein* **11** at *ex* aut N cum F (*corr.* F²) P D **13–14** *post u.* 22 *transt. Camps* **14** laeta *Smyth*; *cf. tamen Pichon Ind. uerb. amat. 186 s. u.* lentus ('lentus *saepe dicitur qui amantem non redamat, sed frigidus remanet*') **16** condito N F P **22** laeta *Barber*; *cf. app. ad u. 14* **24** erit P; *sed cf. 2,4,5sq.; 3,9,34; 4,1,14; 4,9,20* **26** nomine] munere *Scaliger ex Cuiaciano*; *sed cf. 4,7,77, Ouid. trist. 2,551* **27** tuam . . . aedem *Scaliger*; *sed cf. ThLL I 912, 59sqq.*

nunc ad te, mea lux, ueniet mea litore nauis
seruata; an mediis sidat onusta uadis? 30
quod si forte aliqua nobis mutabere culpa,
uestibulum iaceam mortuus ante tuum!

15

O me felicem! o nox mihi candida! et o tu
lectule deliciis facte beate meis!
quam multa apposita narramus uerba lucerna,
quantaque sublato lumine rixa fuit!
nam modo nudatis mecum est luctata papillis, 5
interdum tunica duxit operta moram.

29–32 *fragmentum esse censet Fischer* (*prob. Giardina 154*) : *post 2,4,22 transt. Richmond* : *post 2,13,16 transt. Ribbeck* : *del. Postgate*; *uide tamen Abel Anred. 20sq., E. Reitzenstein Wirkl. 72sq., Vaio ClPh 57 (1962) 236–238. De uu. 29–30 cf. quae optime disputauerunt Barwick Ph 99 (1955) 124, Sh. Bailey 92, Enk Mn N. S. 15 (1961) 38–41* **29** a te *Puccius (prob. Housman Class. Pap. 32)* : in te *Dorville* : a te ⟨est⟩ *Luck* (*prob. Giardina 154, qui 3,9,59 confert*); *cf. tamen Meleag. AP 12,167,1* χειμέριον μὲν πνεῦμα· φέρει δ' ἐπὶ σοί με, Μυΐσκε ueniat Vo : uenit ς : pendet *Housman* me ς : mihi *Voss* : sua *Dorville* ueniet mea] ueniatne *Luck* litora F (*corr.* F[4]) **30** seruata? *sic dist. Markland* (*cf. tamen Abel Anred. 14 adn. 35*) : seruato *Barber* (seruato? *coni. iam Richmond*) : soluat *Housman*; *totum locum tuetur Meleag. AP 12,167,3sq.* χειμαίνει δὲ βαρὺς πνεύσας πόθος, ἀλλά μ' ἐς ὅρμον / δέξαι, τὸν ναύτην Κύπριδος ἐν πελάγει an] in Δ : an ⟨in⟩ *Housman*; *cf. K.-St. II 2,250* uadis? *dist. Markland* **31** que si F

15 intimatio animi F D V : de lusibus in nocte actis et animi intimatio et amoris persuasio P **1** ah D V (*corr.* V[2]) : h Vo nox o ς *(et Puccius)* : io nox *Housman*; *sed de hiatu ante caesuram cf. 2,32,45; 3,7,49; 3,11,17* et *om.* F **3** opposita P

illa meos somno lapsos patefecit ocellos
ore suo et dixit: 'Sicine, lente, iaces?'
quam uario amplexu mutamus bracchia! quantum
oscula sunt labris nostra morata tuis! 10
non iuuat in caeco Venerem corrumpere motu:
si nescis, oculi sunt in amore duces.
ipse Paris nuda fertur periisse Lacaena,
cum Menelaeo surgeret e thalamo:
nudus et Endymion Phoebi cepisse sororem 15
dicitur et nudae concubuisse deae.
quod si pertendens animo uestita cubaris,
scissa ueste meas experiere manus:
quin etiam, si me ulterius prouexerit ira,
ostendes matri bracchia laesa tuae. 20
necdum inclinatae prohibent te ludere mammae:
uiderit haec, si quam iam peperisse pudet.
dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore:
nox tibi longa uenit nec reditura dies.
atque utinam haerentis sic nos uincire catena 25
uelles, ut numquam solueret ulla dies!

7 lassos ω, *corr.* ς; *cf. enim 1,10,7* labentes ... ocellos **8** lente] lecte N F V[2] **9-10** *post u. 2 transt. Otto* **10** *post hunc uersum lac. pos. Hetzel* **16** cupidae *Baehrens* : nudus *Rossberg* : nitidae *Palmer*; *tradita deff. Enk Comm. crit. 115sq., E. Reitzenstein Wirkl. 77* **17** praetendens ς; pertendens animo *idem ualet atque* obstinata: *cf. Varr. ling. 5,2* in quo non debet pertendi et pertenditur, pertinaciam esse cubares ω, *corr.* ς; *cf. Neue-Wagener III 375* **20** ostendes *in ras. ex* ostendens N **22** hoc P Δ; *cf. Ouid. epist. 12,211* **23-28** *del. Jachmann*; *sed cf. E. Reitzenstein Wirkl. 79. 85sqq.; Sh. Bailey 92* **25-26** *om.* P (*suppl. in mg. ead. man.*) **26** uellet ut F (*corr.* F[4]) : uellent (*sc.* fata) ut *Burman* : uellet uti *Baehrens* (*prob. Housman Class. Pap. 297*); *sed nihil mutandum: cf. enim uu. 24 et 27* (tibi), *Enk RCCM 2 (1960) 124sq.*

exemplo iunctae tibi sint in amore columbae,
masculus et totum femina coniugium.
errat, qui finem uesani quaerit amoris:
uerus amor nullum nouit habere modum. 30
terra prius falso partu deludet arantis,
et citius nigros Sol agitabit equos,
fluminaque ad caput incipient reuocare liquores,
aridus et sicco gurgite piscis erit,
quam possim nostros alio transferre dolores: 35
huius ero uiuus, mortuus huius ero.
quod mihi si ⟨in⟩te⟨r⟩dum talis concedere noctes
illa uelit, uitae longus et annus erit.
si dabit et multas, fiam immortalis in illis:
nocte una quiuis uel deus esse potest. 40
qualem si cuncti cuperent decurrere uitam
et pressi multo membra iacere mero,
non ferrum crudele neque esset bellica nauis,
nec nostra Actiacum uerteret ossa mare,
nec totiens propriis circum oppugnata triumphis 45
lassa foret crinis soluere Roma suos.

27 uinctae N F (*corr.* F[4]) Vo sunt Vo **28** tutum *Liuineius* : fidum *Cornelissen*; totum *improbat Phillimore ClR 28 (1914) 9; iure def. Sh. Bailey 93, coll. Cic. Tim. 17; Sen. dial. 5 (= de ira 3),3; nat. 2,4,2; Quint. inst. 1,10,8; Stat. silu. 1,3, 41; Flor. epit. 1,18,11* **35** possit N dolores] calores ς, *prob. Giardina 155*; *sed cf. 1,10,13, Löfstedt Verm. Stud. 115* **37–40** *del. Jachmann*; *cf. tamen E. Reitzenstein Wirkl. 82sqq.* **37** interdum] tecum ω (*quo probato* illa *in* uita *mut. Bury Hermath. 22 [1896] 314*) : secum P[2] : interea *Postgate* : tantum *Camps*; *corr. Housman* (*prob. Sh. Bailey 94*) **38** uitae] certe *Helm*; *sed cf. R. Reitzenstein Herm. 47 (1912) 101* **39** et] haec ω (*cf. fortasse u. 38* illa) : hinc *Baehrens* : heu *Camps*; *corr. Sh. Bailey 94* **41** cuperent] uellem F (*corr.* F[4]) P : uellent D[2] **43** esset neque D V; *sed cf. Housman Class. Pap. 297* **44** uerreret ω; *sed cf. Verg. Aen. 6,362, Enk II 2,225*

haec certe merito poterunt laudare minores:
  laeserunt nullos pocula nostra deos.
tu modo, dum lucet, fructum ne desere uitae!
  omnia si dederis oscula, pauca dabis. 50
ac ueluti folia arentis liquere corollas,
  quae passim calathis strata natare uides,
sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,
  forsitan includet crastina fata dies.

16

Praetor ab Illyricis uenit modo, Cynthia, terris,
  maxima praeda tibi, maxima cura mihi.
non potuit saxo uitam posuisse Cerauno?
  a, Neptune, tibi qualia dona darem!
nunc sine me plena fiunt conuiuia mensa, 5
  nunc sine me tota ianua nocte patet.
quare, si sapis, oblatas ne desere messis
  et stolidum pleno uellere carpe pecus;

47 nec ω : me V[2] : nos *Baehrens*, *corr.* N[2] F[4] **48** pocula] lumina Vo : proelia *uel* oscula *Fontein*; *sed recte interpretatur Passerat: 'nulla in conuiuio numina uiolauimus periuriis et impiis uerbis'; cf. etiam Sh. Bailey 94* **49** licet F (*corr.* F[4]) Δ : licitum est P : licet hunc P[2] : liceat ς : licet ⟨o⟩ *L. Müller, prob. Housman Class. Pap. 321 (cf. 2,1,48)*; licet *defendere conatus est Housman Class. Pap. 321, coll. 1,19,25, Petron. 34,10; sed* lucet *tuentur u. 24 et Catull. 5,5sq., ubi* breuis lux *de uita dicitur* **50** omnia, si, dederis, oscula pauca dabis *sic dist. Rothstein*; *sed cf. Leo Kl. Schr. II 194, Enk Mn S. III 8 (1940) 321* **51** at ueluti F Δ; *sed cf. 2,3,47; 3,15,31; Tränkle 46* **53** sic magnum nobis nunc qui N speramus ω, *corr. Turnebus*; *cf. app. ad 1,3,7, K.-St. I 281* **54** inducet ς

16 ad cinthiam de (a)emulo F D V : ad cinthiam de aemulo admisso P

deinde, ubi consumpto restabit munere pauper,
dic alias iterum nauiget Illyrias! 10
Cynthia non sequitur fascis nec curat honores;
semper amatorum ponderat una sinus.
at tu nunc nostro, Venus, o succurre dolori,
rumpat ut assiduis membra libidinibus!
ergo muneribus quiuis mercatur amorem? 15
Iuppiter, indigna merce puella perit.
semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas
et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.
atque utinam Romae nemo esset diues, et ipse
straminea posset dux habitare casa! 20
numquam uenales essent ad munus amicae,
atque una fieret cana puella domo;
numquam septenas noctes seiuncta cubares,
candida tam foedo bracchia fusa uiro;
non quia peccarim (testor te), sed quia uulgo 25
formosis leuitas semper amica fuit.

11-12 *del. Carutti, post u.* 16 *transt. Fontein*; *quo probato nouam eleg. a u.* 15 *inc. Sandbach PCPhS N. S. 5 (1958-9) 3-5*; *elegiam unam esse ostendit Cairns Gen. Comp. 206-208* **12** una] illa D Vo V² (*ex* illea), *def. Housman Class. Pap. 285*; *cf. tamen 2,3, 29; 2,9,32 et quae fuse disputat Camps II 132* **13-14** *post u.* 28 *transt. Housman, qui uu.* 17-18 *post u.* 12 *transt.* **15** amicam F P D² **16** (indignum!) ς; *de adiect.* indignus *i. q.* indigne *cf. Ouid. met. 10,723* indignis percussit pectora palmis *et Sh. Bailey 95* **17** me mittit P **18** ipso ω, *corr.* ς **23** numquam] non quia ω : nunc quia *Havet* : nec iam *Risberg* (*sed cf. Sh. Bailey 95*), *corr. Palmer* seuincta N : semucta F (*corr.* F³) : se uincta Vo cubaris N P Δ F⁴ : cubabis F, *corr.* ς; *intellege, cum Enk II 2,237: 'numquam seiuncta a me cubares tam foedum hominem amplexa; quod facis non quia peccarim (testor te), sed quia formosae semper infideles sunt'*

barbarus excussis agitat uestigia lumbis
   et subito felix nunc mea regna tenet!
aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris,
   arserit et quantis nupta Creusa malis! 30
nullane sedabit nostros iniuria fletus?
   an dolor hic uitiis nescit abesse tuis?
tot iam abiere dies, cum me nec cura theatri
   nec tetigit Campi, nec mea mensa iuuat.
'At pudeat'. certe, pudeat! nisi forte, quod aiunt, 35
   turpis amor surdis auribus esse solet.
cerne ducem, modo qui fremitu compleuit inani
   Actia damnatis aequora militibus:
hunc infamis amor uersis dare terga carinis
   iussit et extremo quaerere in orbe fugam. 40
Caesaris haec uirtus et gloria Caesaris haec est:
   illa, qua uicit, condidit arma manu.

27 excussis] exclusit N : exclusis F P Δ (*def. Thörnell Er 25 [1927] 217sq., qui* exclusis lumbis *i. q.* 'sublatis ... *h. e.* enectis *uel* eneruatis' *interpretatur: sed cf. Enk II 2,238*) : exutis *Sandbach, corr.* ς; *u. 27 multis modis interpretati sunt uiri docti; iure iudicauisse censeo Camps II 133, coll. 4,5,51sq., Tib. 2,3,59sq.* **29-30** *post u.* 18 *transt. Hailer, post u.* 22 *aut u.* 26 *Otto, post u.* 36 *Richmond, post u.* 46 *Carutti* **29** amari *Rossberg* **32** ah *Lachmann* obesse ς, *prob. Giardina 157*; *fort. recte: de iunctura cf. tamen 2,5,10* si dolor afuerit; *bene uertit Enk II 2,240: 'an semper, quamuis magno dolore uexer, uitiosae tibi seruiam?'* suis ω : nouis *Baehrens, corr.* ς **34** mensa] musa ς; *sed cf. Catull. 50,9, Val. Fl. 8,162sq.* **35** ac P : ah D V : ha Vo *sic dist. Luck RhM 105 (1962) 340*; *contra alii* at pudeat, certe pudeat! *alii* at pudeat certe, pudeat *interpungunt* **39** nunc Vo infamis] insanus F (*corr.* F[4]) P **41-42** *hic alienos esse censet Fontein*; *post* 3,11,38 *transt. Housman, post* 3,22,22 *Butler*; *cf. tamen Sh. Bailey 96, Enk II 2,243*

sed quascumque tibi uestis, quoscumque smaragdos,
  quosue dedit flauo lumine chrysolithos,
haec uideam rapidas in uanum ferre procellas: 45
  quae tibi terra, uelim, quae tibi fiat aqua.
non semper placidus periuros ridet amantis
  Iuppiter et surda neglegit aure preces.
uidisti[s] toto sonitus percurrere caelo,
  fulminaque aetheria desiluisse domo? 50
non haec Pleiades faciunt neque aquosus Orion,
  nec sic de nihilo fulminis ira cadit;
periuras tunc ille solet punire puellas,
  deceptus quoniam fleuit et ipse deus.
quare ne tibi sit tanti Sidonia uestis, 55
  ut timeas, quotiens nubilus Auster erit.

17

Mentiri noctem, promissis ducere amantem,
  hoc erit infectas sanguine habere manus!

44 flauos F P Δ (*corr.* V[2]); *cf. Plin. nat. 37,126* hyacinthos Aethiopia mittit et chrysolithos aureo fulgore tralucentes, *Sidon. carm. 11, 20* postes chrysolithi fuluus diffulgurat ardor **46** fiet N F P V[2] **49** uidistis ω : audisti *uel* audistin *Heinsius*, *corr.* ς; *Cynthiam alloquitur Propertius* **50** (a)etherea ω, *corr.* ς *interrogationis notam in fine uersus pos. Luck* **53** ipse P V[2]

17 de exclusione F P D V **1-4** *antecedenti carmini coniunxerunt Scaliger et Rothstein I 487; quos probat W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 271, cum 'in carmine decimo septimo submisse queratur poeta de acerba amantis fortuna. Contra in uu. 1-2 minatur Propertius, periuriis suis ne deos irritet monens puellam': cf. tamen Leo Kl. Schr. II 203 et Ites 33, cuius sententia cum carmen XVI et de interrupto amore et de praetoris muneribus, quae amorem turbant, agat, ea res u. 56 absoluitur nec 17,1-4 quicquam addunt* **1** mentiris D Vo ducere] fallere D V[2]; *de* ducere *i. q.* decipere *cf. exempla ap. ThLL V 1,2145,83sqq.* **2** erat ς

horum ego sum uates, quotiens desertus amaras
  expleui noctes, fractus utroque toro.
uel tu Tantalea moueare ad flumina sorte, 5
  ut liquor arenti fallat ab ore sitim;
uel tu Sisyphios licet admirere labores,
  difficile ut toto monte uolutet onus;
durius in terris nihil est quod uiuat amante,
  nec, modo si sapias, quod minus esse uelis. 10
quem modo felicem inuidia admirante ferebant,
  nunc decimo admittor uix ego quoque die.
nunc iacere e duro corpus iuuat, impia, saxo,
  sumere et in nostras trita uenena manus;
nec licet in triuiis sicca requiescere luna, 15
  aut per rimosas mittere uerba fores.

4 *post hunc uersum 2,22,43-50 transt. Housman* fractus] iactus *Heinsius* : stratus *Keil*; fractus *idem ualet atque* amore fractus: *cf. 2,34,34* magno fractus amore, *3,21,33* non turpi fractus amore **6** ut] uel Δ ab] in *Heinsius*; *supple tamen* cadens *et cf., cum Sh. Bailey 278, Verg. Aen. 1,114sq.* ingens a uertice pontus / in puppem ferit, *Stat. Theb. 7,337* mixtos expauit ab inguine pisces **13-14** *post u.* 16 *transt. Lachmann, post u.* 2 *Housman* (*prob. Camps II 136*); *traditum uersuum ordinem def. Helm PhW 54 (1934) 788, quem refellit Enk II 2,251. Qui uersuum ordinem mutant uitium irrepsisse censent, quod u. 12 et u. 13 ab eadem uoce* (nunc) *incipiunt. Nuperrime tamen traditum ordinem recte, mea sententia, def. Cairns Univ. Liverpool Inaug. Lect. Ser. 1975,18-20, qui de nexu* iuuat (*i. q.* libet) . . . nec licet *confert Epist. Sapph. 133sq.* ulteriora pudet narrare, sed omnia fiunt, / et iuuat et sine te non licet esse mihi **13** nec *Pocchus* iubet *Lachmann*; *sed cf. Ouid. epist. 2,139sq.* saepe cruenta / traiectam gladio morte perire iuuat **14** in nostram . . . necem *Camps, prob. Giardina 159 (fort. recte)* tetra P; *sed uerbum* terere *de uenenis parandis dictum iure tuetur Sh. Bailey 97, plurimis exemplis nisus* **15** nunc licet ς : nunc libet *Guyet* (*prob. Giardina 159*) : nec libet *Otto*; nec licet *iure def. Cairns Univ. Liverpool Inaug. Lect. Ser. 1975,18-20*

quod quamuis ita sit, dominam mutare cauebo:
  tum flebit, cum in me senserit esse fidem.

18a

Assiduae multis odium peperere querelae:
  frangitur in tacito femina saepe uiro.
si quid uidisti, semper uidisse negato!
  aut si quid doluit forte, dolere nega!
quid mea si canis aetas can⟨d⟩esceret annis, 5
  et faceret scissas languida ruga genas?
at non Tithoni spernens Aurora senectam
  desertum Eoa passa iacere domo est:

18a ad cynthiam (ci-) F D V : ad amicam improperatio quod ipsum demiserit. demum se illi in fratrem et filium offert P **1-4** *priori elegiae coniungit Scaliger, praeceptori tribuit Waardenburgh, hic alienos esse censet Hetzel* **1-22** *priori elegiae coniungit Rothstein I 488, cuius sententia u. 5 cum elegiae XVII argumento aptissime congruit. Scaligeri sententiam refutat Ites 34, qui ostendit elegiae XVIII initium cum XVII fine quadrare non posse: in XVII enim de fide perpetua sermo est, quae poetam puellam suam mutare uetat; in XVIII 1-4 melius esse tacere quam semper queri Propertius dicit. Praeterea uu. 17-18 optime elegiae XVII finem facere ostendit Cairns Univ. Liverpool Inaug. Lect. Ser. 1975,20* **3** quod F P **5-22** *a prioribus separat Rossberg, fragmentum esse ratus*; *uu.* 1-22 *unam facere elegiam censet Enk Comm. crit. 127 (cf. etiam Lat. 15 [1956] 190-192): in uu. 1-4 Propertius, amoris praeceptoris uice fungens, amicum adloquitur; contra in uu. 5-22 ad Cynthiam se conuertit; cf. etiam Ites 34* **5** quid mea] quid si iam F P Δ canesceret N (*fort. recte: cf. enim ThLL III 250,5sqq.*) : mea caneret F P Δ (caneat V^2 *in mg.*), *corr. Heinsius*; *cf. Tib. 1,10,43* liceatque caput candescere canis (*sc.* capillis) *et uide Leo RhM 35 (1880) 447* **6** faciat ς : laceret *Giardina* (*coll. Ouid. trist. 3,3,51* parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos); *de* facere + *part. perf. cf. H.-Sz. 392* **7** at] an ω, *corr.* V^2 **8** est? *dist.* N

illum saepe suis decedens fouit in ulnis
quam prius abiunctos sedula lauit equos; 10
illum ad uicinos cum amplexa quiesceret Indos,
maturos iterum est questa redire dies;
illa deos currum conscendens dixit iniquos,
inuitum et terris praestitit officium.
cui maiora senis Tithoni gaudia uiui 15
quam grauis amisso Memnone luctus erat.
cum sene non puduit talem dormire puellam
et canae totiens oscula ferre comae.
at tu etiam iuuenem odisti me, perfida, cum sis
ipsa anus haud longa curua futura die. 20
quin ego deminuo curam, quod saepe Cupido
huic malus esse solet, cui bonus ante fuit.

9-10 *post u.* 12 *transt. Hertzberg* **9** discedens ς : descendens *Markland*; *sed cf. Verg. georg. 1,450* (Sol) emenso cum iam decedit Olympo in ulnis] in undis N P Δ F³ (*def. Butler 208, coll. Hom. Il. 19,1sq.*) : budis F, *corr.* ς; *cf. Catull. 17,11sq.* nec sapit pueri instar / bimuli tremula patris dormientis in ulna **10** cum (quom *Richards*) prius *Burman* : nec prius *Postgate*; *intellege* quam = potius quam *et cf. H.-Sz. 593*; *perperam* quam prius *pro* priusquam *accipiunt B.-B. 221: cf. enim Housman Class. Pap. 633. 1235* aduinctos N : adiunctos Δ : *om.* F P (adiunctos *add.* F⁴ *et* P *alio atramento*), *corr. Scaliger*; *tradita defendi non posse censeo, nisi forte cum Hertzberg* lauit et adiunxit *interpretemur, hysteron proteron admittentes* **11** illa Δ (*corr.* V²) **12** iterum] uerum P **13-14** *post u.* 8 *transt. Burman* **13** iniquos] in equos N (*corr. ead. man.*) **15** cui] qu(a)e Δ : quoi V² **20** haud] aut ω, *corr.* F³ **21-22** *post u.* 4 *transt. Scaliger, post u.* 16 *Tremenheere* **22** huic] nunc F P Δ (*corr.* F³ V²); *cf. Housman Class. Pap. 279* cui] qui Δ (*corr.* V²) : quoi ς

18b

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
  lud's et externo tincta nitore caput?
ut natura dedit, sic omnis recta figura est: 25
  turpis Romano Belgicus ore color.
illi sub terris fiant mala multa puellae,
  quae mentita suas uertit inepta comas!
an si caeruleo quaedam sua tempora fuco 31
  tinxerit, idcirco caerula forma bona est? 32
deme: mihi per te poteris formosa uideri; 29
  mi formosa sat es, si modo saepe uenis. 30
cum tibi nec frater nec sit tibi filius ullus, 33
  frater ego et tibi sim filius unus ego.

18b **23-38** *separ. Kuinoel*; *quod adtinet ad particulam* nunc *in carminis initio cf. 1,6,1; 1,19,1; Tränkle 159* **23** mutare F Vo **24** laedis *Kraffert* (*coll. 1,2,5* naturaeque decus mercato perdere cultu) : uadis *Housman*; *sed cf. Sh. Bailey 97, qui* ludis *recte interpretatur (i. q.* lasciuis, *nullo erotico sensu admisso), coll. Plin. nat. 9,88 et Paul. Petric. 3,154* hesterno V[2] **25** tecta V[2] (*prob. Luck*); *sed de* rectus *i. q.* pulcher, uenustus *cf. 2,34,4* despicit et magnos recta puella deos, *Catull. 86,1sq.* Quintia formosa est multis. Mihi candida, longa, / recta est est *om.* F (*add.* F[4]) P **31-32** *post u.* 24 *transt. Scaliger, post u.* 26 *Lachmann, post u.* 28 *Baehrens* (*prob. Enk Mn S. IV 9 [1956] 149-151*) **31** an] at V[2] fucco P : succo Δ (*corr.* V[2]) **29-30** *post. u.* 24 *transt. Housman* **29** de me F Δ : *post* deme *dist.* N mi Δ de me nil ς : desine; mi *Baehrens*; deme (*sc.* fucum) *optime quadrat; si quis uersuum ordinem traditum seruare uelit, ei ad* desine *confugiendum* per te] certe ω, *corr. Bosscha*; *cf. enim Lachmann 168: 'satis plene et otiose loquitur* de me, mi certe: *alterum uero* poteris formosa uideri *aut breuiter nimis, cum deberet dicere inornatam quoque sibi Cynthiam formosam uideri, aut iterum otiose, cum sequatur* mi formosa sat es ' **30** sat es] satis ω, *corr. Heinsius* **33-34** *hic alienos esse censet Housman* (*fort. recte: cf. tamen Enk II 2,261*) : **33-38** *fragmentum alius carminis esse censet Jacob*

ipse tuus semper tibi sit custodia lectus, 35
nec nimis ornata fronte sedere uelis.
credam ego narranti, noli committere, famae:
et terram rumor transilit et maria.

19

Etsi me inuito discedis, Cynthia, Roma,
laetor quod sine me deuia rura coles.
nullus erit castis iuuenis corruptor in agris,
qui te blanditiis non sinat esse probam;
nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras, 5
nec tibi clamatae somnus amarus erit.
sola eris et solos spectabis, Cynthia, montis
et pecus et finis pauperis agricolae.
illic te nulli poterunt corrumpere ludi
fanaque, peccatis plurima causa tuis. 10
illic assidue tauros spectabis arantis
et uitem docta ponere falce comas;

35 iste V[2] **37** *sic dist. Haupt* : ego narranti: *uel* ego: narranti *dist.* ς contemnere *Damsté*; *sed de* committere *absol. usurpato i. q.* peccare *cf. ThLL III 1910,48sqq.* **38** terras *Guyet* (*probb. B.-B. 223, coll. 2,26,52*); *sed cf. 2,24,21, Cic. nat. deor. 2,161, Tusc. 5,51 et Sh. Bailey 99*

19 ad cynthiam (ci-) F D V : ad cinthiam abeuntis roma rus P **1** et sine me Δ, *quo probato interrogationis signum post* Roma *pos. Burman* **2** colis ω, *corr.* ς; *cf. Enk Comm. crit. 131* **4** sinet Δ probam] meam Δ (*corr.* D[2] V[2]); *prob. Housman Class. Pap. 321, coll. 1,11,7sq.; 2,8,5sq.; Catull. 8,17; Ouid. am. 3,12,5sq.; sed nihil mutandum: de adiectiuo* probus *in sermone amatorio cf. Pichon Ind. uerb. amat. 240* **5** ulla ς, *prob. Housman Class. Pap. 33; sed cf. Hand Turs. IV 131sq.* **7** expectabis N **9** nulli] nudi F (*corr.* F[3] : quod non F[4]) P **12** docta] adducta *Heinsius*; *cf. Mart. 6,73,1*

atque ibi rara feres inculto tura sacello,
 haedus ubi agrestis corruet ante focos;
protinus et nuda choreas imitabere sura, 15
 omnia ab externo sint modo tuta uiro.
ipse ego uenabor: iam nunc me sacra Dianae
 suscipere et Veneri⟨s⟩ ponere uota iuuat.
incipiam captare feras et reddere pinu
 cornua et audaces ipse monere canis; 20
non tamen ut uastos ausim temptare leones
 aut celer agrestis comminus ire sues.
haec igitur mihi sit lepores audacia mollis
 excipere et structo figere auem calamo,

14 ibi Δ **18** ueneri ω (*prob. Enk II 2,265*), *corr. cod. Voss. Lat. O 81*; *cf. 4,1,101, Verg. Aen. 11,4 et nuperrime Conte, St. Traglia I, Romae 1979, 394* **19** reddere] flectere *Ayrmann* : prendere *Burman* : figere *Enk*; *sed* reddere pinu cornua *idem ualet atque* cornua ferarum adfigere pinui, cui debentur ut munera Dianae promissa; *cf. 2,28,60* munera Dianae debita r e d d e choros **20** mouere F P Δ; *sed cf. Ouid. met. 10,535sqq.* per iuga, per siluas dumosaque saxa uagatur / ... hortaturque canes, *epist. 4,41sq.* in nemus ire libet pressisque in retia ceruis / hortari celeris per iuga summa canes; *uide praeterea Housman Class. Pap. 253, Sh. Bailey Att. III 243* **21** ut] aut *Ferrarii liber teste Kuinoel, probb. Rossberg Lucubr. Prop. 15, Hetzel 22: cf. tamen Ouid. epist. 5,83sq.* n o n t a m e n u t Priamus nymphae socer esse recuset / a u t Hecubae fuerim dissimulanda nurus **24** excipe N stricto ω, *corr.* ς; stricto *deff. Crusius Herm. 21 (1886) 490, Foster ClPh 2 (1907) 213-215, Rothstein I 488; sed recte iam uiderat Salmasius, Plinianae exercitationes in C. Iulii Solini Polyhistora, Traiecti ad Rhenum 1686, 765: 'non de sagitta hic intellegit Propertius, sed de calamo aucupatorio uel crescente arundine quae aues tangebat ac ueluti fixas uinctasque capiendas dabat. Non* stricto *igitur sed* structo *legendum': cf. enim Sil. 7,674-676* ut qui uiscatos populatur harundine lucos, / dum nemoris celsi procera cacumina sensim / substructa certat tacitus contingere meta *et Sh. Bailey 100sq.*

qua formosa suo Clitumnus flumina luco 25
   integit et niueos abluit unda boues.
tu quotiens aliquid conabere, uita, memento
   uenturum paucis me tibi Luciferis.
hic me nec solae poterunt auertere siluae
   nec uaga muscosis flumina fusa iugis, 30
quin ego in assidua mutem tua nomina lingua:
   absenti nemo non nocuisse uelit.

25 loco F (*corr.* F^4) P (*corr. ead. man.*) **26** unda] amne *Markland* boues] pedes Δ (*corr.* V^2), *coll. fortasse 1,20,8; 4,11,16, ut censet Housman Class. Pap. 297; cf. tamen Verg. georg. 2,146sq.* hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus / uictima, saepe tuo perfusi lumine sacro, *Sil. 4,545sq.* patulis Clitumnus in aruis / candentis gelido perfundit flumine tauros, *Stat. silu. 1,4,129* aut praestent niueos Clitumna noualia tauros **27–28** *post u.* 32 *transt. Peiper*; *cf. tamen Cairns Gen. Comp. 239* **29** hic] sic ω : set *Munro* (*prob. Housman Class. Pap. 33*), *corr. Passerat*; sic (*i. e.* tantopere) *def. Enk II 2,269, coll. Cic. fam. 6,9,1* (Caecinam) sic semper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctius uiuerem (*ubi* sic . . . ut non = sic . . . quin; *cf. tamen app. ad loc.*); *cf. etiam Camps II 144; sed aduerbio* hic (*sc.* Romae) *usus, poeta apte opponit in carminis fine statum suum Cynthiae condicioni; quod iam in elegiae initio fecerat* (*uu. 1-2*) me nec] nec te P : ne F (me *s. l.* F^3) **30** haec Δ fuscosis F P (*corr.* F^3 P^2) **31** mussem *Palmier* (*cf. contra Sh. Bailey 101*) : uitem *Burman* : motem *Hertzberg* : metuam *Jacob* (*probb. Sandbach ClQ 55 [1962] 263sq., Camps II 144, Wistrand 58sqq.*); *tradita def. Sh. Bailey 101, qui* mutem *i. q.* iterem *interpretatur, coll. Stat. Theb. 2,599sq.* lasso mutata Pyracmone temnens / fulmina; *cf. etiam Passerat, qui sic uertit: 'quo minus uarie te et continuo appellem, mutatis uerbis: mea Cynthia, mea uita, mea uoluptas' et ThLL VIII 1725,79sqq.* **32** non] iam *Floril. Paris. 15155* (*cf. Robathan ClPh 33 [1938] 194*) : ne ς (*uide Löfstedt Synt. II 213*) : mi *Paley dub.*; *sed de* non = ne *cf. Catull. 66,91; Prop. 1,8,13; 3,15,1; Wackernagel Vorl. II 259, H.-Sz. 804, Tränkle 2 adn. 6 et nuper Cairns Daube nost. 4-6*

20

Quid fles abducta grauius Briseide? quid fles
anxia captiua tristius Andromacha?
quidue mea de fraude deos, insana, fatigas?
quid quereris nostram sic cecidisse fidem?
non tam nocturna uolucris funesta querela 5
Attica Cecropiis obstrepit in foliis,
nec tantum Niobe, bis sex ad busta superba,
sollicito lacrimans defluit a Sipylo.
mi licet aeratis astringant bracchia nodis,
sint tua uel Danaes condita membra domo, 10
in te ego et aeratas rumpam, mea uita, catenas,
ferratam Danaes transiliamque domum.

20 ad cynthiam D V : *priori coniungunt* F P (*dist.* F^rec P^rec) 7 superbe ω : superne *Lachmann* (*prob. Sh. Bailey 103*), *corr. cod. Paris. 8458*; *cf. Enk II 2,272, qui sic uertit: 'Niobe, in conspectu bis sex bustorum superba manens'* Niobae ... superbae ς : Niobae ... superstes *Leo* **8** lacrimas N (*def. W. A. Baehrens Ph 72[1913]271sq.; sed* defluere *ante Ambrosium transitiue numquam usurpatur*) : lacrimae *Heinsius* (*cf. tamen Rothstein I 488, qui* tantum lacrimae *pro* tantum lacrimarum *iure refellit*) lacrima sollicito *Phillimore* sollicito lacrimans defluit os Sipylo *Housman* depluit *Scaliger*; *sed cf. Rothstein I 488* **9** me ω, *corr.* ς; me *re uera defendi potest, si* bracchia *relationis accusatiuum putamus: cf. tamen Plaut. Capt. 667* astringite isti sultis uehementer manus astringat Δ : destringant *Heinsius* : astringas *Baehrens* **10** tua] mea ω, *corr. Santen*; *Cynthiam in Danaes turri inclusam fingit Propertius* uel] nec F D (*corr.* F⁴ D²) danes N V F⁴ : damnes P D Vo : demes F, *corr.* ς domo] modo Vo D² V² **11** et aeratas] ferratas P Δ **12** stasiliamque N D Vo P² V² : stas iliamque F P V, *corr.* V²; *Danaes enim domus muro circumdabatur, ut ostendit 2,32,59* nec minus aerato Danae circumdata muro

de te quodcumque, ad surdas mihi dicitur auris:
tu modo ne dubita de grauitate mea.
ossa tibi iuro per matris et ossa parentis 15
(si fallo, cinis heu sit mihi uterque grauis!)
me tibi ad extremas mansurum, uita, tenebras:
ambos una fides auferet, una dies.
quod si nec nomen nec me tua forma teneret,
posset seruitium mite tenere tuum. 20
septima iam plenae deducitur orbita lunae,
cum de me et de te compita nulla tacent:
interea nobis non numquam ianua mollis,
non numquam lecti copia facta tui.
nec mihi muneribus nox ulla est empta beatis: 25
quidquid eram, hoc animi gratia magna tui.
cum te tam multi peterent, tu me una petisti:
possum ego naturae non meminisse tuae?

14 grauitate] probitate *Markland*; *sed nihil mutandum, seu* grauitas *idem ac* σεμνότης *ualet seu cum Enk II 2,275 pro fide atque constantia usurpatur* **15** matris] patris ς parentis] paterna *Hoeufft* (*cf. etiam Housman Class. Pap. 1237*); *uide contra Sil. 12,589sq.* sat matres stimulant natique et cara supinas / tendentum palmas lacrimantiaque ora parentum, *CLE 475,1sq. B.* pietate parentis / cum simul et matre *aliaque exempla a Sh. Bailey 103 allata* **16** fallo *ex* falso N **19** quid si Δ **20** possem Δ (*corr.* V²) **21-24** *hic alienos esse censet Baehrens, del. Otto* : *post u.* 32 *transt. Carutti* : *a u.* 21 *nouum carmen inchoant codd. dett.* **23-24** non umquam ... non umquam N Δ (*corr.* V²) : numquam non ... numquam non *Keil*; *sed cf. Housman Class. Pap. 297* **25-26** *om., deinde in mg. suppl.* P **28** possim (*Guyet*) egone ah curae *Heinsius* : possum ego nunc curae *Suringar* (*prob. Sh. Bailey 104sq.*); *cur uox* natura *nude posita in bonam partem* (*i. e.* mitis natura) *accipi non possit* (*sic Sh. Bailey 104*) *intellegere nequeo. Recte interpretati sunt Enk II 2,278* (*coll. Cic. Lig. 38*) *et Camps II 38*

tum me uel tragicae uexetis Erinyes, et me
  inferno damnes, Aeace, iudicio, 30
atque inter Tityi uolucris mea poena uagetur,
  tumque ego Sisyphio saxa labore geram!
ne[c] tu supplicibus me sis uenerata tabellis:
  ultima talis erit, quae mea prima fides.
hoc mihi perpetuo ius est, quod solus amator 35
  nec cito desisto nec temere incipio.

21

A quantum de me Panthi tibi pagina finxit,
  tantum illi Pantho ne sit amica Venus!
sed tibi iam uideor Dodona uerior augur.
  uxorem ille tuus pulcher amator habet!
tot noctes periere: nihil pudet? aspice, cantat 5
  liber: tu, nimium credula, sola iaces.

29 herynides Δ 31 poena uocetur *uel* locetur *Bury* : poena ligetur *Barber*; mea poena *idem ualet atque* ego punitus, poena affectus: *cf. 2,13,22* mors mea (= ego mortuus), *3,5,4* nostra sitis (= ego sitiens) 33 ne] nec ω, *corr. Camps*; *prohibitiua uis inest in Propertii uerbis, quae cum praecedentibus non copulantur* labellis *Heinsius* 35 haec (ς) mihi perpetuo laus est *Housman*; *sed recte* mihi ius est *interpretatus est Paley* (*'hanc legem habeo' uel 'hunc morem sequor'*): *cf. Cic. rep. 1,18* fuit enim hoc in amicitia quasi quoddam ius inter illos, *Ouid. rem. 270* non poteras animi uertere iura tui *et de uoce* ius *'de natura, indole, moribus sim.' plurima exempla ap. ThLL VII 2,688,63-82* perpetuum *Lipsius*

21 ad cynthiam (ci-) de pantho F D V : ad cinthiam de pantho riuali P : *priori elegiae coniungit Scaliger* 3 *hic incipit* L uilior ς augur? *dist. Heinsius* 5 nihil] mihi P pudet *om.* F (*add.* F[4]) L P (*add. ead. man.*)

et nunc inter eos tu sermo es, te ille superbus
 dicit se inuito saepe fuisse domi.
dispeream si quicquam aliud quam gloria de te
 quaeritur: has laudes ille maritus habet. 10
Colchida sic hospes quondam decepit Iason:
 eiecta est (tenuit namque Creusa) domo.
sic a Dulichio iuuene est elusa Calypso:
 uidit amatorem pandere uela suum.
a nimium faciles aurem praebere puellae, 15
 discite desertae non temere esse bonae!
huic quoque, qui restet, iam pridem quaeritur alter:
 experta in primo, stulta, cauere potes.
nos quocumque loco, nos omni tempore tecum
 siue aegra pariter siue ualente sumus. 20

22a

Scis here mi multas pariter placuisse puellas;
 scis mihi, Demophoon, multa uenire mala.

7 te *om.* F L P 8 dicet Δ 11 quondam] quando N (*corr. ead. man.: cf. Birt XXXIV*) 12 euecta ς tenuit] tenuis ω, *corr.* ς; *supple* eum, *i. e.* Iasonem; *alii minus recte* domum *simul audiunt* domum ς; *sed cf. Rossberg Lucubr. Prop. 33, qui uerba recte distinguens tradita iure defendit* 13 delusa Δ (*corr.* V²) : exclusa ς; *cf. ThLL V 2,430,1sqq.* 17 hinc F (*corr.* F⁴) qui restat ω : si restat V² : quid restat? *Burman* (*probb. Rothstein I 345, Camps II 150*) : quod restat *Palmer* (*prob. Sh. Bailey 106, id. Att. V 367; at uide contra Enk II 2,283*) : quid sat erit? *Postgate*, *corr.* ς; huic = a Cynthia: *cf. Iuuen. 6,45sq.* quid quod et antiquis uxor de moribus i l l i / q u a e r i t u r 18 potest ς

22a ad heremum demopho(o)ntem F V : ad herenium (heremium D) demopho(o)ntem L P D 1 heremi (-y) ω, *dist.* ς

nulla meis frustra lustrantur compita plantis;
  o nimis exitio nata theatra meo,
siue aliquis molli diducit candida gestu 5
  bracchia, seu uarios incinit ore modos!
interea nostri quaerunt sibi uulnus ocelli,
  candida non tecto pectore si qua sedet,
siue uagi crines puris in frontibus errant,
  Indica quos medio uertice gemma tenet. 10

\+ + +

quae si forte aliquid uultu mihi dura negarat,
  frigida de tota fronte cadebat aqua.
quaeris, Demophoon, cur sim tam mollis in omnis?
  quod quaeris, 'quare', non habet ullus amor.
cur aliquis sacris laniat sua bracchia cultris 15
  et Phrygis insanos caeditur ad numeros?
unicuique dedit uitium natura creato:
  mi fortuna aliquid semper amare dedit.
me licet et Thamyrae cantoris fata sequantur,
  numquam ad formosas, inuide, caecus ero. 20

3 meis] mihi F L P **5** aliqua in *Markland* deducit ω, *corr. Passerat*; *cf. ThLL V 1,1016,29; 1018,27sqq.* **6** inicit Δ : iucunt F : concinit *et* incipit F³ *in mg.*; *de uoce uerbali* incinere *cf. Tränkle 70* **7** nostri] quoniam F (*corr.* F⁴) L P D² **10** *post hunc uersum lacunam statuit Fontein; uu. 11-12 enim cum praecedentibus nullo modo cohaerent, cum pronomen* quae *ad puellas, quarum in uu. 5-10 sermo est, pertinere non possit; adde praeterea ppf.* negarat *et impf.* cadebat *cum praesentibus non congruere* **11-12** *seclusit Housman, quem nonnulli edd. secuti sunt; post u.* 2 *transt. Enk* (*qui* si quae *pro* quae si *coni.*), *post u.* 24 *Camps* **11** aliquis L; *cf. ThLL I 1615,59sqq.* negarent F (*corr.* F⁴) L : negaret P : negarit ς **14** quare] curae *Huschke* : 'quare' *sic dist. Lachmann*; *cf. Petron. 37,4, Prop. 2,25,2, H.-Sz. 23* **16** caeditur] quaeritur F D (*corr.* F³ D²) : frangitur P (*corr.* P²) **17** *post* natura *dist. Postgate*; *sed cf. Sh. Bailey 107* **18** aliquid] aliud *Burman* : aliquam *Heimreich* **19** sequ(a)entur Δ (*corr.* V²)

sed tibi si exilis uideor tenuatus in artus,
falleris: haud umquam est culta labore Venus.
percontere licet: saepe est experta puella
officium tota nocte ualere meum.
Iuppiter Alcmenae geminas requieuerat Arctos 25
et caelum noctu bis sine rege fuit;
nec tamen idcirco languens ad fulmina uenit:
nullus amor uires eripit ipse suas.
quid? cum e complexu Briseidos iret Achilles,
num fugere minus Thessala tela Phryges? 30
quid? ferus Andromachae lecto cum surgeret Hector,
bella Mycenaeae non timuere rates?
ille uel hic classis poterant uel perdere muros:
hic ego Pelides, hic ferus Hector ego.
aspice uti caelo modo sol modo luna ministret: 35
sic etiam nobis una puella parum est.
altera me cupidis teneat foueatque lacertis,
altera si quando non sinit esse locum;
aut si forte irata meo sit facta ministro,
ut sciat esse aliam, quae uelit esse mea! 40

22 hoc numquam F (*corr.* F[4]) culta] fessa ς : rupta *Ruhnken* : curta *Sh. Bailey dub.* (*coll. Iuuen. 14,165; cf. tamen Apul. met. 5,10*) **23** percunctere N : percunctare F L P; percunctere *def. Neumann 43 adn. 3; cf. tamen Enk II 2,291, Tränkle 135* **24** hospitium F (*corr.* F[4]) L P; *cf. Ouid. am. 3,7,24* ter Libas officio continuata meost *et Tränkle 164* **29-32** quid? ... Phryges? / quid? ... rates? *sic dist. Broukhusius* **29** e *om.* F L P **30** non N Δ; *cf. Enk Comm. crit. 138* **31** e lecto *Hertzberg* (*fort. recte*) consurgeret N **33** calces F (*corr.* F[4]) L : casces P poterat F L P Δ illi uel classes poterant *Baehrens, prob. Housman Class. Pap. 250* (*fort. recte*); *cf. tamen Camps II 155* **35-42** *post u.* 20 *transt. Richmond* **38** sinat Δ **39** ingrata ... cubili *Camps* meo] mero *Jacob* : mihi *Smyth, coll. Cic. Verr. 2,3,21*; *at uide contra Enk II 2,296*; *tradita def. Sh. Bailey 108, coll. Mart. 9,22,11; 10,98,1sq., ubi* minister = ser-

nam melius duo defendunt retinacula nauim,
tutius et geminos anxia mater alit.

22b

\+ + +

aut, si es dura, nega: sin es non dura, uenito!
quid iuuat heu nullo ponere uerba loco?
hic unus dolor est ex omnibus acer amanti, 45
speranti subito si qua uenire negat.
quanta illum toto uersant suspiria lecto,
† cur recipi quae non nouerit ille uetat †
et rursus puerum quaerendo audita fatigat,
† quem quae scire timet quaerere fata iubet † 50

\+ + +

uus. *Cur Propertius seruum suum nominet, nullo modo patet; quam ob rem in hexametro fortasse latet corruptela* **40** ut] tum *Markland* : at *Heinsius*; *cf. tamen Tränkle 153*

22b **43-50** *separauerunt Itali* : *post* 2,17,2 *transt. Tremenheere* : *post* 2,17,4 *transt. Housman* : *fragmentum maioris carminis esse iure censet Vahlen* **44** quod F L P heu] et ω (*def. Pasoli AA Ver S. VI 8 [1956-7] 111sq., qui* et = etiam *interpretatur*) : in *uel* ex ς : en *Heinsius* : ei *Haupt* : haec *Brandt*, *corr. Rothstein*; *cf. etiam Wistrand 42* **45-46** amanti speranti, *sic dist. Luck* **48** *locus deperditus, qui nulla certa medicina sanari potest*; *tradita defendere conatus est Pasoli AA Ver S. VI 8 (1956-7) 113-116* cur] cum ς quae] cum V^3 : quem *uel* quam ς : quasi *Markland* nouerit] uenerit ς; *prob. Sh. Bailey 289, qui AP 12,201 confert* ille N F L P : illa Δ : ipse ς uetat] putat ς : necat *Heyne* : *alii alia* **50** *om.* N; *uersus nondum sanatus* quem quae F V^2 : qu(a)e quoque L P Δ : quamquam *Korsch* qu(a)erere F L P Δ : dicere ς : sciscere *Luck* fata F L : plura Δ P *in ras.* F^4 : furta *Palmer* (*prob. Housman Class. Pap. 316*) : facta *Baehrens* iubet] iuuat F^4 : libet *Heinsius post u.* 50 *lacunam statuit Lachmann*

23

Cui fuit indocti fugienda et semita uulgi,
  ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.
ingenuus quisquam alterius dat munera seruo,
  ut promissa suae uerba ferat dominae?
et quaerit totiens 'Quaenam nunc porticus illam 5
  integit?' et 'Campo quo mouet illa pedes?',
deinde ubi pertuleris, quos dicit fama, labores
  Herculis, ut scribat 'Muneris ecquid habes?',
cernere uti possis uultum custodis amari,
  captus et immunda saepe latere casa? 10
quam care semel in toto nox uertitur anno!
  a pereant, si quos ianua clausa iuuat!
contra, reiecto quae libera uadit amictu,
  custodum et nullo saepta timore, placet;

23 de seruitute amoris F L D V : de seruitute amoris et ad cinthiam de suspicione riualis P : *priori elegiae coniungit Scaliger* **1** qui N D V : ui Vo : quoi V² fuit] sic L V² fugiendi F³ et *om.* Δ : haec ς cui fugienda fuit indocti semita *Housman, quem nonnulli edd. secuti sunt*; *tradita def. Palmer, qui* et = uel *interpretatur, sic uertens:* 'etiam *semitam qua utebatur uulgus Propertius dicit sibi fugiendam esse': quod esse absurdum, nullo modo mihi persuasit Housman Class. Pap. 286; de re recte iudicant Camps II 159 et Giardina 166* **3** quisquam] quamquam Δ (*corr.* V²) : quisnam *Heinsius* **4** commissa ς *(et Beroaldus)* : permissa *Heinsius* : praemissa *Housman* (*prob. Camps II 159*) uera *Lachmann* **8** scribas F Δ et quid F (*corr.* F⁴) L : h(a)ec quid Δ **9** cernereue ut *Allen* auari ς; *de adiectiuo* amarus *i. q.* molestus *cf. ThLL I 1822,77sqq.* **10** inmunda] in nuda Δ : in munda V² **11** uenditur *Ayrmann*; *sed* uertitur *apte pro* uoluitur *usurpatur; cf. Lachmann Kl. Schr. 192, Rothstein I 489* **12** quas ς **14** et *del. Hemsterhuys* placet? *dist.* N

cui saepe immundo Sacra conteritur Via socco, 15
nec sinit esse moram, si quis adire uelit;
differet haec numquam, nec poscet garrula, quod te
astrictus ploret saepe dedisse pater,
nec dicet: 'Timeo, propera iam surgere, quaeso:
infelix, hodie uir mihi rure uenit.' 20
et quas Euphrates et quas mihi misit Orontes,
me iu[u]erint: nolim furta pudica tori.
libertas quoniam nulli iam restat amanti,
nullus liber erit, si quis amare uolet.

24a

'Tu loqueris, cum sis iam noto fabula libro
et tua sit toto Cynthia lecta foro?'

17 quod] qu(a)e F L P **21** hae quas Euphrates *Lachmann* **22** iuuerint N : capiant F L P Δ, *corr. Hertzberg*; *cf. enim de* iuuerint *cum* u *correpta Catull. 66,18, Leo RhM 35 (1880) 446, Housman Class. Pap. 250, Wackernagel Vorles. I 250* pudenda *Baehrens* : pigenda *Postgate* **23-24** *del. Plessis, post* 2,24,4 *transt. Housman* **24** si quis liber erit, nullus *Foster* : nullas, liber erit si quis *Richmond*; *cf. tamen Cic. parad. 5,2* an ille mihi liber, cui mulier imperat, qui nihil imperanti negare audet? poscit, dandum est; uocat, ueniendum; eicit, abeundum; minatur, extimescendum *et uide Thörnell, Symb. philol. O. A. Danielsson dicatae, Vpsaliae 1932, 359, Sh. Bailey 109*

24a ad cinthiam F V² : *priori coniungunt* L P (hic est principium epistulae ad cinthiam de suspicione riualis *add.* P^rec) **1-2** *amico recte tribuit Carutti, Propertio secum loquenti Allen* : **1-4** *amico tribuit Rothstein* : **1-10** *priori elegiae coniungit Scaliger* : **1-16** *priori elegiae coniungit Canter* (*cf. etiam Rothstein I 357sq.*) **1** sit ω : sic P², *corr.* ς

cui non his uerbis aspergat tempora sudor?
   aut pudor ingenuis aut retinendus amor.
quod si iam facilis spiraret Cynthia nobis, 5
   non ego nequitiae dicerer esse caput,
nec sic per totam infamis traducerer urbem,
   urerer et quamuis, nomine uerba darem.
quare ne tibi sit mirum me quaerere uilis:
   parcius infamant: num tibi causa leuis? 10

24b

\+ + +

et modo pauonis caudae flabella superbae
   et manibus dura frigus habere pila

4 ingenuus ω : ingenuo (ingenui *Phillimore*) est *Munro, corr. cum dett. Haupt* (*qui* haut pudor ingenuis, haut reticendus amor *legit*) ingenuus? *dist.* F P reticendus ω (*deff. Enk II 2,307, Camps II 162*), *corr. Baehrens*; *cf. Jacoby RhM 69 (1914) 434sqq. et quae fuse dilucideque disputat Sh. Bailey 112* amor? *dist.* N F a pudor, ingenuus reiciendus amor *Housman* : a pudor! ingenuis iam reticendus amor *Havet* : *alii alia* **5** iam] tam ω, *corr.* ς; *cf. Camps II 163* spirares *cum dett. Sh. Bailey* **8** ureret ω, *corr.* ς nomine] non bene *Housman*; *sed cf. Allen ClPh 45 (1950) 160*; *intellege* non (*e u.* 6) nomine uerba darem *i. e.* non deceptoris nomen haberem *et cf. Camps II 164*; *aliter interpretatur Enk II 2,308* non mihi (*Palmer*) . . . daret *Barber* *post* nomine *dist. nonnulli edd.* **9-10** *post u.* 14 *transt. Scheidweiler* **10** nunc Δ (*corr.* V²)

24b *post u.* 10 *lac. stat. Baehrens* : **11-16** *post* 2,23,8 *transt. Scaliger* : *nouae elegiae initium periisse censet Camps*; *elegiae unitatem deff. Mac Kay AJPh 89 (1968) 72-76, Felton ClR 87 (1973) 3-5* **11** et] haec *Lachmann* : tu *Sh. Bailey* : sed *Scheidweiler*; *sunt qui lacunam hic esse negent et Lachmanni*

et cupit iratum talos me poscere eburnos,
  quaeque nitent Sacra uilia dona Via.
a pereum, si me ista mouent dispendia: sed me 15
  fallaci dominae iam pudet esse iocum!

24c

Hoc erat in primis quod me gaudere iubebas?
  tam te formosam non pudet esse leuem?
una aut altera nox nondum est in amore peracta,
  et dicor lecto iam grauis esse tuo. 20
me modo laudabas et carmina nostra legebas:
  ille tuus pennas tam cito uertit amor?
contendat mecum ingenio, contendat et arte,
  in primis una discat amare domo!

coniecturam recipere malint, quam falso nisus argumento refellit Enk II 2,308 ('modo *postulat in praecedentibus alterum* modo *uel* interdum *uel* nunc, *quod omitti non potest'; cf. Tränkle 15, Pasoli Monob. 19). Sed alia eaque grauior obstat difficultas; longe aliud est enim uersuum 11–16 argumentum: in uu. 1–10 queritur Propertius, propter suum erga Cynthiam amorem famosus, puellam tam facilem in se quam meretrices non esse; hic contra sermo est de Cynthia, uel de alia quadam femina, quae a Propertio plurima petit munera* fabella N (*corr. ead. man.*) D[2] caudam . . . superbam *Heinsius* superbi *Broukhusius*; *sed cf. Ouid. am. 2,6,55, Mart. 14,67,2* **12** durae . . . pilae *Heinsius* (*fort. recte*)
13 iratum] interdum *Phillimore*; *fort. recte: cf. enim 1,3,41–43* modo . . . rursus et . . . interdum **15** sed me] si me ω, *corr.* ς

24c **17** *nouam elegiam inc. Canter*; *cf. Camps II 166* erit N; *cf. Verg. Aen. 2,664sq.* hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes / eripis? **18** formosa L P **22** *post hunc uersum lacunam posuit L. Müller*

si libitum tibi erit, Lernaeas pugnet ad hydras 25
   et tibi ab Hesperio mala dracone ferat,
taetra uenena libens et naufragus ebibat undas
   et numquam pro te deneget esse miser:
(quos utinam in nobis, uita, experiare labores!)
   iam tibi de timidis iste proteruus erit, 30
qui nunc se in tumidum iactando uenit honorem:
   discidium uobis proximus annus erit.
at me non aetas mutabit tota Sibyllae,
   non labor Alcidae, non niger ille dies.
tu me[a] compones et dices 'Ossa, Properti, 35
   haec tua sunt? eheu tu mihi certus eras,
certus eras eheu, quamuis nec sanguine auito
   nobilis et quamuis non ita diues eras.'
nil ego non patiar; numquam me iniuria mutat:
   ferre ego formosam nullum onus esse puto. 40
credo ego non paucos ista periisse figura,
   credo ego sed multos non habuisse fidem.
paruo dilexit spatio Minoida Theseus,
   Phyllida Demophoon, hospes uterque malus.

27 taetra] terra F (*corr.* F^4) L P : trita *Heinsius*; *sed cf. Ps. Verg. dirae 23* mutent pestiferos aestus et t a e t r a u e n e n a edibat Δ (*corr.* V^2) : imbibat *Lachmann*; *sed cf. Apul. met. 10,5, Phaedr. 1,20,5* **28** nusquam *Markland* **31** in tumide F : tumide P; *quo probato* inuenit *coni. Paley, prob. Housman Class. Pap. 321; cf. tamen Ouid. ars 1,715* tumidos accedere fastus *et Tränkle 82* **32** nobis F (*corr.* F^4) L P **35–38** *post u.* 52 *transt. Carutti* **35** tu mea ω : tum (ς) me *Baehrens, corr. Porson*; *ego equidem non ignoro uocem* ossa *e sequentibus suppleri posse; quod tamen durius mihi uidetur, cum de Cynthiae uerbis agatur; tradita def. Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 120, coll. Stat. Theb. 9,900* **36–37** heu heu ... heu heu Δ **36** sunt? *sic dist. Rothstein* **38** non ita] nauita ω : haud ita *Heinsius* (*sed cf. Axelson Unpoet. Wört. 91*), *corr. Pontanus* **39** patior Δ (*corr.* V^2) **41** peperisse F L

iam tibi Iasonia nota est Medea carina 45
et modo seruato sola relicta uiro.
dura est quae multis simulatum fingit amorem
et se plus uni si qua parare potest.
noli nobilibus, noli conferre beatis:
uix uenit, extremo qui legat ossa die. 50
hi tibi nos erimus: sed tu potius precor ut me
demissis plangas pectora nuda comis.

25

Vnica nata meo pulcherrima cura dolori,
excludit quoniam sors mea saepe 'ueni,'
ista meis fiet notissima forma libellis,
Calue, tua uenia, pace, Catulle, tua.

45 non tibi *Hetzel* nota est] uecta est *Heinsius* (*prob. Housman Class. Pap. 286*) **46** et] en *Unger* : heu *Hetzel* (*prob. Enk Comm. crit. 152*) seruato] ab infido P D V (*corr.* V^2), *prob. Housman Class. Pap. 286* : fallaci Vo F^3 D^2 : seruato *om.* F (*add.* F^4) L; *uide Sh. Bailey ClQ 41 (1947) 91, qui de* seruato ἀπὸ κοινοῦ *Manil. 1,492sq. confert* **47–48** *post u.* 22 *transt. Rossberg, post u.* 32 *Scaliger*; *sed cf. Enk II 2,313* **49** te offerre *Heinsius* : te ecferre *Havet* (*non improbante Sh. Bailey 113*) : consuesse *Damsté*; *supple tamen* me **51** hic ς; *sed cf. Rothstein I 366* (hi = tales) in me ς

25 ad amicam F : ad amicam iratam L D V : ad amicam iratam et ad riualem receptum P : *priori elegiae coniungit Scaliger* **2** ueni *ex* uenit N *ante* saepe *dist. nonnulli, praeeunte Jacob* (*cf. e. g. Enk II 2,317, H.-Sz. 23*), *post* saepe *recte dist. cod. Paris. 8233; cf. enim Plaut. Cist. 75* spissum istuc amanti est uerbum 'ueniet' nisi uenit excludi (*Scaliger*) . . . uenit *Paldam* (*quod probant nonnulli, qui de excluso amatore hic agi censent: non inepte quidem, si priscam codicis Neapolitani lectionem et uerbi* excludere *sensum proprium consideramus; cf. tamen Rothstein I 490 et* excludit *i. q.* prohibet *intellege*) : excludi . . . uehit *Lachmann* (*prob. Housman Class. Pap. 242*)

miles depositis annosus secubat armis, 5
grandaeuique negant ducere aratra boues,
putris et in uacua requiescit nauis harena,
et uetus in templo bellica parma uacat:
at me ab amore tuo deducet nulla senectus,
siue ego Tithonus siue ego Nestor ero. 10
nonne fuit satius duro seruire tyranno
et gemere in tauro, saeue Perille, tuo?
Gorgonis et satius fuit obdurescere uultu,
Caucasias etiam si pateremur auis?
sed tamen obsistam! teritur robigine mucro 15
ferreus et paruo saepe liquore silex:
at nullu⟨s⟩ dominae teritur sub limine amator;
restat et immerita sustinet aure minas.

5 annosis N (*corr. ead. man.*) Vo **8** palma F Vo D^3; *de armis in templorum parietibus affixis cf. Verg. Aen. 3,286sqq.; sim. Prop. 4,3,71sq.* **9** diducet ς, *fort. recte: cf. enim ThLL V 1,270,40, Prop. 2,7,3; uide tamen plurima exempla ap. ThLL V 1,276,80sqq.* **12** saeue] saepe ω, *corr.* ς; *cf. Ouid. trist. 3,11,39-41* saeuior es tristi Busiride, saeuior illo, / qui falsum lento torruit igne bouem / quique bouem Siculo fertur donasse tyranno, *Plin. nat. 34,89* Perillum nemo laudet saeuiorem Phalaride tyranno **15** obsita P^2 V^2 **17** nullo ω, *corr. Palmer* dominae] de me D (*corr.* D^2) Vo V^2 : demens *Palmer* sub lumine F D V : sublumine Vo : sub crimine *Langermann, probb. editoribus nonnullis* (*cf. e. g. Enk II 2, 321, Camps II 172*); *uide tamen exempla a Rothstein I 369 et a Sh. Bailey 114 allata et cf. ThLL VII 2,1403,73sqq.* at nullo teritur, dominae *Rothstein*; *cf. tamen Leo Kl. Schr. II 191* amator] amor qui ω, *corr. Heinsius* (*prob. Franz, Comment. philol. O. Ribbeck, Lipsiae 1888, 531sq.*); *tradita defendunt nonnulli, et re uera defendi possunt; considera tamen hic tantummodo in Propertii carminibus hexametrum in monosyllabum exire; uide etiam Norden Aen. 449* **18** perstat *Ayrmann* immeritas ς; *sed cf. 4,5,16, Stat. Theb. 5,324*

ultro contemptus rogat, et peccasse fatetur
  laesus, et inuitis ipse redit pedibus. 20
tu quoque, qui pleno fastus assumis amore,
  credule, nulla diu femina pondus habet.
an quisquam in mediis persoluit uota procellis,
  cum saepe in portu fracta carina natet?
aut prius infecto deposcit praemia cursu, 25
  septima quam metam triuerit ante rota?
mendaces ludunt flatus in amore secundi:
  si qua uenit sero, magna ruina uenit.
tu tamen interea, quamuis te diligat illa,
  in tacito cohibe gaudia clausa sinu. 30
namque in amore suo semper sua maxima cuique
  nescio quo pacto uerba nocere solent.
quamuis te persaepe uocet, semel ire memento:
  inuidiam quod habet, non solet esse diu.
at si saecla forent antiquis grata puellis, 35
  essem ego quod nunc tu: tempore uincor ego.

20 inuisis *Pearson*; *sed cf. Tib. 2,6,13sq.* iuraui quotiens rediturum ad limina numquam! / cum bene iuraui, pes tamen ipse redit ipse] resque *Sandström*; *sed* ipse *defenditur a Sh. Bailey 114, qui Verg. georg. 3,316, Varr. rust. 3,7,6 adfert* **21** pleno *ex* plenos N **22** credula F L P **26** ante] arte ς : axe *Burman*; *de* ante *post* prius *repetito cf. Verg. Aen. 4,24sqq. (quod tamen improbat Sh. Bailey 25, propter longum inter* prius *et* ante *interuallum), Cypr. zel. 4 et quae fuse disputant Löfstedt Synt. II 222, H.-Sz. 800* **27** secundo ς, *fort. recte* **31** suo] nouo *Baehrens* : uiro *Camps*; *sed cf. Housman Class. Pap. 53* **33** nocet F L Δ (*corr.* F[4] V[2]) simulare *Jacob* : semel isse *Barber*; *cf. Enk Comm. crit. 154-156* **35** at] et F (*corr.* F[4]) : haec *Heinsius*; *sed* saecla *idem esse ac* mores *iam Vulpius intellexit, sic uertens: 'at si nunc mores uigerent, qui priscorum temporum puellis grati erant'; cf. etiam Sh. Bailey 115, qui Lucan. 10,110* nondum translatos Romana in saecula luxus *adfert*

non tamen ista meos mutabunt saecula mores:
unus quisque sua nouerit ire uia.
at, uos qui officia in multos reuocatis amores,
quantus si‹c› cruciat lumina nostra dolor! 40
uidistis pleno teneram candore puellam,
uidistis fusca‹m›: ducit uterque color;
uidistis quandam Argiua prodire figura,
uidistis nostras: utraque forma rapit;
illaque plebeio uel sit sandycis amictu: 45
haec atque illa mali uulneris una uia est.
cum satis una tuis insomnia portet ocellis,
una sat e‹s›t cuiuis femina multa mala.

grata] aequa *Burman* : clara *Jacob* : casta *Ast* : Graia *Barber dub. in app.* : *alii alia*; *cf. tamen Vulpii interpretationem supra laudatam et adde Löfstedt Synt. II 470–473, Enk II 2,325*
37 mutabant N amores V² **38–39** *om.* L **38** suam . . . uiam *Broukhusius* **39** in *om.* F P Δ (*add.* F⁴ V²) renouatis *Barber* **40** quantum ω, *corr.* ς si ω, *corr.* ς; *cf. Rothstein I 373* uestra Δ (*prob. Enk II 2,326*); nostra *def. Sh. Bailey 116, qui* nostra *i. q.* mea *interpretatur* **41. 42. 43. 44** uidisti *Camps* **41** pleno] niueo *Housman* : puro *Richmond*; *cf. tamen S. H. A. Clod. Alb. 5,3* nam et bos albus purpureis ad plenum colorem cornibus natus est **42** fusco ω (*prob. Rothstein I 373, e sequentibus* colore *supplens*) : fuscas *Markland, corr. L. Müller*; *cf. Enk Comm. crit. 157* dulcis F Δ (*corr.* D²) : lucus L : lucet P; *cf. Housman Class. Pap. 254* **43** quadam N prodente F L P Δ (*corr.* F⁴ V²), *quo probato* patriam Argiuas prodente (Argiuam prodente *coni. iam Baehrens*) figura *coni. Housman, coll. Ps. Verg. moret. 32; intellege tamen* quandam *i. q.* quandam Graecam mulierem **45** sit] sic F (*corr.* F⁴) Δ **46** *post hunc uersum lac. stat. Housman* **47** meis *Markland* : suis *Foster* **48** sat est] sit et ω (*in quo particula* et *displicet*) : sat et *Ayrmann* : dat et *Burman*, *corr.* ς

26

Vidi te in somnis fracta, mea uita, carina
  Ionio lassas ducere rore manus,
et quaecumque in me fueras mentita fateri,
  nec iam umore grauis tollere posse comas,
qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen, 5
  aurea quam molli tergore uexit ouis.
quam timui, ne forte tuum mare nomen haberet,
  teque tua labens nauita fleret aqua!
quae tum ego Neptuno, quae tum cum Castore fratri,
  quaeque tibi excepi, iam dea, Leucothoe! 10
at tu uix primas extollens gurgite palmas
  saepe meum nomen iam peritura uocas.
quod si forte tuos uidisset Glaucus ocellos,
  esses Ionii facta puella maris
et tibi ob inuidiam Nereides increpitarent, 15
  candida Nesaee, caerula Cymothoe.

26 somnium (sompn-) de amica F L D V : ad amicam somnium de ipsa habitum. demum fidem sui amoris narrat P **3** fueris F (*corr.* F⁴) L Vo **5** agitaui F (*corr.* F⁴) : agitauit L P : agitaram Vo; *de accusatiuo* qualem *propter pronominis* te (*u. 1*) *attractionem cf. Verg. Aen. 11,67sq.* hic iuuenem agresti sublimem stramine ponunt, / qualem uirgineo demessum pollice florem **6** cum *Heinsius* uellere ς (*ex Ouid. epist. 17,144* aurea lanigero uellere uexit ouis; *sim. am. 2,11,4* conspicuum fuluo uellere uexit ouem; *cf. tamen Manil. 4,517* Phasidos ad ripas et Colchida tergore uexit) **8** teque] atque ω, *corr. Heinsius*; *cf. enim de* atque *ap. elegiacos Platnauer ClQ 42 (1948) 91sqq., Lat. Eleg. 20-22, Axelson Unpoet. Wört. 83sq., Kenney ClQ 52 (1958) 58sq.* **9** quem F L P Δ (*corr.* V²); *supple* uota cum L P quem tum F P Δ (*corr.* V²) : quantum L ferri L P **10** quemque P Δ (*corr.* V²) quae tibi suscepi *Heinsius*; *sed cf. ThLL V 2,1250,5sqq.* tum (ς) dea *Lachmann*; *cf. Hom. Od. 5,333-335* **11-12** *post u.* 16 *transt. Carutti, post u.* 18 *L. Müller*; *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 273, Alfonsi MH 6 (1949) 92sq.* **15** prae inuidia F Δ (*corr.* V²); *sed cf. Housman Class. Pap. 254*

sed tibi subsidio delphinum currere uidi,
qui, puto, Arioniam uexerat ante lyram.
iamque ego conabar summo me mittere saxo,
cum mihi discussit talia uisa metus. 20
nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
seruiat et tota dicar in urbe potens!
non, si Cambysae redeant et flumina Croesi,
dicat 'De nostro surge, poeta, toro.'
nam mea cum recitat, dicit se odisse beatos: 25
carmina tam sancte nulla puella colit.
multum in amore fides, multum constantia prodest:
qui dare multa potest, multa et amare potest.
heu, mare per longum mea cogitat ire puella!
hanc sequar et fidos una aget aura duos. 30
unum litus erit sopitis unaque tecto
arbor, et ex una saepe bibemus aqua;

16 nise(a)e ω, *corr.* V[2] **18** quam N : quod F (*corr.* F[3]) L **20** *post hunc uersum lac. stat. Broukhusius* : 21-28 *separ. Richmond* : 21-58 *separ. van Lennep, quem omnes fere editores secuti sunt; carmen unum esse ostendit Macleod SO 51 (1976) 131-136* **23** si] sic N : nisi V[2] Cambyses *Dorville* : iam Gygae *Schrader* (*fort. recte: cf. Archil. frg. 22,1 Diehl [= 22,1 Tarditi], Strab. 14,28*) : *alii alia*; *uox* Cambysae *nomin. plur. est* (*i. e.* si redeant reges tam diuites qualis Cambyses); *alii interpretes de gen. sing. agi censent* redeat Vo : se dent *Barber* flumina] munera *Camps, coll. Iuuen. 14,328* nec Croesi fortuna ... nec Persica regna; *sed* flumen Croesi *est* Pactolus **28** multum et amare *Heinsius*; *intellege tamen* diuites, qui multa dare possunt, multas puellas amare possunt; *de neutro genere pro fem. ap. Prop. cf. 1,13,12* nec noua quaerendo semper amicus eris potest? *dist. Rothstein, qui distichon post u. 28 excidisse censet; cf. tamen E. Reitzenstein Wirkl. 39 adn. 45* **29** *nouam elegiam incipit* N : *lacunam statuit Housman, qui uu.* 31-32 *ante u.* 29 *transtulit*; *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 274* heu ... cogitat] seu ... cogitet ω, *corr. Guyet*; *cf. 1,4,22, Tib. 1,4,58, Ouid. epist. 2,48* **31** sopitis] positis ⟨torus⟩ *Housman* tectum *Heinsius*

et tabula una duos poterit componere amantis,
prora cubile mihi seu mihi puppis erit.
omnia perpetiar: saeuus licet urgeat Eurus, 35
uelaque in incertum frigidus Auster agat,
quicumque et uenti miserum uexastis Vlixem
et Danaum Euboico litore mille ratis
et qui mouistis duo litora, cum ratis Argus
dux erat ignoto missa columba mari. 40
illa meis tantum non umquam desit ocellis,
incendat nauem Iuppiter ipse licet.
certe isdem nudi pariter iactabimur oris:
me licet unda ferat, te modo terra tegat.
sed non Neptunus tanto crudelis amori, 45
Neptunus fratri par in amore Ioui:
testis Amymone, latices dum ferret, in Argis
compressa, et Lernae pulsa tridente palus;

36 uela quod L P in *om.* N F (*s. l.* F⁴) L P; *cf. Sall. hist. frg. 2,87 M.* turbidus ς; *sed cf. Verg. georg. 4,261* frigidus ... Auster **39** ratis] rudis F² P^rec, *fort. ex Lucan. 3,193sq.* cum rudis Argo / miscuit ignotas temerato litore gentes argo N Δ F² P² (*prob. Camps II 181*) : ergo F L P, *corr.* ς; Argūs *gen. nominis* Argo *est; si contra* Argo *accipimus, de dat. nominis* Argus *agitur, qui tamen nauis fabricator, non gubernator erat: cf. Sh. Bailey 117* **41** non numquam F P (*corr.* P²) : non usquam *Broukhusius* desit] spectat F (*corr.* F⁴) L P (*corr. ead. man.*); *cf. Ouid. Pont. 2,8,17* quid nostris oculis nisi sola Palatia desunt? **43** his' am F : hys' am L : hisdem P D F³ Vo² : iisdem V : hicdem Vo **44** modo] quoque F L P Δ (*corr.* P *in mg.* F⁴ V²), *haud dubie ex 1,6,28* in quorum numero me quoque terra tegat **47** dum] cum F L P Δ; *de coniunctiuo cf. ThLL V 1,2220,51sqq.* in aruis ω, *corr.* ς; *cf. enim Ouid. am. 1,10,5* qualis Amymone siccis errauit in Argis *et uide app. ad loc. editionum quas Munari (Florentiae 1959³) et Kenney (Oxonii 1961) curauerunt* **49** iam] nam *Vahlen* : quam *Sh. Bailey*; iam *idem ac* statim *ualet* amplexus *Passerat* (*prob. Sh. Bailey 117*) : amplexae *Postgate*; *cf. tamen Enk II 2,342* **50** refudit F⁴ D²

iam deus amplexu uotum persoluit; at illi
aurea diuinas urna profudit aquas. 50
crudelem et Borean rapta Orithyia negauit:
hic deus et terras et maria alta domat.
crede mihi, nobis mitescet Scylla nec umquam
alternante uorans uasta Charybdis aqua;
ipsaque sidera erunt nullis obscura tenebris, 55
purus et Orion, purus et Haedus erit.
quod mihi si ponenda tuo sit corpore uita,
exitus hic nobis non inhonestus erit.

27

At uos incertam, mortales, funeris horam
quaeritis, et qua sit mors aditura uia;

53 mutescet F L Δ; *cf. ThLL VIII 1146,1sqq., Housman Class. Pap. 298* **54** morans ς (*prob. B. A. Müller BPhW 1914, 1107, coll. 1,3,32; 2,4,16; 3,20,12*) : uacans *Ayrmann* (*quam elegantem coniecturam omnes fere editores accipiunt*) : uocans *Housman*; *sed* uorans (*sc.* erit) *luculenter def. Pasoli St. L. Bianchi 181sq., coll. 4,6,1* sint ora fauentia *et, quod ad subauditam copulam adtinet, Stat. silu. 5,1,92sq.* omnia nam laetas pila attollentia frondes, / nullaque famosa signatur lancea penna. *Vt recte admonet Pasoli, 'magis quam actionem ipsam uorandi poeta statum quendam effingere in animo habuit'. Adde praeterea Sen. suas. 6,5* quae Charybdis est tam uorax? **57** quid N Δ tuost in *Barber*

27 de incerta horam mortis F L D : de incerta hora mortis et solum amantem scire horam mortis P : *priori elegiae coniung.* ς, *prob. Rothstein I 383. 491*; *quod iure refellit Leo Kl. Schr. II 203sq., qui 1,1,37sq.; 2,14,31sq.; 2,32,61sq.; 3,6,41sq.; 3,14,33sq. confert* **1** et ς, *prob. Camps II 183*; *sed de abrupto elegiae initio cf. 2,10,1* sed tempus lustrare aliis Helicona choreis, *Ouid. epist. 12,1* at tibi Colchorum, memini, regina uacaui

quaeritis et caelo, Phoenicum inuenta, sereno,
quae sit stella homini commoda quaeque mala!
seu pedibus Parthos sequimur seu classe Britannos 5
et maris et terrae caeca pericla uiae;
rursus et obiectum † fletus † caput esse tumultu[m],
cum Mauors dubias miscet utrimque manus;
praeterea domibus flammam domibusque ruinas,
neu subeant labris pocula nigra tuis. 10
solus amans nouit quando periturus et a qua
morte, neque hic Boreae flabra neque arma timet.

3 Phoenicum inuenta, *non* caelo Phoenicum inuenta sereno, παρενθετικῶς *intellege*: *cf. Enk II 2,346, K.-St. I 248, H.-Sz. 429* **5-6** *post u.* 8 *transt. Otto, post u.* 12 *Heimreich* **6** terrae] uastae *uel* taetrae *Burman* : terrent *Phillimore* perinde uia est *Waardenburgh*; *sed cf. Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 120, Axelson Unpoet. Wört. 136* **7** fletus N (*quod perperam deff. Rothstein I 384, Salvatore Latin. 4 [1956] 177: cf. enim Leo Kl. Schr. II 191, Enk II 2,347*) : flemus F L P Δ (*def. Pasoli St. L. Bianchi 182sq.; fort. recte*) : fletis ς : fletur *Gwynn* : fles tu *Housman* (*coll. Cic. fam. 10,24,5* scis tu, *ubi enuntiatum non est interrogatiuum*); *cruces ponere malo, cum magno in dubio sim, utrum uoci* flemus *an* fletu *an* fles tu *palmam tribuam* capiti L P Δ F[3]; *cf. Housman Class. Pap. 298* tumultum ω, *corr.* ς; *quod adtinet ad datiuos quartae declinationis in* -ū *exeuntes cf. 1,11,12; 2,1,66* manu; *2,19,19* pinu **8** *post hunc uersum lac. stat. Havet*; *cf. contra Enk II 2,348, Luck 397 et quae fuse disputat Pasoli (cf. app. ad u. 7)*; neu subeant *a flendi uerbo pendet: cf. enim 2,7,2sq.* flemus uterque diu / ni (= ne) nos diuideret **9** dominisque *Lachmann* : metuisque *L. Müller*; *sed de* flere neu *cf. app. ad u. 8; de iterata uoce* domibus *cf. Tib. 2, 5,99sq.* et festas exstruet alte / caespitibus mensas caespitibusque torum ruinam F L Vo V[2] (*corr.* L[2] Vo[2]); *cf. Catull. 23,8sq.* nihil timetis / non incendia, non graues ruinas **10** ne V[2] **12** neque . . . nec F Δ (*corr.* V[2]) : nec hic . . . nec P

iam licet et Stygia sedeat sub harundine remex,
  cernat et infernae tristia uela ratis:
si modo clamantis reuocauerit aura puellae, 15
  concessum nulla lege redibit iter.

28

Iuppiter, affectae tandem miserere puellae:
  tam formosa tuum mortua crimen erit.
uenit enim tempus, quo torridus aestuat aer,
  incipit et sicco feruere terra Cane.
sed non tam ardoris culpa est neque crimina caeli, 5
  quam totiens sanctos non habuisse deos.
hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas:
  quidquid iurarunt, uentus et unda rapit.
num sibi collatam doluit Venus? illa peraeque
  prae se formosis inuidiosa dea est. 10

13 nam *R. Reitzenstein* **14** cernat] seruat D V (*corr.* D^2 V^2) : seruet *Burman* : soluat *Broukhusius* (*prob. Housman Class. Pap. 286, coll. 4,11,69sq.*); *cf. tamen Camps II 185*

28 *in tres elegias* (1-34; 35-46; 47-62) *diuisit Hertzberg, in quattuor* (1-34; 35-46; 47-58; 59-62) *Jacob* : *trium carminum cyclum esse censet Knoche Misc. Prop. 70; cf. etiam Barwick WJA 2 (1947) 8sq.* : *de uno carmine agi, in quo primum Iuppiter deinde Persephone rogantur ut Cynthiam in uita retineant, dilucide ostendit Cairns Gen. Comp. 153-157, coll. Ps. Tib. 3,10 (= 4,4), Ouid. am. 2,13. Cf. etiam Williams Trad. and Orig. 479, Hubbard Prop. 41sqq., Yardley ClQ 71 (1977) 394sq.* **2** iam N erit? *dist.* N F^2 **8** iurarem N : iuratur V^2 **9** non N : nun V : nunc Vo; *sed cf. 1,2,79* num Veneris magnae uiolaui numina uerbo? *et Sh. Bailey ClQ 47 (1953) 120sqq.* ipsa ς; *sed cf. Housman Class. Pap. 254* paremque F : pareque Δ (*corr.* V^2); peraeque *def. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 117* **10** per se ς : semper *Markland*; prae se *cum* formosis *coniungendum*

an contempta tibi Iunonis templa Pelasgae?
  Palladis aut oculos ausa negare bonos?
semper, formosae, non nostis parcere uerbis.
  hoc tibi lingua nocens, hoc tibi forma dedit.
sed tibi uexatae per multa pericula uitae 15
  extremo ueni⟨e⟩t mollior hora die.
Io uersa caput primos mugiuerat annos:
  nunc dea, quae Nili flumina uacca bibit.
Ino etiam prima terris aetate uagata est:
  hanc miser implorat nauita Leucothoen. 20
Andromede monstris fuerat deuota marinis:
  haec eadem Persei nobilis uxor erat.
Callisto Arcadios errauerat ursa per agros:
  haec nocturna suo sidere uela regit.
quod si forte tibi properarint fata quietem, 25
  illa sepulturae fata beata tuae,

11 membra *Waardenburgh* : menda *Richmond* : planta *Alton* : *alii alia*; *sed nihil mutandum: cf. Schol. Hom. Od. 15,225 et Postgate ClR 14 (1900) 449sq., Sh. Bailey 118sq.* **15** uexata ... uita ς; *cf. Camps II 188* **16** uenit ω : ueniat ς, *corr.* V[2] aura *codd. Passeratii* (*fort. recte: cf. Ouid. fast. 2,148, trist. 4,5,19, Anth. Lat. 452,5 R., Drac. laud. dei 1,194. 588; cf. tamen Enk II 2,354*); *tradita tuentur Ouid. epist. 3,44* nec uenit inceptis mollior hora malis, *Pont. 3,3,84* et ueniet uotis mollior hora tuis **19** terras ς : in terris *Barber dub.* **21-22** *del. Heimreich, prob. Knoche Misc. Prop. 62sq.*; *fort. recte: hic enim poetam narrare Andromedam post mortem inter astra collocatam esse exspectamus; tradita def. Enk II 2,355* **21** deuota] monstrata F L P Δ (*corr.* F[4] P[corr] V[2]), *haud dubie ex* monstris *corruptum*; *cf. Enk Comm. crit. 166, Housman Class. Pap. 279* **22** erit ς : abit *Kuinoel*; *sed cf. Ouid. am. 3,4,21sq.* in thalamum Danaë ferro saxoque perennem / quae fuerat uirgo tradita, mater erat **24** sidera F **26** ipsa (ς) sepultura facta (ς) beata tua *Markland*; *sed de genetiuo explicatiuo cf. 1,19,17* longae ... fata senectae, *2,13,47* longaeuae ... fata senectae, *Tib. 1,4,31* infirmae ... fata senectae *et uide Sh. Bailey 121, Camps II 189*

narrabis Semelae, quo sis formosa periclo,
 credet et illa, suo docta puella malo;
et tibi Maeonias omnis heroidas inter
 primus erit nulla non tribuente locus. 30
nunc, utcumque potes, fato gere saucia morem:
 et deus et durus uertitur ipse dies.
hoc tibi uel poterit coniunx ignoscere Iuno:
 frangitur et Iuno, si qua puella perit.
deficiunt magico torti sub carmine rhombi 35
 et iacet exstincto laurus adusta foco
et iam Luna negat totiens descendere caelo
 nigraque funestum concinit omen auis.

27 sit N Δ F[4] : fit F L P, *corr.* ς; *Cynthia enim in campis Elyseis suos amores casusque Semelae narrabit* **28** ipsa *Santen* **29** inter heroidas omnis N F L P; *quod fortasse defendi potest: de syllaba producta cf. enim 1,10,23; 2,8,8; 4,1,17, ubi tamen de syllaba ante caesuram semper agitur; familiae* Δ *ordo uerborum ab Ouid. trist. 1,6,33* prima locum sanctas heroidas inter haberes *defenditur* **31-32** *del. Knoche, falsis argumentis nisus: cf. enim Enk II 2,358* **32** dirus *Fontein* **33-34** *post u.* 2 *transt. Passerat,* **33-38** *Housman,* **33-46** *Baehrens*; *omnes fere editores Passeratium secuti sunt. Sed nuperrime uir doctus F. Cairns ostendit (Gen. Comp. 153) traditum uersuum ordinem non esse mutandum: si quis enim Propertium primum Cynthiam (uu. 31-32), deinde Iouem ex abrupto alloqui (uu. 33-34) miretur, is sciat hoc esse cum Vmbri poetae stylo maxime consentaneum (cf. in eadem elegia uu. 11-12 et uu. 13-14); praeterea u. 32 Iouis mentionem iam fecerat* (deus et durus ... dies, *ubi priscus ille Diespiter designatur per doctam etymologiam)* **33** poterat F L Δ; *cf. Tib. 3,8 (= 4,2), 3* hoc Venus ignoscet **35** *nouam elegiam incipit* N sub imagine (ym-) F L P Vo (*corr.* Vo[2]) bombi N : nimbi F : rombi L P F[2] : rumbi Δ, *corr.* V[2]; *cf. Rose, Vt pictura poesis, Lugduni Bat. 1955, 67sqq.* **36** tacet *Canter* **38** condidit ω, *corr.* V[2]; *cf. Ouid. am. 3,12,1sq.* quis fuit ille dies, quo tristia semper amanti / omina non albae concinuistis aues

una ratis fati nostros portabit amores
  caerula ad infernos uelificata lacus. 40
si non unius, quaeso, miserere duorum!
  uiuam, si uiuet; si cadet illa, cadam.
pro quibus optatis sacro me carmine damno:
  scribam ego 'Per magnum est salua puella Iouem';
ante tuosque pedes illa ipsa operata sedebit, 45
  narrabitque sedens longa pericla sua.
haec tua, Persephone, maneat clementia, nec tu,
  Persephonae coniunx, saeuior esse uelis.
sunt apud infernos tot milia formosarum:
  pulchra sit in superis, si licet, una locis! 50
uobiscum Antiope, uobiscum candida Tyro,
  uobiscum Europe nec proba Pasiphae
et quot Troia tulit uetus et quot Achaia formas
  et Thebae et Priami diruta regna senis:
et quaecumque erat in numero Romana puella, 55
  occidit: has omnis ignis auarus habet.

39-40 *post u.* 42 *transt. Otto, prob. Enk Comm. crit. 167sq.* **40** garrula F L P; *cf. Verg. Aen. 6,410* (Charon) caeruleam aduertit puppim **41** set N, *unde uu. 41-42 post u.* 40 *transt. Otto* **45** operta N F L Δ : adoperta V²; *cf. K.-St. I 311* **47** *nouam elegiam incipit Lachmann* haec] nec F Δ moueat D V (*corr.* V²) : mouet Vo **50** scilicet L P D F³ V² : scl'et F **51** Antiope] est iope ω (*def. Knoche Misc. Prop. 55sq.*) : est Niobe *Itali* : Hermione *Heinsius, corr.* ς (*qui et* est iole *coni.*); *cf. 1,4,5-7, ubi sermo est de Antiopa inter heroinas, et Hom. Od. 11,226sqq., ubi Antiope et Tyro simul nominantur* **53** Troia] Creta *Rossberg*; *cf. tamen Tyrrell Hermath. 3 (1875) 120* **54** et Thebae] et ph(o)ebi ω (*def. Rothstein I 393; sed cf. Leo Kl. Schr. II 191*) : et Phthii *Bury* : Atridae et *Leo* : *alii alia*; *corr. Scaliger*; *sic enim duae urbes in pentametro apte respondent duabus regionibus in hexametro*

nec forma aeternum aut cuiquam est fortuna perennis:
longius aut propius mors sua quemque manet.
tu quoniam es, mea lux, magno dimissa periclo,
munera Dianae debita redde choros, 60
redde etiam excubias diuae nunc, ante iuuencae;
uotiuas noctes et mihi solue decem!

29

Hesterna, mea lux, cum potus nocte uagarer,
nec me seruorum duceret ulla manus,
obuia nescio quot pueri mihi turba minuta
uenerat (hos uetuit me numerare timor);
quorum alii faculas, alii retinere sagittas, 5
pars etiam uisa est uincla parare mihi.

57-58 *del. Fontein, prob. Knoche Misc. Prop. 58sq.; cf. tamen Enk II 2, 365sq.* **58** proprius N F (*corr.* F²) Vo sors *Markland* **59** *nouam elegiam incipit Jacob* demissa ω, *corr.* ς **60** tholo *uel* choro ς **61** iuuent(a)e F Δ (*corr.* V²) **62** *post* uotiuas *dist.* F², *probb. Postgate et Housman Class. Pap. 34*; *sed cf. Tib. 1,3,29sq.* ut mea uotiuas persoluens Delia uoces / ante sacras lino tecta fores sedeat ei mihi *Damsté, prob. Camps II 196*; *sed nihil mutandum: cf. enim Rothstein I 491, Enk II 2,367, Cairns Gen. Comp. 156*

29 ad cinthiam casum habitum. demum illam monet P : ad cynthiam L² : *priori coniung.* F (*dist. man. rec. in mg.*) Δ **1** extrema *Heinsius* modo lux F (*corr.* F²) L P (*corr. ead. man.*) Δ (*corr.* V²); *cf. 2,14,29, Tränkle 160* **3** minuti *Heinsius* (*prob. Phillimore ClR 28 [1914] 10*); *sed cf. Verg. georg. 1,414* progeniem paruam (= pullos) *aliaque exempla ap. Sh. Bailey 121, H.-Sz. 429, K.-St. I 42, ThLL VIII 1041,49sqq.* **4** hoc N F L P (*corr.* F³ P²) **5** retinere] intendere *Leo* : strinxere *Hosius dub.*; *quod adtinet ad* retinere = tenere *cf. e. g. Cic. Verr. 2,4,74* sinistra manu retinebat arcum, *Catull. 64,8* diua . . . retinens in summis urbibus arces

sed nudi fuerant. quorum lasciuior unus,
'Arripite hunc,' inquit, 'iam bene nostis eum.
hic erat, hunc mulier nobis irata locauit.'
dixit, et in collo iam mihi nodus erat. 10
hic alter iubet in medium propellere, at alter,
'Intereat, qui nos non putat esse deos!
haec te non meritum totas exspectat in horas:
at tu nescio quas quaeris, inepte, foris.
quae cum Sidoniae nocturna ligamina mitrae 15
soluerit atque oculos mouerit illa grauis,
afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
sed quos ipse suis fecit Amor manibus.
parcite iam, fratres, iam certos spondet amores;
et iam ad mandatam uenimus ecce domum.' 20
atque ita mi iniecto dixerunt rursus amictu:
'I nunc et noctes disce manere domi.'
mane erat, et uolui, si sola quiesceret illa,
uisere: at in lecto Cynthia sola fuit.

7 nec nudi *Baehrens*; sed *tuetur Cairns ClQ 65 (1971) 456* fuerunt *Heinsius*; *sed de ppf. pro perf. agitur, ut saepe ap. Prop.* **8** nam F L P Δ **10** *post hunc uersum distichon excidisse putat Butler*; *cf. tamen Knoche Gn 12 (1936) 270* dixerat in Δ (*corr.* V[2]); *cf. u. 39; 4,4,67. 91* nudus L P **11** at] et F Δ **13** hoc D Vo V[2] **14** fores ω, *corr. Dousa pat.* (*prob. Luck 398*); foris *enim uoci* domi (*u. 22*) *opponitur* **18** pressit *Jortin* : legit *Wassenbergh* **21** me ω, *corr. Canter* in lecto ω, *corr.* ς; *cf. app. ad 1,13,16; 2,9,2* duxerunt N L P Δ F[4] (*ex* dixerunt) : laxarunt *Leo*; duxerunt *prob. Schuster PhW 53 (1933) 668sq.; cf. tamen Enk II 2,376, Camps II 196, Cairns ClQ 65 (1971) 458* me in tectum duxerunt rursus amicae *Fischer* : me in lectum duxerunt rursus amicum *Birt* : me iniecto duxere introrsus amictu *Phillimore* **23** *nouam eleg. inc.* ς; *cf. contra White ClPh 59 (1961) 222-225. Contra huius carminis cohaerentiam nonnulli uiri docti contendunt nullo modo intellegi posse cur in u. 1* hesterna nocte, *contra in u. 23* mane erat *et in u. 42* ex illo *legatur: quae igitur in uu. 23-42 narrantur, compluribus diebus ante gesta uidentur (cf. quae fuse disputauerunt Rothstein I 491sq., Leo Kl. Schr. II 203. 208, Enk II 2,368sq.; quod adtinet*

obstipui: non illa mihi formosior umquam 25
  uisa, neque ostrina cum fuit in tunica,
ibat et hinc castae narratum somnia Vestae,
  neu sibi neue mihi quae nocitura forent:
talis uisa mihi somno dimissa recenti.
  heu quantum per se candida forma ualet! 30
'Quid tu matutinus,' ait, 'speculator amicae?
  me similem uestris moribus esse putas?
non ego tam facilis: sat erit mihi cognitus unus,
  uel tu uel si quis uerior esse potest.
apparent non ulla toro uestigia presso, 35
  signa uolutantis nec iacuisse duos.
aspice ut in toto nullus mihi corpore surgat
  spiritus admisso notus adulterio.'

ad 2,29,1-22 cf. Cairns ClQ 65 [1971] 455-460); quae argumenta iure refellit Cairns Em 45 (1977) 337-344 **24** aut L : et ς; *sed cf. u. 11*

25 mihi est P **27** et] ut *Lachmann* : uti *Barber* (*qui* hinc *del.*) huic L P Vo : in ς (*cf. etiam Housman Class. Pap. 34*); *cf. Plaut. Mil. 1378* ibo hinc intro nunc iam ad amores meos *et Camps II 197* narrabat F L P : narrabant V^2 **28** neu] non Δ (*corr.* V^2) **29** demissa ω, *corr.* ς **30** heu] o *Schrader* : en *L. Müller*; *sed, ut recte monet Enk II 2,378, interiectio* heu *ostendit poetam dolere, cum tam candidae formae resistere non possit* **31** quod N F L P V^2 : quo ς; *sed* agis *simul audiendum: cf. Hor. epist. 1,1,91* quid pauper (*sc.* agis), *Hofmann Umg. 169sqq., Tränkle 170* matutinis L P D Vo **35** pressa F; *cf. Ouid. am. 3,14,32* cur pressus prior est interiorque torus? **36** uoluntatis N F : uoluptatis Δ : uoluntantis F^3; *sed* uolutantis, *obscene dictum, recte tuentur Housman Class. Pap. 335, Sh. Bailey 123sq.* non iacuisse Δ (*corr.* V^2) : hic iacuisse *Jacobs* : coniacuisse *Baehrens* : concaluisse *Housman*; *simul audi tamen* apparent (*i. e.* nec signa apparent duos uolutantis iacuisse) **38** natus *Dousa pat.* : motus *Marcilius* (*fort. recte*); notus *defenditur a Sullivan ClQ 55 (1961) 1sq., cuius sententia* spiritus *idem atque* corporis odor *ualet: sed eius exempla, ab Enk II 2,379 probata, minimi sunt momenti (apud Mart. 4,4,4 et 6,93,3*

dixit, et opposita propellens sauia dextra
  prosilit in laxa nixa pedem solea. 40
sic ego tam sancti custos excludor amoris:
  ex illo felix non mihi nulla fuit.

30

Quo fugis, a demens? nulla est fuga: tu licet usque
  ad Tanain fugias, usque sequetur Amor.
non si Pegaseo uecteris in aere dorso,
  nec tibi si Persei mouerit ala pedes,

de hirco agitur cum capella cubante, neque uox spiritus *apparet); de anhelitu post coitum melius cogitant nonnulli: cf. Sh. Bailey 124, qui* notus = bene cognitus *interpretatur, cum contra absurdum sit* notus *i. q.* quem omnes nouerunt *intellegere*
39 suauia Δ; *de uoce* sauium *ap. poetas cf. Haupt Opusc. II 106-110, Axelson Unpoet. Wört. 35* dextra] nostra N F L P D Vo : *om.* V (ueste *add.* V²), *corr.* ς **40** in saxa ω, *corr.* F³ P² V²; *cf. Catull. 68,71sq.* trito fulgentem in limine plantam / innixa arguta constituit solea, *Ouid. ars 1,516* nec uagus in laxa pes tibi pelle natet **41** custode N L P (*quo probato* custode eludor *coni. Palmer* : custode retrudor *Postgate*; *cf. etiam H.-Sz. 122*) : custudis F reludor N : rector F L P : recludor Δ : secludor *Passerat* : eludor *Burman* : deludor *Housman, corr. Broukhusius, prob. Cairns Em 45 (1977) 349*
42 non] nox ς; *deteriorum lectio a plerisque editoribus probatur; tradita iure def. Cairns Em 45 (1977) 339sq., qui de duplici particula negatiua, per emphasim ad negandum usurpata, 2,19,32* absenti nemo non nocuisse uelit *confert*

30 ad cynthiam V² : *priori coniung.* F L P Δ (*dist.* F^rec L^rec)
1-12 *Cynthiae loquenti trib. Jacob, Propertio secum loquenti Plessis; Propertium Cynthiae loqui, cum poetae domina senum seueriorum rumoribus magnum pondus tribuerit amorisque finem facere meditata sit, censet Cairns ClQ 65 (1971) 204; ergo uu. 13-40 non sunt separandi* **2** Tanain] tantam F L Δ (*corr.* V²) **3** necteris F (*corr.* F³) L P

uel si te sectae rapiant talaribus aurae, 5
  nil tibi Mercurii proderit alta uia.
instat semper Amor supra caput, instat amanti
  et grauis ipse super libera colla sedet.
excubat ille acer custos et tollere numquam
  te patietur humo lumina capta semel. 10
et iam si pecces, deus exorabilis ille est,
  si modo praesentis uiderit esse preces.
ista senes licet accusent conuiuia duri:
  nos modo propositum, uita, teramus iter.
illorum antiquis onerantur legibus aures: 15
  hic locus est in quo, tibia docta, sones,
quae non iure uado Maeandri iacta natasti,
  turpia cum faceret Palladis ora tumor.

7 amor semper P **8** ipsa *Beroaldus*; *sed de* ipse = is *uel* iste *cf. H.-Sz. 190; uide etiam Helm PhW 54 (1934) 789, Neumann 42* sedet ... super P **10** *post hunc uersum duos uel quattuor uersus excidisse putat Sh. Bailey; sed omnia bene procedunt, si particulae* et (*u. 11*) *aduersatiuam uim tribuimus* **11** et] sed *Burman* : at *Voss* (*prob. Camps II 200*); et (*i. q.* et tamen) *def. Enk II 2,386, coll. Cic. Tusc. 1,6, de orat. 3,86, Iuuen. 1,74, Sen. Med. 135; quibus exemplis adde Plaut. Bacch. 1196, Cic. top. 30, Ouid. trist. 5,12,63; cf. etiam H.-Sz. 481 plurimaque exempla particulae* et *cum ui aduersatiua ap. ThLL V 2,893,4sqq.* **12** esse] ille D Vo V^{2} (*haud dubie e u. 11*) *post u.* 12 *nou. eleg. inc. Heimreich, prob. Enk RCCM 2 (1960) 126–129* : *lac. stat. E. Baehrens; cf. etiam Leo Kl. Schr. II 204, Ites 48. Non contigit uiro docto W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 274 uu. 1–12 et 13–40 unitatem defendere; nullam esse lacunam statuendam unumque carmen uu. 1–40 efficere ostendit Cairns ClQ 65 (1971) 204sqq.; uide app. ad uu. 1–12* **15** onerentur Vo P^{2} : ornentur V^{2}; onerentur *probb. Camps II 200, Giardina 179; cf. tamen Cairns ClQ 65 (1971) 210sq.* **16** senes F L P (*corr.* F^{4} P^{2}) : sonet Δ **17** menandri N F L P D V (*corr.* N^{2} F^{2}) **18** pallidus F L P (*corr. ead. man.*) Δ timor Δ (*corr.* V^{2}); *cf. Ouid. fast. 6,700, Hyg. fab. 165,2*

non tamen immerito! Phrygias nunc ire per undas
  et petere Hyrcani litora nota maris, 20
spargere et alterna communis caede Penatis
  et ferre ad patrios praemia dira Lares!

19-22 *hic alienos esse censent multi, praeeunte Weber* : **19-20** *ante u.* 1 *et* **21-22** *post* 1,22,8 *transt. Housman* : **19-22** *ante u.* 1 *transt. Carutti, post 2,27,8 Barber*; *ordinem traditum def. R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 213sqq., cuius sententia uu. 19-22 militibus pro patria pugnantibus imbellem opponunt poetam eumque defendunt quod belli ciuilis caedibus non interfuerit. Propertium hic ironice loqui unus Alfonsi putat (AIV 103 [1944] 452sq.; cf. contra Enk II 2,381). Omnia recte quadrant si cum Cairns ClQ 65 (1971) 204-213 admittimus hic recusationem epicae poesis a Propertio enuntiari: quod adtinet ad infin. exclam.* ire (*u. 19*), me *simul audiendum est; in uu. 19-20 Propertius Argonautica, in uu. 21-22 Thebana illa scribere recusat. Quam interpretationem uu. 25-30, ubi de Propertio Helicona uisente sermo est, apte confirmant* **19** non] nunc F L P Δ N^{rec} (*cf. Birt XXXVII*) : num *Scaliger* : nec *Luck* tamen immerito] tu dura paras L P D V F^{3} : iam dura paras V Vo : dura paras F : tu dure paras ς; tu dura paras *deff. Housman Class. Pap. 271, Nilsson Er 45 (1947) 51; cf. tamen 3,19,27, Tränkle 152; uide etiam R. Reitzenstein Herm. 31 (1896) 214 adn. 2, Knoche Gn 12 (1936) 264 adn. 8*; non ... immerito *idem ualere ac* nec mirum *ostendit Cairns ClQ 65 (1971) 208-210, coll. 2,6,35; 3,19,27; Val. Max. 4,7,1; Plin. nat. 35,22* nunc tamen (inmerito!) *Brandt* : num tamen ingredior *Leo*; *sed cf. Housman Class. Pap. 271; de infinitiuo indignantis cf. Tränkle 152* nunc ire] mene ire *Barber* **20** nuda *Lachmann* (*cf. Stat. silu. 3,1,3* nec litora pauper / nuda tenes) : muta *Postgate* : nolo *Camps*; nota *def. Nilsson Er 45 (1947) 44, cuius sententia hic Propertius de militibus Romanis cogitat apud Carrhas uictis, qui Romani nominis obliuisci potuerunt (cf. etiam Hor. carm. 3,5,5sqq.). Quod nullo modo mihi persuasit; cf. contra Cairns ClQ 65 (1971) 207, qui uu. 19-20 ad Argonautarum expeditionem referens iure censet* litora *esse* nota *propter nauis Argus celeberrimam famam (cf. Hom. Od. 12,70* Ἀργὼ πασιμέλουσα *)* **21** spargere et] spar-

una contentum pudeat me uiuere amica?
  hoc si crimen erit, crimen Amoris erit:
mi nemo obiciat! libeat tibi, Cynthia, mecum 25
  rorida muscosis antra tenere iugis.
illic aspicies scopulis haerere Sorores
  et canere antiqui dulcia furta Iouis,
ut Semela est combustus, ut est deperditus Io,
  denique ut ad Troiae tecta uolarit auis. 30
quod si nemo exstat qui uicerit Alitis arma,
  communis culpae cur reus unus agor?
nec tu Virginibus reuerentia moueris ora:
  hic quoque non nescit, quid sit amare, chorus;
si tamen Oeagri quaedam compressa figura 35
  Bistoniis olim rupibus accubuit.
hic ubi te prima statuent in parte choreae
  et medius docta cuspide Bacchus erit,

gereque F L P D V; *def. Housman Class. Pap. 269, coll. 3,21,13* iungiteque extremo, *Tib. 1,3,34* reddereque antiquo; *cf. fortasse K. F. Smith ad Tib. 1,3,34, cuius sententia infinitiuus dactylicus* + que *elysionem perraro admittit (numquam apud Propertium)* **22** proelia ς digna Vo V² **23** *nouam elegiam incipit Lachmann* **25** liceat modo ... tecum V²; *cf. Verg. buc. 2,28sq.* o tantum libeat mecum tibi sordida rura / atque humilis habitare casas **26** detenere N (*corr. ead. man.: cf. Birt XXVII*) : tedere L P (*corr. ead. man.*) **29** et semel F : ut semel L F³ : ut semele P D V; *abl.* Semela *uim instrumentalem habet* **30** uolari N (*corr.* N²) : uolaret F P D V (*corr.* P² V²) : uolares L **31-36** *pro parenthesi habet Gwynn Hermath. 28 (1902) 101* **33** nec te uirginei reuerentia mouerit oris ς; *intellege tamen* moueris ad pudorem *uel* ad ruborem **35** set N figurae *Housman* **36** ingemuit D (*corr.* D²) V²; *cf. 3,15,12, Lucan. 1,389sq.* **37** te] me ω (*quod perperam def. Salvatore Latin. 4 [1956] 185*), *corr. Guyet*; *cf. enim u. 40, Rothstein I 409, Kambylis 169 adn. 128* **38** docta] tecta *Scaliger* eris *Rossberg*; *sed cf. Maass Herm. 31 (1896) 386 adn. 1, qui totum locum recte interpretatur*

tum capiti sacros patiar pendere corymbos:
nam sine te nostrum non ualet ingenium.

31

Quaeris, cur ueniam tibi tardior? aurea Phoebi
porticus a magno Caesare aperta fuit.
tanta erat in speciem Poenis digesta columnis,
inter quas Danai femina turba senis.
† hic equidem Phoebo † uisus mihi pulchrior ipso 5
marmoreus tacita carmen hiare lyra;
atque aram circum steterant armenta Myronis,
quattuor artifices, uiuida signa, boues.

39 capiti] campi F (*corr.* F[4]) L P

31 *priori elegiae coniungunt* F L P D V (*separ.* L[2]V[2]) **1** tardior? *sic dist.* N **2** a *ex* ei N (*cf. Birt XXXII*) **3** tota ς : tantam *edd. Aldinae*; tanta *def. Enk II 2,397, qui totum locum sic interpretatur: "tanta erat, si quis eam adspiciebat", coll. Apul. met. 10,31* ipse autem color deae diuersus in speciem in spatium *Heinsius* (*fort. recte: cf. enim Ouid. met. 2,197; 7,782; Sil. 13,562; Sh. Bailey 125; tradita tuetur Cic. Verr. 2,5,86* praeclara classis in speciem) penis N P V[2] : pennis V : *om.* F (*add.* F[3]) L D columbis N F L P D V (*corr.* F[4] V[3]); *cf. Hor. carm. 2,18,4* columnas ultima recisas / Africa **4** quas . . . senis] aquas . . . nurus V[2] **5-6** *post u.* 16 *transt. Dousa fil.; cf. tamen Enk II 2, 396* **5** hic equidem (eadem D V, *corr.* V[2]) phoebo ω (*def. Rothstein I 411*) : hic equidem phoebus ς (*fort. recte: cf. Enk II 2,398*) : hic Phoebus Phoebo *Hoeufft* equidem] quidam *Markland* : fidicen *Huschke* **6** hiare] habere D V[2] **7** steterunt F (*prob. Housman Class. Pap. 298*) : steteruntque F[3] : steterantque F[4]; *de ppf. pro perf. agitur* **8** artificis ω, *corr. Broukhusius*; *cf. Val. Fl. 4,645* da, precor, artificis blanda adspiramina formae, *Pers. 5,40* artificemque tuo ducit sub pollice uultum, *Iuuen. 10,238* tantum artificis ualet halitus oris *et uide Enk II 2,399, Tränkle 77*

tum medium claro surgebat marmore templum,
et patria Phoebo carius Ortygia: 10
in quo Solis erat supra fastigia currus
et ualuae, Libyci nobile dentis opus;
altera deiectos Parnasi uertice Gallos,
altera maerebat funera Tantalidos.
deinde inter matrem deus ipse interque sororem 15
Pythius in longa carmina ueste sonat.

32

Qui uidet, is peccat: qui te non uiderit, ergo
non cupiet: facti lumina crimen habent.
nam quid Praenesti dubias, o Cynthia, sortis,
quid petis Aeaei moenia Telegoni?
cur ita te Herculeum deportant esseda Tibur? 5
Appia cur totiens te uia Lanuuium?

9 dum D V (*corr.* V²); *cf. Verg. Aen. 6,20; 8,660; Norden Aen. 122* clario ς : Pario *Passerat* **10** clarior F L P D V (*corr.* P² V²) **11** in quo] et quo N F L P D V : et auro quo Vo, *corr.* ς; (in quo, *sc.* in templo) et duo . . . erant *Hertzberg*; *sed cf. Enk Comm. crit. 180sq.*

32 *priori elegiae coniung.* ω, *separ. Itali* **1** *ante hunc uersum uu.* 7–8 *transt. Housman, uu.* 7–10 (*cum 2,31 coniunctos*) *Hetzel, uu.* 3–10 *Camps* non te F D V **2** crimina lumen ω (*def. Rothstein I 415; cf. contra Leo Kl. Schr. II 190*), *corr. cod. Marc. Lat. XII 82 (= 4208)*; *cf. Iuuen. 13,209sq.* nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum / facti crimen habet, *Ouid. am. 2,5,6* nec data furtiue munera crimen habent, *ars 1,586* tuta frequensque licet sit uia, crimen habet *aliaque exempla ab Enk II 2,404 allata* **3** qui F praenestis Vo (*fort. recte; nam locatiui forma semper* Praeneste *est; cf. e. g. Hor. epist. 1,2,2* Praeneste relegi) **4** lethogoni N F Δ : lothogoni L : telagoni P, *corr.* V³ **5** cur ita te] curua te N : cur uatem F L P Δ : cur autem ς : cur tua te *Baehrens* (*sed cf. Housman Class. Pap. 246*) : curnam te *Housman* : cur nocte *Postgate, corr. Richmond* deportantes sed abitur N **6** Lanuuium] dicit anum

hoc utinam spatiere loco, quodcumque uacabis,
  Cynthia! sed tibi me credere turba uetat,
cum uidet accensis deuotam currere taedis
  in nemus et Triuiae lumina ferre deae. 10
scilicet umbrosis sordet Pompeia columnis
  porticus, aulaeis nobilis Attalicis,
et platanis creber pariter surgentibus ordo,
  flumina sopito quaeque Marone cadunt,
et leuiter nymphis toto crepitantibus orbe 15
  cum subito Triton ore recondit aquam.
falleris, ista tui furtum uia monstrat amoris:
  non urbem, demens, lumina nostra fugis!
nil agis, insidias in me componis inanis,
  tendis iners docto retia nota mihi. 20

N F[4] : ducit anum F L P D V : ducit anus Vo V[2] (*fort. recte*), *corr. Jortin, probb. Housman Class. Pap. 246, Enk II 2,406*; ducit anus *def. Sh. Bailey 126, coll. Mart. 1,49,5* senemque Laium niuibus, *Stat. silu. 3,1,92* iuuenem Parthenopen, *Ps. Verg. Ciris 41* senibus saeclis; *cf. etiam Tränkle 78. Sed non sine causa Hartman Mn 49 (1921) 315 adfirmat nexum* uia aliquem ducit *nullum sensum praebere nisi quo ducat addatur: cf. enim exempla ab Enk II 2,406 allata (Lucr. 2,258; Verg. buc. 9,1; Aen. 1,401; Hor. epist. 1,18,20*)

7-10 *post u.* 16 *transt. Enk* **8** sed] nam ς; *sed, ut censet Sh. Bailey 126,* hoc spatiere loco *et* currere in nemus *opponuntur* tibi me] time. N : timeo F L P (*corr. ead. man.*) uocat N **9** cur ς **13** creber platanis pariter F (pariterque F[2]) L P (*prob. Foster TAPhA 40 [1909] 39*) : cr(a)eber pariter platanis Δ : crebris pariter platanis *Baehrens* (*prob. Housman Class. Pap. 322*) urgentibus N F L P D V : uergentibus *Palmer* **15** lymphis ς; *sed de* nympha = aqua *cf. 3,16,4; 3,22,26; Stat. silu. 1,3,37 et uide Rothstein I 496, Camps II 211* tota ... urbe ω, *corr. Heinsius*; *recte: nam absurdum est Propertium hic de tota urbe cogitare, cum contra certum locum describat* **16** quam ... aqua *Housman* : qua ... aquam *Butler* recludit ς : refundit *Heinsius* **20** tota F

sed de me minus est: famae iactura pudicae
  tanta tibi miserae, quanta meretur, erit.
nuper enim de te nostras † me laedit † ad auris
  rumor, et in tota non bonus urbe fuit.
sed tu non debes inimicae c[r]edere linguae: 25
  semper formosis fabula poena fuit.
non tua deprenso damnata est fama ueneno:
  testis eris puras, Phoebe, uidere manus.
sin autem longo nox una aut altera lusu
  consumpta est, non me crimina parua mouent. 30
Tyndaris externo patriam mutauit amore
  et sine decreto uiua reducta domum est.

21 minus est: famae *sic dist. Broukhusius* **22** mereris F L P Δ; *cf. Rothstein I 420* eris F (*corr.* F[4]) **23** nostra N L P (*corr. ead. man.*) D V me l(a)edit N F L P Vo V[2] (παρενθετικῶς *Rothstein I 420; sed uide Leo Kl. Schr. II 194*) : me laedet D V : peruenit ς (*fortasse ex Ouidio interpol.: cf. enim fast. 3,661sq.* nostras peruenit ad aures / fama; *sim. met. 5,256; 7,694; 8,134; 9,8; 10,383; ars 2,449; Pont. 1,9,5; 2,5,33; 2,9,3*) : accedit *Risberg* : descendit *Lechner* : te laedit (*uel* ascendit *uel* incedit) *Barber* : manauit *Giardina* : *alii alia* aure F (*corr.* F[2]) **25-26** *om., deinde in mg. suppl.* P : **25-26, 31-60** *Cynthiae tribuit Postgate*, **25-30** *Barber, qui distichon post u.* 30 *excidisse putat* **25** te *Scaliger* credere ω, *corr. Wakker*; *si* credere *accipimus, pronomen* tu *Propertium designat; quod parum probabile mihi uidetur, cum* te (*u. 23*) *et* tua (*u. 27*) *ad Cynthiam pertineant; si contra pronomen* tu *ad poetae dominam referimus, uersus absurdus est, cum Cynthia bene sciat utrum rumor uerus sit necne. Cum de 'logica anomalia' cum Sh. Bailey 127 et Enk II 2,411 cogitare nequeam, coniecturam accipere malo; cf. etiam Camps II 212* **26** fuit] tuis N **27** mea *Weidgen* **28** pura N (*corr.* N[2]) **29** aut] uel L luxu Δ; *sed cf. 1,10,9, Ouid. am. 1,8,43, Housman Class. Pap. 299* **30** num te *Barber* scrinia N (*corr.* N[2]) : carmina F **31** motauit N **32** sine dedecore est . . . domum *Santen*; *sed cf. Korsch ALL 2 (1885) 120, Tränkle 118*

ipsa Venus fertur corrupta libidine Martis,
nec minus in caelo semper honesta fuit,
quamuis Ida † parim † pastorem dicat amasse 35
atque inter pecudes accubuisse deam;
hoc et Hamadryadum spectauit turba sororum
Silenique senes et pater ipse chori,
cum quibus Idaeo legisti poma sub antro,
supposita excipiens, Nai, caduca manu. 40
an quisquam in tanto stuprorum examine quaerit:
'Cur haec tam diues? quis dedit? unde dedit?'

33 fertur] quamuis F L P Δ (*fortasse e u. 35*), *probb. Haupt Opusc. II 60, Vahlen Ges. Phil. Schr. II 130, Housman Class. Pap. 270; sed cf. e. g. Catull. 64,19* incensus fertur, *Plin. nat. 4,120* orti . . . ferebantur, *Tac. Agr. 29,4* locutus fertur; *uide alia exempla ap. Enk II 2,414* correpta *Fontein* (*fort. recte: cf. enim 1,3,13; 3,24,13; uide tamen u. 58; 2,19,9 aliaque exempla ap. ThLL IV 1056,35sqq.*) Martis] uixit L P **34** nec] non ς **35** parim ω : palam *Haupt* : Phrygem *Schrader* (*prob. Rothstein I 497sq.*) : parens *Unger* : etiam *Enk* : *alii alia*; *tradita deff. Maass Herm. 31 (1896) 429, Alfonsi Hum. 2 (1949) 175–178, sed uide Enk II 2,414: cum nusquam alibi de Paride a Venere amato mentio fiat, aut Propertius nouae fabulae auctor est (quod re uera non est absurdum) aut aliqua latet corruptela* **37** hoc] non F (*corr.* F[4]) L P : uos *Housman* etiam hamadryadum N F L P : etiam Adryadum *Camps dub.* (*fort. recte; cf. enim 1,20,12; uide tamen Postgate AJPh 18 [1897] 75*) **38** senis N F L P D V **40** naica (nay-) dona ω (*def. Rothstein I 422*), *corr. Scaliger*; *cf. Maass Herm. 31 (1896) 428, Postgate AJPh 17 (1896) 37–39; adiect.* Naicus *nusquam alibi reperitur* **42** unde dedit] unde nitet *Palmer*; *sed cf. Cic. S. Rosc. 74* 'pretium dedit'; cui dedit? per quem dedit? unde aut quantum dedit? *Cluent. 124* doce quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quem ad modum dederit, *Quintil. inst. 5,5,37* pecuniam dedisti; quis numerauit? ubi? unde?

o nimium nostro felicem tempore Romam,
si contra mores una puella facit!
haec eadem ante illam impune et Lesbia fecit: 45
quae sequitur, certe est inuidiosa minus.
qui quaerit Tatios ueteres durosque Sabinos,
hic posuit nostra nuper in urbe pedem.
tu prius et fluctus poteris siccare marinos,
altaque mortali deligere astra manu, 50
quam facere, ut nostrae nolint peccare puellae:
hic mos Saturno regna tenente fuit.
at cum Deucalionis aquae fluxere per orbem
et post antiquas Deucalionis aquas,
dic mihi, quis potuit lectum seruare pudicum, 55
quae dea cum solo uiuere sola deo?
uxorem quondam magni Minois, ut aiunt,
corrupit torui candida forma bouis;
nec minus aerato Danae circumdata muro
non potuit magno casta negare Ioui. 60
quod si tu Graias es tuque imitata Latinas,
semper uiue meo libera iudicio!

45 impune] iam impune Vo (*quod nonnulli edd. accipiunt; cf. tamen app. ad 2,15,1 et de hiatu ante caesuram Schuster 179*) **47** que P tacitos N : tacios F L P **48** hec L P : hac Vo **50** deripere *Burman*; *sed cf. Sh. Bailey 127* **51** noluit N L : uoluit F (*corr.* F³) : uolint D **52** hic] his L : is P D V (*corr.* V²) F³ **53-54** et ... orbem; / at ς (*contra distichi leges*) **54** antique *Markland*; *quod Enk II 2,418 iure refellit, collato Mar. Victore 2,464sq.* antiquae laxentur aquae iamque aethere aperto / in nubes uacuas caelum pluit **61** tuque es N F L P Vo (*prob. Rothstein I 425; sed cf. Leo Kl. Schr. II 190*) : siue es D V : siue es tu *Ellis* : seu tu es *Luck, corr. Baehrens* mutata L : mirata Vo

33a

Tristia iam redeunt iterum sollemnia nobis:
  Cynthia iam noctes est operata decem.
atque utinam pereant, Nilo quae sacra tepente
  misit matronis Inachis Ausoniis!
quae dea tam cupidos totiens diuisit amantis, 5
  quaecumque illa fuit, semper amara fuit.
tu certe Iouis occultis in amoribus, Io,
  sensisti multas quid sit inire uias,
cum te iussit habere puellam cornua Iuno
  et pecoris duro perdere uerba sono. 10
a quotiens quernis laesisti frondibus ora,
  mandisti ⟨et⟩ stabulis arbuta pasta tuis!
an, quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
  Iuppiter, idcirco facta superba dea es?
an tibi non satis est fuscis Aegyptus alumnis? 15
  cur tibi tam longa Roma petita uia?

33a ad cinthiam F : de cynthia L D V : queritur de secubitu cinthie propter solemnia io et in eam inuehit et in linceum cinthiam solicitantem et ipsum ortatur ad modos liricos et aliquas refert famam habere dilatas a poetis P : *priori coniung.* N (*dist.* N²) **3** pereat F L Δ **4** inacus (ynach-) F (*corr.* F³) L P V (*corr.* V²) **5** amantes? *dist. Haupt* **6** quacumque *cod. Salmant. 85* (*cf. Tovar Homm. Niedermann 327*) : quodcumque *Housman dub.*; *sed de formula sacri sermonis agitur, de qua fuse disputat Norden Agn. Th. 144sqq.; uide etiam Fraenkel, Aeschylus. Agamemnon, II, Oxonii 1950,99sq.* **12** mansisti ω, *corr. Palmer*; *cf. Marx RhM 41 (1886) 557* et *om.* ω, *add. Heinsius (praeeunte cod. Casanat. 3227)*; *tradita def. Schuster 187: sed asyndeti bimembris nulla alia exempla apud Propertium exstant; cf. Enk II 2, 423* arbuta] abdita ω, *corr. Palmer*; *tradita def. Marx RhM 41 (1886) 558, coll. Ouid. am. 3,5,17sq.* dum iacet et lente reuocatas ruminat herbas / atque iterum pasto pascitur ante cibo; *cf. tamen Ouid. met. 1,632* (Io) frondibus arbuteis et amara pascitur herba **16** uia est P Δ

quidue tibi prodest uiduas dormire puellas?
sed tibi, crede mihi, cornua rursus erunt,
aut nos e nostra te, saeua, fugabimus urbe:
cum Tiberi Nilo gratia nulla fuit. 20
at tu, quae nostro nimium placata dolore es,
noctibus his uacui, ter faciamus iter.

33b

Non audis et uerba sinis mea ludere, cum iam
flectant Icarii sidera tarda boues.
lenta bibis: mediae nequeunt te frangere noctes. 25
an nondum est talos mittere lassa manus?

19 fugauimus F L D V (*corr.* F[2] V[2]) **21** *nouam elegiam incipit Lachmann* : **21-22** *del. Knoche* pacata ς (*sed cf. Sh. Bailey 129*) : pia facta *uel* pia, casta *Barber* : *alii alia*; *sed recte uertit Enk II 2,426: "tu quae dolore meo prorsus mihi conciliata es"; cf. etiam Camps II 219* **22** ter] par *Birt*; *sed cf. Hor. epod. 12,15, Ouid. am. 3,7,23, Sh. Bailey 129*

33b **23** *nouam elegiam incipit Hertzberg* : *elegiam unam esse inter alios censent Rothstein I 429. 498 et Abel Anred. 65sq., quorum sententia in uu. 21-22 Propertius scortillum alloquitur; ego contra, ut iam Enk II 2,421, in hoc disticho Propertium Cynthiam rogare ut amoris abstinentiae finem faciat arbitror. Carmen diuidendum esse censeo, cum in uu. 1-22 Cynthia Isidis sacra colat et ab amore se abstineat; contra in uu. 23-44 de conuiuio agitur, in quo puella merum bibit neque Propertii uerba audit. Accedit, quod uir doctus Sh. Bailey 129 ostendit, ut in duobus carminibus (3,7; 3,11) ultimum distichon a uerbis* at tu *incipiat; praeterea saepissime in ultimo elegiae disticho Propertius eandem adhibet uocem atque in primo uel secundo (cf. hic* noctes *et* noctibus his *et adde 1,11,18. 20; 2,2; 3,3. 5. 6; 4,2. 4. 5. 7; de tota hac re fuse disputat Sh. Bailey PCPHS 1952-3, 18). Contra elegiae unitatem cf. etiam Ites 50, B.-B. 253, E. Reitzenstein Wirkl. 52-59* **1** mea] me ς; *cf. tamen Sh. Bailey 130*

a pereat, quicumque meracas repperit uuas
  corrupitque bonas nectare primus aquas!
Icare, Cecropiis merito iugulate colonis,
  pampineus nosti quam sit amarus odor! 30
tuque o Eurytion uino Centaure peristi,
  nec non Ismario tu, Polypheme, mero.
uino forma perit, uino corrumpitur aetas,
  uino saepe suum nescit amica uirum.
me miserum, ut multo nihil est mutata Lyaeo! 35
  iam bibe: formosa es: nil tibi uina nocent!
cum tua praependent demissae in pocula sertae
  et mea deducta carmina uoce legis,
largius effuso madeat tibi mensa Falerno,
  spumet et aurato mollius in calice. 40
nulla tamen lecto recipit se sola libenter:
  est quiddam, quod uos quaerere cogat Amor.
semper in absentis felicior aestus amantis:
  eleuat assiduos copia longa uiros.

34

Cur quisquam faciem dominae iam credat Amori?
  sic erepta mihi paene puella mea est.

31 euricio N L P : euritio F : ericio P[2] **35** nihil] non Vo V[2] es F **36** *post* nocent *leniter distinguunt nonnulli edd. (cf. e. g. Enk II 2,430), contra distichi leges* **37** praependent N F P[corr] *Charis. gramm. I 107,25 K., Auct. de dub. nomin. gramm. V 590,24 K.* : perpendent L P Δ; *cf. Housman Class. Pap. 250* demiss(a)e ... sertae N *Charis., Auct. de dub. nomin.* : demissa ... serta *cett.*; *de diphthongi* ae *synaloepha cf. Leo Plaut. Forsch. 359* **41–42** *post u.* 44 *transt. Barber dub., prob. Camps II 222* **42** nos F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) est quiddam, quod nos quaerere cogat, amor *Burman*

34 *nou. eleg. inc.* Vo : *priori coniungunt* N F L P D V **1** non credit F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) : nunc credit *Postgate*; *sed*

expertus dico, nemo est in amore fidelis:
  formosam raro non sibi quisque petit.
polluit ille deus cognatos, soluit amicos 5
  et bene concordis tristia ad arma uocat.
hospes in hospitium Menelao uenit adulter:
  Colchis et ignotum nonne secuta uirum est?
Lynceu, tune meam potuisti, perfide, curam
  tangere? nonne tuae tum cecidere manus? 10
quid si non constans illa et tam certa fuisset?
  posses in tanto uiuere flagitio?
tu mihi uel ferro pectus uel perde ueneno:
  a domina tantum te modo tolle mea!
te socium uitae, te corporis esse licebit, 15
  te dominum admitto rebus, amice, meis:

cf. Housman Class. Pap. 279sq. amari V[2] : amico ς, *prob. Enk II 2,436*; *tradita defendi possunt, si cum Broukhusio censemus Propertium Amorem custodem ac fideiussorem facere pudicitiae ac fidelitatis Cynthiae. Quae interpretatio confirmatur a Tib. 1,6,51* parcite quam custodit Amor uiolare puellam, *3,9 (= 4,3), 4* incolumem custos hunc mihi seruet Amor
4 formosam] et formam F D V : formam L P (*corr. ead. man.*); *sed cf. Housman Class. Pap. 254* **5** amores ς **8** nonne] sponte *Burman* : nocte *Baehrens* : neue *Rossberg* **9-10** tangere ... perfide F L P D V (*ordinem mut.* V[2]); *sed cf. Housman Class. Pap. 255* **11** quod si ... fuisset, *Baehrens* **12** posses et in L P D V (et *del.* V[2]) : posset et in F : possesne in *uel* posses tum *Heinsius* (*prob. Housman Class. Pap. 287*) **13** pectus] corpus ς; *sed* pectus *usurpatur pro* uita, *ut ap. Sen. Phoen. 113* pectusque soluam durum; *cf. Sh. Bailey 130* **15** dominum uitae *Cornelissen*; *sed* uita *hic idem ualet atque* anima, *ut ostendit Williams ClR 77 (1958) 7* corporis] pectoris *Postgate*; corporis *iure def. Williams ClR 77 (1958) 6sq., coll. Verg. Aen. 10,879sq.; 11,831; 12,952; Lucan. 3,641; 7,616; Stat. Theb. 10,316sq.; CLE 1339,3 B.* libebit L P (*corr. ead. man.*) **16** dominum] socium *Cornelissen*; *sed cf. Mart. 12,49,2* rerum quem dominum uocat suarum

lecto te solum, lecto te deprecor uno:
  riualem possum non ego ferre Iouem.
ipse meas solus, quod nil est, aemulor umbras,
  stultus, quod stulto saepe timore tremo. 20
una tamen causa est, cur crimina tanta remitto,
  errabant multo quod tua uerba mero.
sed numquam uitae fallet me ruga seuerae:
  omnes iam norunt quam sit amare bonum.
Lynceus ipse meus seros insanit amores! 25
  solum te nostros laetor adire deos.
quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris
  proderit aut rerum dicere posse uias?

18 possem *Floril. Vat. Reg. Lat. 2120 et cod. Salmant. 245, prob. Tovar Homm. Niedermann 328* **19** quod] qua *Havet*; *sed cf. Ouid. met. 7,830* quod nihil est metuit, metuit sine corpore nomen nil] uille L : uile P **20** quid D V (*corr.* V[2]) : qui ς (*fort. recte*; *nam* quod *fortasse ex hexametro huc irrepsit*) stultus et in nullo *Heinsius*; *sed cf. H.-Sz. 708* **21** cur N (*qui primum* una tamen tanta remitto crimina causa est cur *scripsit, deinde rectum ordinem indicauit*) : qua F L P Δ, *quod nonnulli edd. probant*; *sed cf. ThLL IV 1446,41-62* **23** me fallet F L P D V (*probb. Rothstein I 498, Housman Class. Pap. 269; sed de mutato uerborum ordine ap. eosdem codices cf. app. ad 2,3,27*) **24** *post hunc uersum nou. eleg. inc. Barth; nam uu. 1-24 de Lynceo agunt, qui Propertio puellam eripere conatus est, cum contra uu. 25-94 laudem poesis amatoriae contineant. Sunt qui nouam elegiam incipiant, cum in uu. 1-24 Lynceus a Propertio obiurgetur, quod Cynthiae amorem eripere conatus sit, contra in uu. 25-94 nullum irae uestigium inueniatur: quod argumentum minimi momenti mihi uidetur. Quod adtinet ad Barthii argumentum, prima huius libri elegia conferatur, cui apte respondet ultima. Carminis unitatem deff. Jacoby RhM 60 (1905) 94-96, Knoche Gn 12 (1936) 267, Enk II 2,433-435, Camps II 222sq.* **25** seros] sacros F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) meos (ς) insanit serus *Broukhusius* **26** solum] serum *Bergk* : stultum *Kühlewein*; *sed, ut recte Burman interpretatur,* 'solum *hic est: te ex omnibus hominibus aut ceteris amatoribus": cf. Ter. Phorm. 854* nam sine controuersia ab dis solus diligere, Antipho, *Mart. 6,50,4* argentum, mensas, praesidia solus emit

aut quid † erechti † tibi prosunt carmina lecta?
nil iuuat in magno uester amore senex. 30
tu † satius memorem musis † imitere Philitan
et non inflati somnia Callimachi.
nam rursus licet Aetoli referas Acheloi,
fluxerit ut magno f⟨r⟩actus amore liquor,

29 erechti N : crethei F L P D V (*probb. Housman Class. Pap. 272, Knoche Gn 12 [1936] 264 adn. 3; sed uide Friedrich Cat. 366, Enk II 2,441*) : erec(h)th(a)ei Vo V², *quod nonnulli probb.* (*cf. e. g. Birt RhM 32 [1877] 411sq., Munro JPh 6 [1876] 32sq., Stroh 86*) : Erectheis *Farnell* : Aratei *Nairn* (*coll. u. 51sqq.; sed cf. Stroh 88*) : *alii alia*; *quis hoc nomine designetur, nulla certa ratione intellegere possumus; qua de causa cruces adhibui* lecti ς (*prob. Postgate, qui de Euripide hic sermonem esse censet, coll. Aristoph. Ach. 399*) : plectri *Palmer* (*prob. Housman Class. Pap. 272, qui Sil. 8,596 confert, et Nairn ClR 13 [1899] 394*) **30** noster F D; *sed cf. Camps II 225* **31** *locus uexatissimus, mea sententia prorsus deperditus* satius] Latiis *Hoeufft*; satius *deff. Haupt Opusc. III 420, Rothstein I 499, Housman Class. Pap. 272* (*coll. 2,12,19, Ouid. am. 2,14,44*), *Sh. Bailey 132* (*coll. Plin. nat. 23,52, Marc. Aur. Anton. ap. Front. epist. 3,12 p. 45 van den Hout*); *cf. tamen Enk II 2,442:* satius *semper cum infinitiuo construitur; hic contra coniunctiuus sequitur* memorem musis N P² (*def. R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 196sq.; cf. etiam Luck ClQ 51 [1957] 178 adn. 9*) : musis memorem F L P Δ (memorem *def. Barber ClR 46 [1932] 127, coll. Antip. AP 11,31; sed cf. Enk II 2,442*) : Meropem Musis (musis meropem *iam cod. Lusaticus, prob. Luck RhM 105 [1962] 347*) *uel* memorem lusus *Jacob* (*prob. Leo Kl. Schr. II 191*) : Cererem Musis *Stroh 96 adn. 134* : *alii alia* tu memor est satius *Sh. Bailey*; *cf. tamen Enk II 2,443* mirere Vo Philitae *Santen* (*prob. Luck RhM 105 [1962] 347sq.*) **32** inflatis omnia N F L P D V : inflantis omnia Vo V², *corr.* F⁴ P^rec; *de Callimacho per somnum in Helicona sublato cogitat Propertius* **33** nam cursus ς (*prob. R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 197 adn. 1, coll. Ouid. met. 9,17*) : non rursus *Camps*; *cf. tamen Helm PhW 54 (1934) 784* **34** factus ω (*deff. R. Reitzenstein Herm. 31 [1896] 197 adn. 1, Stroh 92sq.*) : tactus *Heinsius, corr.* ς; *cf. Ouid. am. 1,18,4* et tener ausuros grandia frangit Amor ab ore *Camps*

atque etiam ut Phrygio fallax Maeandria campo 35
errat et ipsa suas decipit unda uias,
qualis et Adrasti fuerit uocalis Arion,
tristia ad Archemori funera uictor equus:
† non amphiareae prosint tibi † fata quadrigae
aut Capanei magno grata ruina Ioui. 40
desine et Aeschyleo componere uerba coturno,
desine, et ad mollis membra resolue choros!
incipe iam angusto uersus includere torno,
inque tuos ignis, dure poeta, ueni!
tu non Antimacho, non tutior ibis Homero: 45
despicit et magnos recta puella deos. 46
harum nulla solet rationem quaerere mundi, 51
nec cur fraternis Luna laboret equis, 52

36 decipit] respicit *Fontein*; *cf. tamen Housman Class. Pap. 521, Sh. Bailey 133* (*qui Ouid. met. 7,782 confert*) **37** orion N F L P **38** tristis ω (*deff. Rothstein I 443, Enk II 447, qui* tristis *idem ualere atque* iratus *censet, coll. Stat. Theb. 6,424–427*), *corr. Heinsius* (*prob. Sh. Bailey 133*); *numquam traditur Ariona in Archemori funere fleuisse* equos N F L P D V **39** non amphiarerae N : non amphiare(a)e F D V N^2 : non amphiar(a)e L P : non amphiariae Vo : non amphierae F^4 : Amphiaraeae non *Itali* (*sed cf. Enk II 2,447*) prosunt F Amphiaraeae prosint tibi *Munro* (*prob. Housman Class. Pap. 280*) : Amphiarea tibi non prosint *Postgate* : Amphiarea nihil prosint tibi *Rothstein* : *alii alia* **40** magno *om.* F L P D V : irato *coni. Heinsius, prob. Housman Class. Pap. 280* **43** augusto F L D : arguto *Heinsius* componere F D V (*corr.* V^2), *haud dubie e u. 41* : incudere *Dilthey, coll. Hor. ars 441*; *cf. tamen Gell. 9,8* hanc sententiam memini a Fauorino inter ingentes omnium clamores detornatam inclusamque uerbis his paucissimis; *uide Housman Class. Pap. 252, Enk Comm. crit. 196, ThLL VII 1,954,67sqq.* **45** Antimachus ... Homerus *Lachmann*; *cf. Quadlbauer Festg. Gerstinger 53sqq.* **51–54** *post u.* 58 *transt. Vulpius* **51** quarum *Ayrmann*

nec si post Stygias aliquid restabit † erumpnas †, 53
  nec si consulto fulmina missa tonent. 54
sed non ante graui[s] taurus succumbit aratro, 47
  cornua quam ualidis haeserit in laqueis, 48
nec tu tam duros per te patieris amores: 49
  trux tamen a nobis ante domandus eris. 50
aspice me, cui parua domi fortuna relicta est, 55
  nullus et antiquo Marte triumphus aui,
ut regnem mixtas inter conuiua puellas
  hoc ego, quo tibi nunc eleuor, ingenio!
me iuuet hesternis positum languere corollis,
  quem tetigit iactu certus ad ossa deus; 60

53 restauerit Δ; *sed haec perfecti forma ante Aug. serm. 112,2 non occurrit: cf. Neue-Wagener IV 311, Neumann 86* erumnas (erump-) F L P : undas Δ, *om.* N aliquid restabit ad undas *Puccius* (*prob. Pasoli St. L. Bianchi 184sq.*) : aliquid restabit arenas *anon. ap. Burman* (*prob. Sh. Bailey 134, coll. Ouid. am. 3,9,59; trist. 4,10,85; Pont. 1,2,111; 2,2,98*) : aliquid restabimus undas *Wassenbergh* (*probb. Enk II 2,452, Camps II 230*) : aliquid rest arbiter (*Jacob*) undas *Munro* (*prob. Housman Class. Pap. 317sq.*) **47-50** *post u.* 54 *transt. L. Müller*; *recte: nam sententia uersibus 51-54 expressa cum u. 50 nullo modo cohaeret; praeterea uox* harum (*sc.* puellarum) *tantummodo ad uocem* recta puella (*u. 46*) *referri potest; uu. 51-54 ne* παρενθετικῶς *quidem habendi sunt, cum neque cum praecedentibus neque cum sequentibus congruant* **47** si F (*corr.* F[4]) L P (*corr. ead. man.*) D : sic *Ribbeck* grauis ω, *corr.* F[4]; *cf. Hor. ars 66* graue sentit aratrum, *Claud. 3,202* sudabatque graui consul Serranus aratro **48** lacrimis F (*corr.* F[4]) L P (*corr. ead. man.*) **49** iam N **50** arte *Burman* dominandus N **55** est *om.* F L **58** quo] quod D V (*corr.* V[2]) **59** *nouam elegiam incipit Jacob* me iuuat P : mi lubet *Housman*; *sed cf. Enk Comm. crit. 198, Stroh 81* externis N F[4] : ecternis F : eternis L P : aeternum D V : histernis Vo, *corr.* V[2]; *cf. Knoche Gn 10 (1934) 207* posito *Housman*

Actia Vergiliu⟨m⟩ custodis litora Phoebi,
  Caesaris et fortis dicere posse ratis,
qui nunc Aeneae Troiani suscitat arma
  iactaque Lauinis moenia litoribus.
cedite Romani scriptores, cedite Grai! 65
  nescio quid maius nascitur Iliade.
tu canis umbrosi subter pineta Galaesi
  Thyrsin et attritis Daphnin harundinibus,
utque decem possint corrumpere mala puellas
  missus et impressis haedus ab uberibus. 70
felix, qui uilis pomis mercaris amores!
  huic licet ingratae Tityrus ipse canat.
felix intactum Corydon qui temptat Alexin
  agricolae domini carpere delicias!
quamuis ille sua lassus requiescat auena, 75
  laudatur facilis inter Hamadryadas.
tu canis Ascraei ueteris praecepta poetae,
  quo seges in campo, quo uiret uua iugo.
tale facis carmen docta testudine, quale
  Cynthius impositis temperat articulis. 80

61 uirgilio ω, *corr.* ς; Vergilio *def. Helm PhW 54 (1934) 790, coll. 1,20,13; 3,3,41; sed, ut recte censet Enk II 2,455, utriusque enuntiationis similitudo (u. 59 et u. 61) postulat ut constructio quoque eadem sit* Vergilio custos des litora, Phoebe *Barber* **65-66** cedite ... Iliade *Don. Vita Verg. 30,105sq. Ellis* **66** nescioquod N L *post u.* 66 *lacunam statuit Baehrens, uu.* 77-80 *transt. Ribbeck, uu.* 77-82 *Brandt* **67** umbrosi *ex* umbrosis N **69** puellam ς, *fort. recte*: *cf. enim Theocr. 3,10* ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω (*decem mala Amaryllidi feruntur; contra ap. Vergilium mala puero feruntur: buc. 3,70sq.* quod potui, puero siluestri ex arbore lecta / aurea mala decem misi) **72** hinc F L P (*corr. ead. man.*) D : nunc *Luck* (*sed cf. Camps II 231*); huic *sc.* puellae *uerba* huic ... canat *Cynthiae refert Wratislaw JPh 1 (1868) 154*; *cf. tamen Verg. buc. 1,31-35* ipsa N F L Δ (*corr.* F[4] V[2]) **74** dominum F **78** uua] herba D V V[2]; *cf. Verg. georg. 1,54* hic segetes, illic ueniunt felicius uuae

non tamen haec ulli uenient ingrata legenti,
siue in amore rudis siue peritus erit.
nec minor hic animis, [a]ut sit minor ore, canorus
anseris indocto carmine cessit olor.
haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro, 85
Varro Leucadiae maxima flamma suae;
haec quoque lasciui cantarunt scripta Catulli,
Lesbia quis ipsa notior est Helena;
haec etiam docti confessa est pagina Calui,
cum caneret miserae funera Quintiliae. 90
et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
mortuus inferna uulnera lauit aqua!
Cynthia † quin etiam † uersu laudata Properti,
hos inter si me ponere Fama uolet.

81 legenti *ex* uiuenti N **82** periturus N : paruus Vo **83** hic] his N L P Δ : hiis F, *corr. Lachmann* animi F L P (*corr. ead. man.*) : animi est *Phillimore* : animi es *Gwynn* ut sit] aut sim ω : aut si ς (*prob. Enk II 2,462*) : nec se *Scaliger* : etsi *Markland, corr. Korsch* minor ore canorus *om.* N minus ς aut, si minor, ore *Haupt*; nec minor his animis aut sim minor ore *def. Alfonsi RIL 77 (1943-4) 7sq.; cf. tamen Enk II 2,461. Textum accepi ab Housman Class. Pap. 275sq. et a Camps II 232sq. defensum* **85** laudabat Δ; *sed cf. Rothstein I 454* **86** cura Vo V² : fama *Markland*; *sed cf. ThLL VI 867,70sqq.* **88** quin V Vo **91** quam] qui ς, *fort. recte*; *cf. tamen B.-B. 262* **92** fleuit *Postgate*; *sed cf. Euphor. Anal. Alex. 37 p. 72 Mein. (= 43 p. 38 Powell)* Κώκυτός ⟨τοι⟩ μοῦνος ἀφ' ἕλκεα νίψεν Ἄδωνιν **93** quin etiam ω : quin et erit *Rossberg* : quin uiuet *Barber, fort. recte* (*cf. Camps II 234*); *si enim* quin etiam *legimus, aliquid est subaudiendum* (*e. g.* famam habebit); *quod tamen e praecedentibus supplere non possumus. Praeterea Propertius quinquiens alibi nexu* quin etiam *utitur (1,17,5; 2,6,7; 2,9,21; 2,15,19; 3,2,7), sed semper in uersus initio*

liber secundus explicit F : Propertii Aurelii Naute ad Tullum liber secundus explicit P

LIBER TERTIVS

1

Callimachi Manes et Coi sacra Philitae,
in uestrum, quaeso, me sinite ire nemus!
primus ego ingredior puro de fonte sacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros.
dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro? 5
quoue pede ingressi? quamue bibistis aquam?
a ualeat, Phoebum quicumque moratur in armis!
exactus tenui pumice uersus eat,

1 **1** sacra] serta *van Eldik* : scripta *Valckenaer* : fata *Baehrens, prob. Housman Class. Pap. 51sq.*; sacra *iure def. Sh. Bailey 135. Quod adtinet ad uerba* manes *et* sacra *in eadem sententia cf. Gell. 10,8,5* id monumentum Artemisia cum dis manibus sacris Mausoli dicaret, *CLE 579,1 B.* hoc monumentum ... manibus addictum sacrisque priorum. *Vox* sacra *ritus sollemnes, quibus Callimachus et Philetas celebrantur, designat; cf. Seru. ad Verg. Aen. 10,519* inferiae sunt sacra mortuorum. *Aliter* sacra *interpretantur Sandbach ClR 52 (1938) 213sq., Enk Mn S. III 13 (1947) 68-72, Alfonsi ACl 18 (1949) 341-347* **3** uestro de fonte *Markland*; *sed cf. Callim. Hymn. 2,108-112, Quadlbauer Ph 112 (1968) 86-88* **5** tenuistis F (*corr.* F[4]) L P Δ; *cf. u. 8* (*ubi* tenuis = λεπτός), *Hor. epist. 2,1,225* tenui deducta poemata filo, *Stat. silu. 4,7,9* Maximo carmen tenuare tempto *et uide Quadlbauer Ph 112 (1968) 90sq.* **6** quaue ς; *sed recte iudicat Camps III 54, cuius sententia duplex in nexu* quoue pede *inest significatio: nam eodem tempore et de superstitione* (*cf. e. g. Ouid. fast. 1,514* ripaque felici tacta sit ista pede) *et de numero elegiaco sermo est*

quo me Fama leuat terra sublimis, et a me
nata coronatis Musa triumphat equis, 10
et mecum in curru parui uectantur Amores,
scriptorumque meas turba secuta rotas.
quid frustra missis in me certatis habenis?
non datur ad Musas currere lata uia.
multi, Roma, tuas laudes annalibus addent, 15
qui finem imperii Bactra futura canent:
sed, quod pace legas, opus hoc de monte Sororum
detulit intacta pagina nostra uia.
mollia, Pegasides, date uestro serta poetae:
non faciet capiti dura corona meo. 20
at mihi quod uiuo detraxerit inuida turba,
post obitum duplici faenore reddet Honos;
omnia post obitum fingit maiora uetustas:
maius ab exsequiis nomen in ora uenit.

9 sublimen *Rossberg*; *sim. Verg. georg. 3,8sq.* temptanda uia est, qua me quoque possim / tollere humo uictorque uirum uolitare per ora **10** nota ς; *sed cf. Callim. frg. 1,19sq. Pf.* μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψορέουσαν ἀοιδήν / τίκτεσθαι **13** inmissis *Auratus*; *sed* mittere = inmittere *tuentur Löfstedt Verm. Stud. 121 adn. 1, Quadlbauer Ph 112 (1968) 101* **19** nostro F L **21–22** ut ... reddat *Markland* **21** detraxerat Vo V^2 **22** reddit N F L P D V (*corr.* F^4 V^2) Honos] onus ω, *corr.* ς (*qui et* opus *trad., prob. Rothstein II 365*); *de laude agitur, qua post obitum poeta decorabitur* **23** omnia] fame N; famae *deff. K. P. Schulze Beitr. Eleg. I 25, Foster AJPh 33 (1912) 240, B.-B. 264 (coll. Liu. 45,27,8* Athenas ... plenas quidem et ipsas uetustate famae*)*; *cf. tamen Housman Class. Pap. 272, Leo Kl. Schr. II 184, Enk Comm. crit. 204sq., Knoche Gn 10 (1934) 207* uetuste N omnia post fatum fingit maiora uetustas *cod. Arond. Mus. Brit. 136, in mg. ad Mart. 5,10, teste Friedlaender, M. Valerii Martialis Epigrammaton Libri, I, Lipsiae 1886,81* famae post obitum adfingit maiora uetustas *Barber dub. in app.* **24** uenit] meum F P

nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces, 25
fluminaque Haemonio comminus isse uiro,
Idaeum Simoenta Iouis cum prole Scamandro,
Hectora per campos ter maculasse rotas?
Deiphobumque Helenumque et Pulydamanta et in armis
qualemcumque Parim uix sua nosset humus. 30

25 pulsas] pressas *Postgate* : fractas *uel* ruptas *Mähly*; *cf. tamen Tac. ann. 11,37,5* impetu uenientium pulsae fores *et Sh. Bailey 136; quod adtinet ad* nam quis *cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 315* artes ω, *corr.* N[2] **26** esse uiro N D : ille raro F (*corr.* F[4]); *cf. ThLL III 1894,30sqq.* **27** cum prole Scamandro] cunabola parui F L P Δ (*fortasse ex Verg. Aen. 3,104sq.* Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, / mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae) : *om.* N; *uitium in codicibus latere iam Lachmann 233 dilucide ostendit ("neque Simois cunabula Iouis, nec in Ida Phrygiae fuere Iouis cunabula . . . Denique haec ab omni huius loci sensu aliena ac prorsus diuersa sunt . . . Quid ad haec* Iouis cunabula parui, *quae, si uel maxime in Phrygia fuissent, a Troiae exitio nomen ac famam lucrari non potuere?"); corr. Wolff, prob. Haupt Opusc. II 53-56*; *cf. enim Hom. Il. 14,434 (= 21,2)* Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. Cunabula parui *frustra def. Maass Herm. 31 (1896) 429sq.; cf. contra Housman Class. Pap. 251, Rothstein II 366, B.-B. 264, Knoche Gn 12 (1936) 264 adn. 9* **29** Pulydamanta et] poli led amentes N : puli (-y) led (laed Vo) amentes F L P Vo : poli ydamantes D : pul ydamantas *ex* pol ydamantas V : polidamantes F[4] : polydamantas ς (*sed cf. B.-B. 264*) : Pulydamantos (-tis *Phillimore*) *ingeniose coni. Postgate, coll. Sil. 12,212sq.* Pulydamanteis iuuenis Pedianus in armis / bella agitabat atrox (*cf. tamen Sh. Bailey 136*); *corr. Lachmann, qui sic interpretatur (p. 233): "ignoti forent, inquit, Deiphobus et Helenus et Polydamas et ille in armis qualisqualis Paris.* Qualemcumque in armis *adiectiue dicit eum, qui strenuusne an imbellis fuisset, nemini etiam notum foret"; cf. etiam Il. Lat. 2334* nec fortis in armis / belli causa Paris

exiguo sermone fores nunc, Ilion, et tu,
  Troia, bis Oetaei numine capta dei.
nec non ille tui casus memorator Homerus
  posteritate suum crescere sensit opus.
meque inter seros laudabit Roma nepotes: 35
  illum post cineres auguror ipse diem.
ne mea contempto lapis indicet ossa sepulcro,
  prouisum est Lycio uota probante deo.

2

Carminis interea nostri redeamus in orbem:
  gaudeat in solito tacta puella sono.
Orphea detinuisse feras et concita dicunt
  flumina Threicia sustinuisse lyra;

32 Troia] terra *Housman*; *sed cf. Verg. Aen. 5,756sq.* hoc Ilium et haec loca Troiam / esse iubet   oete in N : oete F (*corr.* F[4]) L P Vo **35-36** *post u.* 38 *transt. Richmond*   **36** augur ... ipse deae N   esse diem ς   **38** promissum Vo V[2]   est *om.* F L P

2   ad librum secundum F : ad librum suum L D V : ad librum reuertitur P : *priori coniungunt edd. uett., post ed. Aldin. a. 1515* (*fort. recte*) :   **1-2** *priori coniung. ed. Gryph. a. 1573*   **2** in] ut Vo V[2], *prob. Camps III 59*;   *sed cf. 2,4,18* gaudeat in puero, si quis amicus erit, *4,8,63* Cynthia gaudet in exuuiis *et de nexu* gaudere in *Tränkle 90sq.*   **3** detenuisse F V (*corr.* V[2]) : te tenuisse D F[3] (*cf. Housman Class. Pap. 361sq.*) : delinisse (= delenisse) *Ayrmann*;   *fort. recte: cf. enim Hor. ars 393* (Orpheus) dictus ob hoc lenire tigris rabidosque leones, *Apul. flor. 17* ille (*sc.* Orpheus) immanium bestiarum delenitor *et Sh. Bailey 137, qui poetas Augusti aetatis in eodem disticho et* detinere *et* sustinere *uti potuisse negat* (*cf. contra exempla Graeca ap. Jebb ad Soph. Phil. 121sq.* παρήνεσα ... συνήνεσα). *Tradita tueri uidetur Mart. 14,166,2* quae duxit siluas detinuitque feras   **4** detinuisse Δ;   sustinuisse *recte interpretatur Rothstein II 15*

saxa Cithaeronis Thebas agitata per artem 5
sponte sua in muri membra coisse ferunt;
quin etiam, Polypheme, fera Galatea sub Aetna
ad tua rorantis carmina flexit equos:
miremur, nobis et Baccho et Apolline dextro,
turba puellarum si mea uerba colit? 10
quod non Taenariis domus est mihi fulta columnis,
nec camera auratas inter eburna trabes,
nec mea Phaeac[i]as aequant pomaria siluas,
non operosa rigat Marcius antra liquor;
at Musae comites et carmina cara legenti 15
nec defessa choris Calliopea meis.

5 Thebanam *Heinsius* (*non improbante Rothstein II 366*) : Phoebeam *Jortin, coll. Stat. silu. 3,2,41* nec cano degeneri Phoebeum Amphiona plectro; *a* coisse *tamen et* Thebas *et* in muri membra *pendere possunt* (= Thebas in muri membra sua sponte coisse) **6** innumeri N P : in numeri L Vo : inineri F : immineri F[2]; in *delendum censet Hosius*; *cf. Pausan. 6,20,18, Stat. Theb. 7,665* **9** nobis] nostro F L P uel apolline P **13** ph(a)eacias *et sim.* ω : Phaeaces *Nestor* : Phaeacis *Havet, corr.* ς; *quamuis adiect.* Phaeacus *nusquam alibi tradatur, cf. adiect.* Thracus *ap. Val. Fl. 2,201* Thraca palus; *uide etiam Wackernagel Vorles. II 317, qui 4,6,15* Athamana ad litora *confert* **15** comitis N Δ : comiti F L P, *corr.* F[4] V[2] et] uel P[corr] cara] grata ς, *prob. Lachmann 234* (*"carmina . . . ei potius cara erunt, qui legerit, quam legenti"*; *cf. 2,34,81* non tamen haec ulli uenient ingrata legenti); *sed de* carus *i. q.* gratus, dilectus, iucundus, *dict. de rebus, cf. ThLL III 505,60sqq.* **16** nec] et F L P Δ : *om.* N : at *Scioppius, corr. Baehrens*; et *deff. B.-B. 266, coll. Stat. silu. 1,5,2* nec lassata uoco totiens mihi numina Musas, *et re uera notio Musarum, quas poeta nimis sollicitando fatigat, defendi potest, coll. cum Sh. Bailey 138 Iuuen. 2,92* Cecropiam soliti Baptae lassare Cotyton, *Auson. epist. 11,6 P.* torpere Musas non sinis; *mihi tamen persuasit Camps III 61, qui* nec defessa = et indefessa *i. e.* et assidua *interpretatur, coll. Tac. ann. 16,22,1* assiduum . . . et indefessum

fortunata, meo si qua est celebrata libello!
carmina erunt formae tot monumenta tuae.
nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti,
nec Iouis Elei caelum imitata domus, 20
nec Mausolei diues fortuna sepulcri
mortis ab extrema condicione uacant.
aut illis flamma aut imber subducet honores,
annorum aut ictu, pondere uicta, ruent.
at non ingenio quaesitum nomen ab aeuo 25
excidet: ingenio stat sine morte decus.

3

Visus eram molli recubans Heliconis in umbra,
Bellerophontei qua fluit umor equi,
reges, Alba, tuos et regum facta tuorum,
tantum operis, neruis hiscere posse meis,

17 est *om.* V (*add.* V[2]) : es ς, *quod nonnulli edd. accipiunt*; *cf. tamen 2,3,15* nec si qua Arabio lucet bombyce puella (*ubi* si qua puella *Cynthiam designat*) *et 2,33,35sq.* me miserum, ut multo nihil est mutata (*sc.* Cynthia) Lyaeo! / iam bibe: formosa es: nil tibi uina nocent **22** uacat L P Δ **23** illi D V (*corr.* V[2]) subducit N **24** ictus D (*probb. Housman Class. Pap. 318, B.-B. 266*) pondera F (*prob. Housman Class. Pap. 318); cf. tamen Ouid. trist. 2,86* ipsa suo quondam pondere tracta ruunt, *Anth. Lat. 462,6 R.* quae tunc paene suo pondere lapsa ruit, *Mart. 1,82,6* (porticus) uicta est pondere cum suo repente, *Plin. epist. 6,16,6* pondere suo uicta (nubes) *et Sh. Bailey 139* **25** ingenio] ingenti *Heinsius*

3 tertium somnium propertii F : somnium propertii L D V : refert uerba quae uisus est recepisse in somnis a phebo et a caliope P **2** *et* **8** *inter se mut. Polster; cf. tamen Norden Aen. 315, Sh. Bailey 139, Tränkle 103* **4** quantum operis! *anon. ap. Gebhard*; *sed cf. 3,11,70* hiscere] dicere *Hemsterhuys* : ducere *Heinsius*; *sed de nexu* hiscere posse *cf. ThLL VI 3,2832,1sqq.; uide etiam K.-St. I 278, Tränkle 71*

paruaque tam magnis admoram fontibus ora, 5
unde pater sitiens Ennius ante bibit,
et cecinit Curios fratres et Horatia pila,
regiaque Aemilia uecta tropaea rate,
uictricesque moras Fabii pugnamque sinistram
Cannensem et uersos ad pia uota deos, 10
Hannibalemque Lares Romana sede fugantis,
anseris et tutum uoce fuisse Iouem:
cum me Castalia speculans ex arbore Phoebus
sic ait aurata nixus ad antra lyra:
'Quid tibi cum tali, demens, est flumine? quis te 15
carminis heroi tangere iussit opus?
non hic ulla tibi speranda est fama, Properti:
mollia sunt paruis prata terenda rotis;
ut tuus in scamno iactetur saepe libellus,
quem legat exspectans sola puella uirum. 20
cur tua praescriptos euecta est pagina gyro⟨s⟩?
non est ingenii cumba grauanda tui.

5 iam *Guyet* **7** cecini ς (*ingeniose: cf. enim uu. 15–16, Verg. buc. 6,3sqq., Ouid. ars 2,493–496, Rothstein II 20, Maass Herm. 31 [1896] 379sq.*); *sed nihil mutandum: nam uu. 7–12 ad Ennii Annales pertinere ostendunt B.-B. 267 et Kambylis 131–136; uide etiam Wilamowitz Hell. Dicht. II 93 et de u. 8 Sh. Bailey 139sq.* **9** uictrices F L P **11** lacies N : lacres L P V : alacres D Vo V[2]; *cf. Housman Class. Pap. 355* sede] ex aede *Passerat*; *intellegendum est* ab urbe Roma, *coll. Catull. 81,3* moribunda ab sede Pisauri, *Verg. Aen. 1,270* ab sede Lauini; *aliter Sh. Bailey 140* **17** hinc ς *(et Volscus), prob. Camps III 65*; *fort. recte, quamuis* hic *defendi possit: cf. Rothstein II 22 ("auf diesem Gebiete der Dichtung"); intellege potius* hic = apud fontes, unde bibit pater Ennius, *quibus opponuntur* mollia prata, paruis rotis terenda **21** pr(a)escripto (perscripto N) seuecta est (est *om.* F L) pagina giro (*ex* uiro N) ω, *corr. Lipsius*; *tradita deff. B.-B. 268 (qui* ἅπαξ *admittere malunt, cum* seuehere *nusquam legatur, potius quam unam litteram libris manu scriptis adiungant) et Tränkle 62, qui* segredi *apud Tertull. anim. 18,2*

alter remus aquas alter tibi radat harenas,
  tutus eris: medio maxima turba mari est.'
dixerat, et plectro sedem mihi monstrat eburno, 25
  quo noua muscoso semita facta solo est.
hic erat affixis uiridis spelunca lapillis,
  pendebantque cauis tympana pumicibus,
orgia Musarum et Sileni patris imago
  fictilis et calami, Pan Tegeaee, tui; 30
et Veneris dominae uolucres, mea turba, columbae
  tingunt Gorgoneo punica rostra lacu;
diuerseque nouem sortitae iura Puellae
  exercent teneras in sua dona manus:

praetereaque secedere *uel* secludere *apud priscae aetatis scriptores confert; uide etiam Kambylis 138. Lipsii coniecturam tuentur Rothstein II 367, Sh. Bailey 140, Camps III 66. Quod adtinet ad* euehi *mediopass. transit., i. q.* transire, transgredi, egredi, *cf. ThLL V 2,1007,62sqq.* **22** cumba] turba L (*corr.* L^2) P V^2, *haud dubie e u. 24*; *de metaphora cf. plurima exempla apud ThLL IV 1588,21-35; uide etiam Kambylis 154 adn. 96*
24 est *om.* F **26** qua F L P Δ; *cod. Neapolitani lectionem tuetur Sh. Bailey 141, coll. Varr. ling. 5,5* neque eo quo peruenire uolumus semitae tritae; *uide etiam Helm PhW 54 (1934) 784* **29** orgia] ergo ω (*def. Mulvany ClR 5 [1891] 433*) : organa *van Eldik, corr. Heinsius*; *cf. 3,1,4* Itala ... orgia, *Aristoph. Ran. 356* γενναίων ὄργια Μουσῶν, *AP 2,303* Λατινίδος ὄργια Μούσης, *Stat. silu. 5,5,3sq.* qua uestra sorores / orgia, Pieriae, quas incestauimus aras *et de re Maass Herm. 31 (1896) 384 adn. 4* **30** patege(a)e N P Vo L^2 : panetegee F : pane tege(a)e D V, *corr.* V^2 **31** mea turba] mea cura ς *(et Passerat)*; *sed cf. 4,11,76 et in eadem hexametri sede Ouid. ars 3,811* ite nunc, mea turba, puellae, *Stat. silu. 1,1,95* cum superis terrena placent, tua turba relicto *etc.*; *de re cf. Kambylis 171sq.* **32** gorgonico F (*corr.* F^4) D V (*corr.* V^2) : gorgonio L nostra N F L P D (*corr.* F^4 P^2) **33** diuersaeque ω : et diuersa ς, *corr. Baehrens* (diuerseque = diuersis locis, separatim) iura] rura ω (*quod frustra def. Maass Herm. 31 [1896] 382 adn. 2*), *corr.* ς; *cf. B.-B. 269*

haec hederas legit in thyrsos, haec carmina neruis 35
aptat, at illa manu texit utraque rosam.
e quarum numero me contigit una dearum
(ut reor a facie, Calliopea fuit):
'Contentus niueis semper uectabere cycnis,
nec te fortis equi ducet ad arma sonus. 40
nil tibi sit rauco praeconia classica cornu
flare, nec Aonium tingere Marte nemus;
aut quibus in campis Mariano proelia signo
stent et Teutonicas Roma refringat opes,
barbarus aut Sueuo perfusus sanguine Rhenus 45
saucia maerenti corpora uectet aqua.
quippe coronatos alienum ad limen amantis
nocturnaeque canes ebria signa fugae,
ut per te clausas sciat excantare puellas,
qui uolet austeros arte ferire uiros.' 50
talia Calliope, lymphisque a fonte petitis
ora Philitea nostra rigauit aqua.

4

Arma deus Caesar dites meditatur ad Indos,
et freta gemmiferi findere classe maris.

36 et F **41** praeconica F Δ **42** flere ω (*prob. Rothstein II 27*), *corr. Fruter*; *cf. Mart. 11,3,8* Pieria proelia flare tuba cingere Vo V^2 (*prob. Camps III 68; fort. recte: cf. Ouid. trist. 5,2,69* finitimo cinctus premor undique Marte, *Claud. 24,200* cingas iure forum; *uide tamen Sh. Bailey 141, qui* Marte *pro* bellantium cruore *interpretatur, et Kambylis 179*) **45** Sueuo] s(a)euo ω, *corr.* ς **46** nectet F : nectat P **47** coronatas F (*corr.* F^2) L P

4 de triumpho caesaris L D V : de triumpho quartum capitulum F : uaticinatur de triumpho habendo a caesare P

magna, uiri, merces! parat ultima terra triumphos;
  Tigris et Euphrates sub tua iura fluent;
sera, sed Ausoniis ueniet prouincia uirgis; 5
  assuescent Latio Partha tropaea Ioui.
ite agite, expertae bello date lintea prorae
  et solitum, armigeri, ducite munus equi!
omina fausta cano: Crassos clademque piate!
  ite et Romanae consulite historiae! 10
Mars pater et sacrae fatalia lumina Vestae,
  ante meos obitus sit precor illa dies,
qua uideam, spoliis onerato[s] Caesaris axe[s],
  ad uulgi plausus saepe resistere equos,

3 uiri] uiae *uel* uiris *Heinsius, prob. Camps III 69 (sed cf. Hanslik WSt 80 [1967] 185)*; *allocutionis mutatio (u. 3* uiri, *u. 4* tua *) saepe apud Propertium occurrit* **4** Thybris ... fluet *Housman olim* (*Class. Pap. 247; uide contra ad Lucan. 8,251*); *sed cf. B.-B. 270* sua P[2] *in mg.* (*prob. Broukhusius; sed cf. Housman Class. Pap. 247*) : noua *Heinsius* (*prob. Luck 400, coll. 1,6,20*) sub iuga uestra *Postgate*; *cf. tamen Hanslik WSt 80 (1967) 185* **5** Seres et (Seras et ... ueniet *Gulielmius*) ... uenient *Heinsius*; *sed cf. Tib. 1,9,4* sera tamen tacitis Poena uenit pedibus, *Enk Comm. crit. 214, K.-St. I 236* **8** et solitum, armigeri, ducite *sic dist. Hanslik WSt 80 (1967) 187* **9** omnia N F L D Vo; *cf. Cairns Gen. Comp. 186* **11** sanctae *Postgate*; *tradita deff. B.-B. 270, qui* Vestae *pro* Vestae ignis *interpretantur, adiectiuum* sacer *ad deum referri non posse rati; recte tamen Sh. Bailey 141 confert Stat. Theb. 12,584* nec sacer inuideat paribus Tirynthius actis, *Val. Fl. 2,37* rupto sonuit sacer aequore Titan **13** oneratos ... axis ω, *corr. Muretus*; *asyndeti exempla apud Propertium a B.-B. 271 allata (3,9,54; 3,12,34; 3,22,9. 25) longe alia sunt* **14** ac ... plausu *Barth (praeeunte cod. Bonon. Bibl. Vniu. 2740)*; *sed* ac *perraro utitur Propertius (in nexu* ac ueluti; *cf. praeterea 3,6,13; 3,10,13; 4,1,36 et Sh. Bailey 142) post u.* 14 *distichon excidisse putat Sh. Bailey,* 17–18 *transt. Keil* (*sed cf. Sh. Bailey 142*)

inque sinu carae nixus spectare puellae 15
incipiam et titulis oppida capta legam,
tela fugacis equi et bracati militis arcus
et subter captos arma sedere duces!
ipsa tuam serua prolem, Venus: hoc sit in aeuum,
cernis ab Aenea quod superesse caput. 20
praeda sit haec illis, quorum meruere labores:
me sat erit Sacra plaudere posse Via.

5

Pacis Amor deus est, pacem ueneramur amantes:
stant mihi cum domina proelia dura mea.
nec tamen inuiso pectus mihi carpitur auro,
nec bibit e gemma diuite nostra sitis,

16 *post hunc uersum distichon excidisse putat Richmond* **17** tela] frena *Sh. Bailey, coll. Ouid. epist. 4,46* torquentem frenis ora fugacis equi; *uide tamen Camps III 71* **18** et] haec *Richmond*; *cf. Housman ad Manil. 1,245* **19-20** *post u.* 10 *transt. Carutti, post u.* 2 *Richmond* **19** prolem serua F L P D V (*transt.* V[2]); *cf. Housman Class. Pap. 255* **22** mi ς sacra] media F P D : *om.* L

5 ad amicam iratam F L D V : laudat pacem spernit auiditatem habendi opes laudat studium poesis et philosophie P : *priori coniungit Muretus* **2** stat Vo : sat *Liuineius*; sat *nonnulli accipiunt (cf. Rothstein II 33, B.-B. 271, Camps III 73); cf. tamen Ingvarsson Er 53 (1955) 165-171, qui* stant *def., coll. 3,19,20; 3,22,22; Liu. 8,38,10; 29,2,15; Val. Fl. 7,354. De nexu* stant . . . proelia *cf. 3,3,43sq., Liu. 7,7,7, Curt. 7,4,33, Sil. 4,274, Tert. adu. Marc. 2,27, Amm. 19,8,2 et Sh. Bailey ClQ 41 (1947) 91sq.* **3** tamen] tantum *Lachmann, cuius sententia (p. 244) "non tam auarum se esse dicit, ut opum congerendarum causa militiam optet"; probb. B.-B. 271: sed cf. Risberg, Emendationes et ex-*

nec mihi mille iugis Campania pinguis aratur, 5
nec miser aera paro clade, Corinthe, tua.
o prima infelix fingenti terra Prometheo!
ille parum caute pectoris egit opus.
corpora disponens mentem non uidit in arte:
recta animi primum debuit esse uia. 10
nunc maris in tantum uento iactamur et hostem
quaerimus atque armis nectimus arma noua.
haud ullas portabis opes Acherontis ad undas,
nudus at inferna[s], stulte, uehere rate[s].

plicationes Propertianae, Vpsaliae 1895, 31sq., Camps III 73 **3** *et* **5** *inter se mut. Carutti*
6 misera *Acidalius, non improbante Sh. Bailey 143* : mixta *Ruhnken* : mira *Palmer*; *tradita recte interpretatur Camps III 73* aere N : ire F L P Δ, *corr.* F[4]; *cf. K.-St. I 73* clade] pace F (*corr.* F[4]) : classe L P Δ **7** frangenti N (*quod frustra defendere conatur Rothstein II 35*) : frugenti F; *quod adtinet ad uerbalem uocem* fingere *de Prometheo dictam cf. Ouid. met. 1,83; Phaedr. 4,15,6; Mart. 9,45,8; 10,39,4; Claud. 8,232* **8** cauti P[2] (*prob. Enk Comm. crit. 218, B.-B. 272*); *sed nihil mutandum: cf. Camps III 73* **9** in arte] in arce *uel* inertem ς : in arto *Housman* non addidit arti *Heinsius* : non indit in arcem *Postgate* : non indidit ante *Baehrens* : non diuidit ante *Thompson*; *tradita def. Sh. Bailey 144, qui de* uidit = curauit *Cic. Quinct. 55* uiderint, inquit, ista officia uiri boni *et de nexu* in arte *Prop. 2,3,42, Plin. nat. 34,58 confert* **11** uento] ponto *Housman* **12** nectimus] qu(a)erimus F L P D (*corr.* F[4] P[2]); *cf. Lucr. 5,1202* nec uotis nectere uota arma] ora F L P (*corr.* F[4] P[2]) **13** ad undas] ad umbras *Floril. Vat. Reg. Lat. 2120* **14** ad infernas . . . rates ω (*sed cf. B.-B. 272*) : ab inferna . . . rate ς (*prob. Camps III 74, coll. Ouid. Ib. 586; cf. etiam Sh. Bailey 114*) : ad infernos . . . rate *Palmer* : in inferna . . . rate *Barber, corr. Schrader* (*prob. Luck RhM 105 [1962] 348sq.*); *de* at *postposito cf. ThLL II 992,66sqq.*

uictor cum uictis pariter miscebitur umbris: 15
consule cum Mario, capte Iugurtha, sedes.
Lydus Dulichio non distat Croesus ab Iro:
optima mors, Parcae quae uenit acta die.
me iuuet in prima coluisse Helicona iuuenta
Musarumque choris implicuisse manus: 20
me iuuet et multo mentem uincire Lyaeo
et caput in uerna semper habere rosa.
atque ubi iam Venerem grauis interceperit aetas,
sparserit et nigras alba senecta comas,
tum mihi naturae libeat perdiscere mores, 25
quis deus hanc mundi temperet arte domum,
qua uenit exoriens, qua deficit, unde coactis
cornibus in plenum menstrua luna redit,
unde salo superant uenti, quid flamine captet
Eurus, et in nubes unde perennis aqua, 30
sit uentura dies mundi quae subruat arces,
purpureus pluuias cur bibit arcus aquas,

15 uictrix *Postgate* miscetur in umbris *Housman*; *tradita def. Sh. Bailey 145, coll. Mart. 7,40,1-4* hic iacet ille senex ... / natorum pietas sanctis quem coniugis umbris / miscuit **18** parca N L P Δ F⁴ : parta *ex* parte F : tarda *Guyet* : carpta *Baehrens* : rapta *Otto* (*probb. B.-B. 272, coll. Cic. de orat. 3, 162*), *corr. Lachmann*; Parcae (*i. e.* Parcarum: *de sing. cf. Hor. carm. 2,16,39*) dies *idem ualet ac* dies fatalis, morti destinata: *cf. Verg. Aen. 12,150* Parcarum ... dies. *De tota re optime disserit Sh. Bailey 145* apta Δ F *in ras.* P²; *sed cf. 3,7,30* ista per humanas mors uenit acta manus **19** iuuat ω, *corr. Bürger*; *cf. enim u. 21. 25; 2,13,11* me iuuet in gremio doctae legisse puellae **21** iuuat P Δ **24** sparsit et F L P : sparserit (*sine* et) Δ P² (*cf. Housman Class. Pap. 287*) nigras] integras ω, *corr.* ς; *cf. Anacr. frg. 89 D. (= 77 Gentili)* εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίνης ἀναμεμείξονται τρίχες **29** captat *Francius*; *sed cf. 2,16,29sq.; 2,30,29sq.; 2,34,34sqq.* **31** sit] si *codd. Passeratii*; *cf. K.-St. II 502, H.-Sz. 461. 542* artes L P (*corr.* P²) : arem F : arcem D F⁴;

aut cur Perrhaebi tremuere cacumina Pindi,
solis et atratis luxerit orbis equis,
cur serus uersare boues et plaustra Bootes, 35
Pleiadum spisso cur coit igne chorus,
curue suos finis altum non exeat aequor,
plenus et in partis quattuor annus eat,
sub terris sint iura deum et tormenta nocentum,
Tisiphones atro si furit angue caput, 40
aut Alcmaeoniae furiae aut ieiunia Phinei,
num rota, num scopuli, num sitis inter aquas,
num tribus infernum custodit faucibus antrum
Cerberus, et Tityo iugera pauca nouem,

de plur. cf. Camps III 77 plurimaque exempla ap. ThLL II 742,68sqq.
34 attractis F P D V L^2 : attratis F^2 P^2 V^2 : auratis F^4; *cf. Lucr. 5,751sqq., Tib. 2,5,76, Rothstein II 39* **35** cur seros N : cur ue ferus P (*corr.* P^2) : cur senis Vo; *cf. Hom. Od. 5,272, Q. Cic. carm. frg. 20 M., Catull. 66,67, Ouid. met. 2,176, Germ. 139, Sen. Med. 315, Octauia 234, Claud. 21, 123* flamma boon N : flamma palustra F (*sed* flamma *del. et* boothes *ad fin. uers. scripsit* F^4) L : plaustra boet(h)es P *in ras.* Vo; *cf. Gaetul. carm. frg. 3 M.* sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes *aliaque exempla ap. ThLL II 2129,5–10*; *cf. etiam Enk Mn S. IV 2 (1949) 160sq., Sh. Bailey 146* cur seros uersare boues it flamma Bootae *Rothstein* (*cf. Leo Kl. Schr. II 187*) : cur serus uersare Bootes flammea plostra *Leo*; *sed cf. Housman Class. Pap. 287sq.* **39** sunt Vo V^2; *cf. app. ad u. 31* (sit) nocentum] gigantum F L P Δ (*deff. Maass Herm. 31 [1896] 433, B.-B. 273*) : *om.* N : reorum *Housman* (*Class. Pap. 280sq., coll. Ouid. Ib. 187*), *corr. Lobeck*; *cf. Stat. silu. 2,7,116–118* seu magna sacer et superbus umbra / noscis Tartaron et procul nocentum / audis uerbera *et uide Haupt Opusc. II 57, Leo RhM 35 (1880) 445sq., Rothstein II 367* **40** *et* **42** *inter se mut. Housman* **42–43** non ... non ... non ... non N : num (non L^2) ... non ... non ... non L

an ficta in miseras descendit fabula gentis, 45
et timor haud ultra quam rogus esse potest.
exitus hic uitae superest mihi: uos, quibus arma
grata magis, Crassi signa referte domum!

6

Dic mihi de nostra quae sentis uera puella:
sic tibi sint dominae, Lygdame, dempta iuga.
num me laetitia tumefactum fallis inani,
haec referens, quae me credere uelle putas?
omnis enim debet sine uano nuntius esse, 5
maioremque timens seruus habere fidem.
nunc mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima
incipe: suspensis auribus ista bibam.
sicin eam incomptis uidisti flere capillis?
illius ex oculis multa cadebat aqua? 10

46 haut N : aut F L P Δ, *corr.* ς **47** superet ς; *cf. Rothstein II 367*

6 ad (*om.* L) ligdamum F L D V : ad ligdamum de amica nata interrogatio et de uerbis ab ea prolatis P **2** si P D V L²; *cf. Tränkle 166* **3-4** *post u.* 8 *transt. Housman* **3** non N : dum F L P Δ : tu *Fruter* : cur *Heinsius, corr.* ς; *cf. Sh. Bailey ClQ 47 (1953) 124* **5-6** *del. Lachmann* **5** siue uanus F (*corr.* F⁴) : sine uanus L : sine uanis P V (*corr.* V²) L² D²; sine uano *idem ualet ac* sine mendacio: *cf. 1,10,24* pro uano, *Liu. 33,31,4* ex uano nuntius esse] esse F (nuntius *add. in mg.* F⁴) L : esse relator P V L² D² **7** non N **9** si eam N : sicut eam F L P Δ : siccine eam *ed. Aldina* (*prob. Rothstein II 43; cf. etiam Tränkle 156*) : sic erat? *Phillimore* : sicine eram *Damsté* : sicin eram *Barber, corr. Baehrens* (sicin *iam* ς); sicin eam *improbant B.-B. 273, propter seriem* eam ... illius; *quod iure refellit Sh. Bailey 147, coll. Val. Fl. 6,115sqq.* eum ... illius, *Sen. suas. 1,8* eius ... illi

nec speculum strato uidisti, Lygdame, lecto 11
scriniaque ad lecti clausa iacere pedes 14
ac maestam teneris uestem pendere lacertis? 13
ornabat niueas nullane gemma manus? 12
tristis erat domus, et tristes sua pensa ministrae 15
carpebant, medio nebat et ipsa loco,
umidaque impressa siccabat lumina lana,
rettulit et querulo iurgia nostra sono?
'Haec te teste mihi promissa est, Lygdame, merces?
est poena e⟨t⟩ seruo rumpere teste fidem. 20
ille potest nullo miseram me linquere facto
et qualem nolo dicere habere domi!
gaudet me uacuo solam tabescere lecto:
si placet, insultet, Lygdame, morte mea!
non me moribus illa, sed herbis improba uicit: 25
staminea rhombi ducitur ille rota;
illum turgentis ranae portenta rubetae
et lecta exsuctis anguibus ossa trahunt

11 in strato *Heinsius* **13** at ς **12** *et* **14** *inter se mut. Suringar* (*prob. Sh. Bailey 148*) **20** est poenae ω : nec poena est *Fontein, corr. Sh. Bailey 148* (*coll. 3,13,38* nec fuerat nudas poena uidere deas) **21** nullo ... fato (*uel* pacto) ς; *sed cf. ThLL VI 127,16sqq.* **22** et qualem nullo N : (a)equalem nulla F L P Δ : aequalem nullam *Heinsius, corr. Palmer*; *cf. Catull. 67,45sq.* praeterea addebat quendam, quem dicere nolo / nomine, *Iuuen. 8,275* aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo domo ω (*cf. fortasse H.-Sz. 145, ThLL V 1, 1962,29sqq.*), *corr. cod. Vat. Pal. 910*; *cf. enim Q. Cic. pet. 8* amicam quam domi palam haberet, *Auson. carm. 78,2 p. 341 P.* Castor nec posset uulgus habere domi; *uide etiam Housman Class. Pap. 243, Bausch 12* **26** bombi N : rumbi F L P D V (*corr.* V[2]); *cf. Gow ad Theocr. 2,30* **28** exectis N L Δ : ex sectis P : exactis F : exsectis F[4] : e sectis *Delrio, corr. Burman*; *uide app. edit. Klingnerianae ad Hor.*

et strigis inuentae per busta iacentia plumae
  cinctaque funesto lanea uitta toro. 30
si non uana canunt mea somnia, Lygdame, testor,
  poena erit ante meos sera sed ampla pedes,
putris et in uacuo texetur aranea lecto:
  noctibus illorum dormiet ipsa Venus.'
quae tibi si ueris animis est questa puella, 35
  hac eadem rursus, Lygdame, curre uia,
et mea cum multis lacrimis mandata reporta,
  iram, non fraudes esse in amore meo,
me quoque consimili impositum torquerier igni:
  iurabo bis sex integer esse dies. 40
quod mihi si e tanto felix concordia bello
  exstiterit, per me, Lygdame, liber eris.

epod. 5,37 et Bentley, Q. Horatius Flaccus, I³, Berolini 1869,286; exsectis *def. Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 27* exsertis unguibus *Mitscherlich*
29 tacentia *Palmier* : latentia *Passerat* **30** tincta et *Havet* : tinctaque *Barber* : cleptaque *Sh. Bailey* : demptaque *Smyth*; *sed cf. B.-B. 275, Camps III 81* uita N L : uicta F Vo toro] uiro ω (*quod nonnulli deff., coll. Ouid. Ib. 103sq.* tu quoque quid dubitas ferales sumere uittas? / iam stat, ut ipse uides, funeris ara tibi); *corr. Heinsius, qui et* rogo *coni.*; *de re maxime dubia cf. Sh. Bailey 149* **31** cadunt D Vo V²; *cf. Rothstein II 47* **36** haec D V (*corr.* V²) cursu D V (*corr.* V²) **39** consimili] consuli N torrerier *Palmier*; *fort. recte: cf. 3,24,13* correptus saeuo Veneris torrebar aeno; *uide tamen Rothstein II 47sq., Tränkle 167sq.* igni: *sic dist. Vahlen* **40** esse] ipse *Housman*; *cf. K.-St. I 702, H.-Sz. 364* **41** quod nisi et tanto N : quid mihi si tanto F L P D V : quod mihi si tanto Vo F⁴ P² V² : quod mi si e tanto *Palmier* (*cf. Enk Comm. crit. 224*) : quodsin e tanto *L. Müller, corr. Lachmann*; *cf. Liu. 1,13,6* ex bello tam tristi laeta repente pax, *Rothstein II 48*

7

Ergo sollicitae tu causa, pecunia, uitae!
per te immaturum mortis adimus iter;
tu uitiis hominum crudelia pabula praebes,
semina curarum de capite orta tuo.
tu Paetum ad Pharios tendentem lintea portus 5
obruis insano terque quaterque mari.
nam dum te sequitur, primo miser excidit aeuo
et noua longinquis piscibus esca natat.
et mater non iusta piae dare debita terrae
nec pote cognatos inter humare rogos, 10
sed tua nunc uolucres astant super ossa marinae,
nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare est.
infelix Aquilo, raptae timor Orithyiae,
quae spolia ex illo tanta fuere tibi?
aut quidnam fracta gaudes, Neptune, carina? 15
portabat sanc̣tos alueus ille uiros.
Paete, quid aetatem numeras? quid cara natanti
mater in ore tibi est? non habet unda deos.

7 de morte p(a)eti et malo auaritiae D V L^2 : queritur de morte peti naufragio defuncti P : *priori coniung.* F L; *uersuum ordinem multis modis mutauerunt edd.: cf. Smyth Thes. crit. 96* **1** ergone ς; *sed cf. idem elegiae initium ap. Prop. 3,23,1; uide etiam Norden Aen. 253, H.-Sz. 511* uit(a)e es P Δ F^4; *cf. Leo Plaut. Forsch. 359 adn. 4* **2** *et* **4** *inter se mut. Brandt*; *cf. tamen Vahlen Ges. Phil. Schr. II 162* **2** immaturae *Lipsius*; *cf. ThLL VII 1,445,81sq* **9** at ς **12** est *om.* F P (*add.* F^4 P^2); *cf. app. ad 2,34,55* **13-16** *post u.* 24 *transt. Otto* **13** timor] memor ς : immemor *Heinsius*; *cf. u. 28; 1,2,17; 1,18,15; 1,20,6; H.-Sz. 746 et exempla uocis* timor = causa timoris *a Sh. Bailey 298 allata* **17-18** *post u.* 36 *transt. Scaliger, post u.* 32 *Liuineius*; *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 275* **17** memoras *Schrader*; *quod adtinet ad* numerare aetatem *i. q.*

nam tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
omnia detrito uincula fune cadunt. 20
reddite corpus humo, posita est in gurgite uita; 25
Paetum sponte tua, uilis harena, tegas;
et quotiens Paeti transibit nauta sepulcrum,
dicat 'Et audaci tu timor esse potes.'
ite, rates curuas et leti texite causas:
ista per humanas mors uenit acta manus. 30
terra parum fuerat, fatis adiecimus undas:
Fortunae miseras auximus arte uias.

numerare annos *cf. Auson. epigr. 40,8 P.* scire aeui meritum, non numerare decet, *Anth. Lat. 344,3 R.* tantam dum numeres longaeua aetate senectam *et Sh. Bailey 150; cf. etiam Epiced. Drusi 447* quid numeras annos? uixi maturior annis *et Rothstein II 52*
20 *post hunc uersum lacunam statuit Heinsius* **25** *ante hunc uersum lac. stat. Sh. Bailey* : 25–28 *post u.* 16 *transt. Kuinoel, post u.* 70 *Scaliger*; *de re cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 160–162* humo] aquae *Damsté* posita est] positaque F L P Δ (*def. Housman Class. Pap. 281*); *sed cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 171–174* reddite corpus humo, posita ui, gurgitis alta *Sandbach* (*ne allocutio subiecto careat; iure tamen de allocutione ad undas cogitat Vahlen Ges. Phil. Schr. II 171; cf. enim u. 18* unda *et Val. Fl. 8,349* uos modo uel solum hoc, fluctus, expellite corpus) **26** uilis] mollis *Markland* (*prob. Hartman Mn 50 [1922] 197*); *tradita def. Sh. Bailey 151, coll. Claud. 3,371, Anth. Lat. 210,4 R., Ven. Fort. carm. 2,14,22, ubi* uilis *dicitur* harena **29** curu(a)e ω : curuate *Peskett et Lendrum* (*prob. Camps III 85; cf. tamen Sh. Bailey 151*), *corr. Passerat*; *cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 175, Leo Plaut. Forsch. 359 adn. 3, Rothstein II 56* leti contexite (V²) causam ς : leti praetexite causas *Fischer*; *cf. Verg. Aen. 11,326* bis denas Italo texamus robore nauis, *Sil. 11,586* texamus mille carinas **30** iusta *Damsté*; *sed cf. Rothstein II 56* **31** *post* fuerat *dist.* ς, *post* fatis *Lipsius*

ancora te teneat, quem non tenuere penates?
quid meritum dicas, cui sua terra parum est?
uentorum est, quodcumque paras: haud ulla carina 35
consenuit, fallit portus et ipse fidem.
natura insidians pontum substrauit auaris:
ut tibi succedat, uix semel esse potest. 38
sunt Agamemnonias testantia litora curas, 21
quae notat Argynni poena minantis aquae: 22
hoc iuuene amisso classem non soluit Atrides, 23
pro qua mactata est Iphigenia mora. 24
saxa triumphalis fregere Capherea puppis, 39
naufraga cum uasto Graecia tracta salo est. 40
paulatim socium iacturam fleuit Vlixes,
in mare cui soli⟨ti⟩ non ualuere doli.
quod si contentus patrio boue uerteret agros
uerbaque duxisset pondus habere mea,

33 quam F (*ex* quem) L P **37** insidias ς; *cf. ThLL VII 1,1895,43sqq.* **21-24** *post u.* 38 *transt. Muretus* (*quem dubitanter secutus sum; cf. enim B.-B. 277*) : *post u.* 36 *transt. Scaliger* : *del. ed. Eton.*; *ordinem traditum def. Nethercut Herm. 99 (1971) 248-251; cf. etiam Alfonsi Herm. 81 (1953) 381-383, Robertson TAPhA 100 (1969) 384sq.* **22** qua N L P D Vo : quas *Passerat*; *cf. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 168, B.-B. 278* natat F[4] : nota ς agynni N : argiuni F : argiuum D V (*corr.* V[2]) natantis Vo V[2] : minacis *Lachmann* : Mimantis *Ellis* aquas ς poena Athamantiadae *Hertzberg* (*prob. Camps III 85; cf. tamen Vahlen Ges. Phil. Schr. II 168, Nethercut Herm. 99 [1971] 248-251*) **23** nec F (*corr.* F[4]) L P D : hic *Lachmann* : heu *Damsté*; *de* hoc *pro enuntiato relatiuo cf. 3,12,30* **39** capharea ω; *ipse correxi, coll. ThLL Onom. II 156,17sqq.* **42** soli ω (*quod frustra deff. W. A. Baehrens Ph 72 [1913] 264sq., Rothstein II 57*) : noti *Knauth, corr.* ς (*qui et* solum *coni.*); *cf. Anth. Lat. 637,11sq. R.* sanguine Sisyphio generatus uenit Vlixes / et tutos solita praestitit arte uiros **43** patrios *Heinsius*; *cf. Rothstein II 57* **44** dixisset F (*corr.* F[4]) L P

uiueret ante suos dulcis conuiua Penatis, 45
pauper, at in terra nil nisi fleret opes.
non tulit haec Paetus, stridorem audire procellae
et duro teneras laedere fune manus;
sed thyio thalamo aut Oricia terebintho
ecfultum pluma uersicolore caput. 50
hunc paruo ferri uidit nox improba ligno 53
et miser inuisam traxit hiatus aquam; 52
huic fluctus uiuo radicitus abstulit unguis; 51
Paetus ut occideret, tot coiere mala. 54

45 ante suos biberet *Phillimore* **46** et P Δ interea F (*corr.* F[2]) nil ubi flere potest N F (*et* F[4]) L P Vo (*deff. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 177, Rothstein II 58; sed* nisi *et* ubi *in codicibus confunduntur ap. Cic. fin. 2,44, Lucan. 9,578; cf. Housman Class. Pap. 273*) : nil nisi flere potest D V F[3] : nil, ubi flere, potes *Phillimore* : nil, ubi fleris, opes *Foster* : nil, ubi flere pote, est *Pasoli*; *corr. Baehrens, probb. Housman Class. Pap. 273 (coll. Ouid. fast. 2,302; 3,56; Ib. 420), Sh. Bailey 153, qui Calp. ecl. 4,34* tu nostras miseratus opes *confert* **47** num tulit *Phillimore* : nunc tulit *Barber* : noluit *O. Skutsch*; *tradita deff. Gildersleeve AJPh 4 (1883) 210 (qui* non tulit = οὐκ ἔτλη, *i. e.* non is fuit qui ferret *interpretatur), Smyth ClQ 41 (1951) 74-79; cf. etiam Sh. Bailey 153* (non tulit = non sustinuit), *K.-St. I 675* non tulerat (tulerit *iam Heinsius*) Paetus *Sh. Bailey dub.* hoc F : hunc L P Δ : hic ς (*prob. Camps III 87; cf. tamen Gildersleeve AJPh 4 [1883] 209*) **48** *post hunc uersum lac. stat. Canter* **49** sed] seu *Barber*; *sed cf. Robertson TAPhA 100 (1969) 384* chio *uel* chyo ω (*def. Hårleman Er 28 [1930] 100-102, coll. Cic. diu. 2, 21, Verg. Aen. 4,391sq., Plin. nat. 36,5*), *corr. Santen* (thyiae *iam Itali*); *cf. Rothstein II 368* calamo F L P V Vo : ad calamum F[4] orythia (*uel* corythia *uel sim.*) ω, *corr.* ς; *cf. Verg. Aen. 10,136* inclusum buxo aut Oricia terebintho, *Norden Aen. 438* **50** et fultum N L P Δ F[4] : furtum F : effultum ς *et Beroaldus* (*def. Hårleman Er 28 [1930] 102, coll. Verg. Aen. 7,94; 8,368; Mart. 3,82,7*) : est fultum *Palmer, corr. Jones* **51** *et* **53** *inter se mut. Fischer*, **51-52** *et* **53-54** *Smyth* **52** inuitam F D V (*corr.* F[4] V[2]); *sed cf. ThLL VII*

flens tamen extremis dedit haec mandata querelis, 55
  cum moribunda niger clauderet ora liquor:
'Di maris Aegaei, quos sunt penes aequora, uenti,
  et quaecumque meum degrauat unda caput,
quo rapitis miseros primae lanuginis annos?
  attulimus longas in freta uestra manus. 60
a miser alcyonum scopulis affligar acutis!
  in me caeruleo fuscina sumpta deo est!
at saltem Italiae regionibus euehat aestus:
  hoc de me sat erit si modo matris erit.'
subtrahit haec fantem torta uertigine fluctus; 65
  ultima quae Paeto uoxque diesque fuit.
o centum aequoreae Nereo genitore puellae,
  et tu materno tracta dolore Theti[s];
uos decuit lasso supponere bracchia mento:
  non poterat uestras ille grauare manus. 70
at tu, saeue Aquilo, numquam mea uela uidebis:
  ante fores dominae condar oportet iners.

2,192,8sqq. et miserum inuita traxit hiatus aqua *Lachmann*
51 uiuos *Palmier* **57** et quos *J. H. Voss*; *cf. tamen Sh. Bailey 154, ThLL V 2,877,18-53*
60 haud tulimus *Heinsius* : an tulimus *Arntzen* : at tulimus *Smyth* sanctas *Waardenburgh* comas *Oudendorp* (*fort. recte: cf. enim 4,6,31* non ille attulerat crines in colla solutos); *tradita deff. B.-B. 279, Smyth ClQ 45 (1951) 78; sed cf. Sh. Bailey 154. Et* longas *et* manus *dubitanter accepi; nulla enim interpretatio mihi persuasit* **61** affligor D V : affigar ς; *sed cf. Cic. Rab. Post. 25* **63** aduehat *uel* auehat ς : inuehat *Barber* (*coll. Curt. 9,2,27*); *sed cf. Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 121, ThLL V 2,1007,44-55* **66** ultimaque haec *Beroaldus*; *cf. tamen 2,13,34, Rothstein II 61* noxque F L P D V (*corr.* V²) **68** tacta Vo V² (*fort. recte: cf. enim Enk Comm. crit. 230*) : fracta *Heinsius*; *uide Sh. Bailey 155* thetis N F⁴ P² V² *in ras.* : thethis Vo : petis L P : pedis F D, *corr. Puccius*; *cf. Housman ad Lucan. 8,251* **69** lapso Vo V²; *cf. Ouid. Pont. 2,3,29; 2,6,14*

8

Dulcis ad hesternas fuerat mihi rixa lucernas,
uocis et insanae tot maledicta tuae,
cum furibunda mero mensam propellis et in me
proicis insana cymbia plena manu.
tu uero nostros audax inuade capillos 5
et mea formosis unguibus ora nota,
tu minitare oculos subiecta exurere flamma,
fac mea rescisso pectora nuda sinu!
nimirum ueri dantur mihi signa caloris:
nam sine amore graui femina nulla dolet. 10
quae mulier rabida iactat conuicia lingua,
haec Veneris magnae uoluitur ante pedes.

8 ad amicam in cena ebriam P : *priori coniung.* F L D V **1** hex ternas L : externas D V (*cf. ThLL VI 3,2667,54sqq.*) : extremas Vo V[2] **2** *aut hic* iratae *aut in u. 4* irata *Camps*; *sed eadem iterationum exempla inuenire possumus ap. Prop. 1,2,9-11; 1,4,5-7; 1,10,1-3; 3,4,16-18; 3,8,18sq.; 3,9,37-39; 3,11,16sq. 19-21; 3,13,64sq.; 4,4,39sq.; cf. Sh. Bailey 9* insanae] iratae *Camps*; *cf. Ouid. epist. 11,74* insana regia uoce sonat, *Mart. 1,49,37* mereatur alius grande et insanum sophos **3** cur ω : dum *Broukhusius, corr. Beroaldus*; *cf. B.-B. 280* **4** insana] irata *Burman* : infesta *Palmer* : infensa *Postgate*; *cf. 1,6,16* insanis ora notet manibus, *Ouid. am. 3,6,58* pectoraque insana plangis aperta manu *et Rothstein II 63* **11** rabida] grauida ω (*fortasse ex u. 10* graui), *corr. Scaliger*; *sunt qui censeant uocem* grauida *sc.* conuiciis *retinendam esse, nullo tamen exemplo allato: cf. B.-B. 280; praeterea eadem corruptela inuenitur in codicibus Auiani (fab. 26,12)* **12** haec] et ω : aut *Schrader, corr. Liuineius*; et = etiam *def. Thörnell Er 25 (1927) 220sq., coll. 2,26,28* qui dare multa potest, multa et amare potest, *Liu. 41,14,6* ne Histri idem quod et Ligures facerent, *Sen. epist. 78,17* necesse est, ut exsurgit (*sc.* morbus), et desinat; *quod iure refellit Sh. Bailey 156* *post u.* 12 *lac. pos. Broukhusius*

custodum gregibus circa se stipat euntem,
seu sequitur medias, Maenas ut icta, uias,
seu timidam crebro dementia somnia terrent, 15
seu miseram in tabula picta puella mouet,
his ego tormentis animi sum uerus haruspex,
has didici certo saepe in amore notas.
non est certa fides, quam non in iurgia uertas:
hostibus eueniat lenta puella meis! 20
in morso aequales uideant mea uulnera collo:
me doceat liuor mecum habuisse meam.
aut in amore dolere uolo aut audire dolentem,
siue meas lacrimas siue uidere tuas,
tecta superciliis si quando uerba remittis, 25
aut tua cum digitis scripta silenda notas.

13-18 *del. Housman* **13** custodem L P D V : custodum et *Lachmann* circum ς : si qua (*sc.* uia) *Barber* se] seu *Lachmann* (seu quum *pro* circa se *coni. iam Muretus*), *prob. Camps III 90*; *tradita iure def., post B.-B. 280, Hubbard ClQ 62 (1968) 315sq., quae de* seu *omisso 2,26,34* prora cubile mihi seu mihi puppis erit, *K.-St. II 436 confert* **14** acta ς; *sed cf. Ps. Verg. Ciris 166, Ouid. ars 2,380, Phaedr. app. 6,6 aliaque exempla ap. ThLL VII 1,161,32sqq.* **16** miserum Δ **18** has] nam F (*corr.* F[4]) L P D certas ς; *sed cf. Rothstein II 65* **19** qua F (*corr.* F[2]) iniurgia N : iuria F : iniuria L P Δ F[2] uersat N L P Δ : uertat F, *corr. Vahlen* (*cf. etiam Housman Class. Pap. 243*) quae non in iurgia uertat *Phillimore* **21** immorso ς (*prob. Rothstein II 66; fort. recte: cf. enim ThLL VII 1,492,10sqq.*) **24** tuas . . . meas *Sandström* (*probb. B.-B. 280*) *post u.* 24 *lac. stat. L. Müller* : 25-26 *hic alienos esse censent multi post Dorville*; *cf. tamen E. Reitzenstein Wirkl. 61. 100sq.* **26** mea *Barber*; *sed cf. Ouid. am. 1,4,17-20* me specta nutusque meos uultumque loquacem: / excipe furtiuas et refer ipse notas: / uerba superciliis sine uoce loquentia dicam; / uerba leges digitis, uerba notata mero; *adde Tib. 1,2,21sq.; 1,6,19sq.; Ouid. trist. 2,453sq. et de re uide Camps III 91* dicta *Guyet* : signa *Markland*; *sed cf. Auson. epist. 31,4 P.* nulla tua uidi scripta notata manu

odi ego quos numquam pungunt suspiria somnos:
  semper in irata pallidus esse uelim.
dulcior ignis erat Paridi, cum Graia per arma
  Tyndaridi⟨s⟩ poterat gaudia ferre suae: 30
dum uincunt Danai, dum restat barbarus Hector,
  ille Helenae in gremio maxima bella gerit.
aut tecum aut pro te mihi cum riualibus arma
  semper erunt: in te pax mihi nulla placet.
gaude, quod nulla est aeque formosa! doleres, 35
  si qua foret: nunc sis iure superba licet!
at tibi, qui nostro nexisti retia lecto,
  sit socer aeternum nec sine matre domus!
cui nunc si qua data est furandae copia noctis,
  offensa[m] illa mihi, non tibi amica, dedit. 40

27 quae ω (*deff. B.-B. 280*) : cui *Baehrens* (*fort. recte*), *corr.* F²; *cf. Camps III 92* rumpunt *Heinsius*; *sed cf. Rothstein II 67* **28** in irata] miratam F : in iratam L P Δ F⁴; *cf. tamen Ouid. am. 3,6,25sq.* Inachus in Melie Bithynide pallidus isse / dicitur *aliaque exempla ap. Tränkle 91* **29** cum] quo D V (*corr.* D² V²) grata ω, *corr. Palmier*; *tradita deff. Rothstein II 67, B.-B. 281, Camps III 92; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 191, Sh. Bailey 157* **30** tyndaridi ω, *corr. cod. Paris. Lat. 7990 (probb. Phillimore ClR 29 [1915] 44, Sh. Bailey 157, qui 2,8,17* Tithoni gaudia, *Ouid. met. 9,484* gaudia quanta tuli *confert*) **34** in te] uitae D V (*corr.* V²); *cf. Tränkle 91* **35-40** *hic alienos esse censet Postgate* (*cf. B.-B. 281 et Camps III 89. 93, qui aliud carmen incipit*) : **35-36** *del. Burman, prob. Sh. Bailey 157sq.*; *sed nihil mutandum, ut dilucide ostendit Hubbard ClQ 62 (1968) 316; uide etiam Jacoby Kl. Schr. II 247sqq.* **37** ac L P (*corr.* P²); *cf. ThLL II 995,1sqq.* nexisti P^rec *Prisc. gramm. II 536,15 K. et Diom. gramm. I 369,22 K.* (*qui perperam* nexisti retia lecto *Maecenati tribuit: cf. Keilii app. ad loc.*) : tendisti ω **40** offensam ω, *corr.* ς (*et Puccius*); *cf. ThLL IX 2,493,34sqq.*

9

Maecenas, eques Etrusco de sanguine regum,
  intra fortunam qui cupis esse tuam,
quid me scribendi tam uastum mittis in aequor?
  non sunt apta meae grandia uela rati.
turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus 5
  et pressum inflexo mox dare terga genu.
omnia non pariter rerum sunt omnibus apta,
  palma nec ex aequo ducitur una iugo.
gloria Lysippo est animosa effingere signa;
  exactis Calamis se mihi iactat equis; 10
in Veneris tabula summam sibi poscit Apelles;
  Parrhasius parua uindicat arte locum;

9 ad m(a)ecenatem F L D V : ad mecenatem excusatio cur non scribat de aliquibus gestis urbis ad quae scribenda mecenas ipsum inuitauerat P **2** inter F (*corr.* F^4) D : infra *Liuineius*; *sed cf. Ouid. trist. 3,4,25, Sen. pat. contr. exc. 4,3,1, Sen. fil. epist. 19,5, Sil. 14,465 aliaque exempla ap. ThLL VII 2,37. 55sqq.; uide etiam Sh. Bailey 158* tua F L D V (*corr.* F^2 V^2) **7** rebus *Eyb* : raro *Ayrmann*; *cf. tamen K.-St. I 428, H.-Sz. 56, Sh. Bailey 158* **8** flamma N F P V Vo (*perperam prob. Rothstein II 70; cf. contra Sh. Bailey 159*) : flamina L D, *corr.* ς, *qui et* fama *coni.* ex uno *Guyet* : ex imo *Heinsius* : exiguo *Damsté*; *sed cf. Camps III 94, Abel RhM 105 (1962) 286* ulla ω, *corr.* ς; ulla *deff. B.-B. 282; sed cf. Jones ClR 68 (1954) 98, Sh. Bailey 159* rogo F^2 P^2; *sed cf. 4,10,4* non iuuat e facili lecta corona iugo, *Lucr. 1,118* (Ennius) detulit ex Helicone perenni fronde coronam **9** animata *Heinsius*; animosa *perperam interpretatur Vollmer ThLL II 89, 2sq.: cf. Rothstein II 70. 369* fingere F L P Δ : ecfingere *Housman* (*prob. Jones ClR 68 [1954] 99; sed de scriptura cf. ThLL V 2,185,5 et de notione ibid. 24sqq.*) **10** calamus ω, *corr.* ς **11** posita F L : ponit Vo F^4 V^2; *cf. Varr. ap. Non. 596,5-7 L.* poscere, accipere. Varro Parmenone: "in quibus partibus, in argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus"

argumenta magis sunt Mentoris addita formae;
at Myos exiguum flectit acanthus iter;
Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno; 15
Praxitelen propria uendit ab urbe lapis.
est quibus Eleae concurrit palma quadrigae,
est quibus in celeres gloria nata pedes;
hic satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis:
naturae sequitur semina quisque suae. 20
at tua, Maecenas, uitae praecepta recepi,
cogor et exemplis te superare tuis.
cum tibi Romano dominas in honore securis
et liceat medio ponere iura foro,
uel tibi Medorum pugnaces ire per hastas 25
atque onerare tuam fixa per arma domum,
et tibi ad effectum uires det Caesar et omni
tempore tam faciles insinuentur opes,

14 at] ad ω, *corr.* ς Myos] muros N : nuros F Δ : miros L P D[2], *corr. Beroaldus* **16** uendit ab] uindicat ω (*nisi quod* uendicat P, *sicut in u.* 12) : uenditat *Burman* : uendit at *Housman* (*sed cf. Sh. Bailey 161*), *corr. Barber*; uindicat *def. Rothstein II 74, coll. Cic. de orat. 2,7* ut laudem eorum ... ab obliuione hominum atque a silentio uindicaret; *sed haud dubie* uindicat *e u. 12 huc irrepsit*; *quod adtinet ad* uendere *cf. 1,2,4* teque peregrinis uendere muneribus, *Iuuen. 7,135* purpura uendit causidicum; *de* ab *cf. e. g. 4,6,37sq.* **17-18** sunt quibus ... sunt quibus ς; *sed Graecum* ἔστιν οἷς *imitatur Propertius: cf. Tränkle 75, K.-St. II 306, H.-Sz. 559* **17** concurrunt Vo V[2] (*prob. Rothstein II 74*); *cf. ThLL IV 112,58, Tränkle 74* **19** satis F (*corr.* F[2]) L P **20** sequimur *Broukhusius* **21** et F (*corr.* F[2]) **22** conor *Heinsius*; *sed cf. Rothstein II 74, Tränkle 27* **24** promere *Ruhnken*; *tradita def. Sh. Bailey 161, qui de zeugmate Verg. Aen. 1,264* moresque uiris et moenia ponit *confert; de nexu* ponere iura *cf. 4,9,64* **25** hostes ω : astus *Lachmann* : arcus *Heluetius, corr. Markland* (*prob. Sh. Bailey 162, qui Lucan. 7,232* illic pugnaces commouit Hiberia caetras *confert; cf. etiam Hor. carm. 3,2,3sq.* Parthos feroces / uexet eques metuendus hasta *aliaque exempla ap. ThLL VI 3,2551, 12sqq.*) **26** ornare *Dempster* **27** ad affectum ς; *sed cf. 1,10,28, ThLL V 2,131,14sqq.*

parcis et in tenuis humilem te colligis umbras:
  uelorum plenos subtrahis ipse sinus. 30
crede mihi, magnos aequabunt ista Camillos
  iudicia, et uenies tu quoque in ora uirum,
Caesaris et famae uestigia iuncta tenebis:
  Maecenatis erunt uera tropaea fides.
non ego uelifera tumidum mare findo carina: 35
  tota sub exiguo flumine nostra mora est.
non flebo in cineres arcem sedisse paternos
  Cadmi nec septem proelia clade pari,
nec referam Scaeas et Pergama Apollinis arces,
  et Danaum decimo uere redisse ratis, 40
moenia cum Graio Neptunia pressit aratro
  uictor Palladiae ligneus artis equus.
inter Callimachi sat erit placuisse libellos
  et cecinisse modis, Coe poeta, tuis.

30 contrahis *Heinsius*; *tradita def. Sh. Bailey 162, coll. Pind. Isthm. 2,40* ὑπέστειλ' ἱστίον, *et* subducere *ap. Bell. Alex. 45,3, Sil. 6,325*, substringere *ap. Mart. 12,28(29),17* **32** indicia ς; *sed cf. ThLL VII 2,614,57sqq.* **35** *om.* N : *del. Faltin* (*prob. Rothstein II 369; uide tamen Leo Kl. Schr. II 184sq., Housman Class. Pap. 276*) **36** tuta ς, *probb. Rothstein II 76, Kambylis 153 adn. 92* (*qui 3,3,22-24 confert*); *uide contra B.-B. 284* sub] sit ς : sed *Baehrens* efflumine F (*corr.* F[2]) L : est flumine P (*qui* est *post* mora *om.*) : e flumine D V (*corr.* V[2]) : flamine *Madvig (Adu. II 65: "scio dici* sub alta ualle *similiaque . . ., nauigantem dici a Propertio potuisse morari sub exiguo flumine, non credo")*; *de* sub *pro* in *cf. tamen Housman ad Manil. 3,338 (in addendis)* **37** sidisse paternam *Heinsius* : sedisse repentes *Postgate*; *sed cf. Rothstein II 369, Housman Class. Pap. 372* **38** septem] semper ω, *corr. Lipsius*; semper *def. Camps III 98; cf. B.-B. 284 et Cairns ClQ 65 (1971) 208* **44** Coe] dure ω (*quod e 2,34,44 fortasse huc irrepsit;* dure *interpretari conatur Rothstein II 369; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 191*) : Dore *Scriuerius* (*prob. Rothstein II 77; cf. tamen B.-B. 285*) : pure *Scaliger* : docte *Foster, corr. Beroaldus*; *cf. enim Knoche Gn 12 (1936) 264 adn. 2, Quadlbauer Ph 112 (1968) 105 adn. 3*

haec [c]urant pueros, haec [c]urant scripta puellas, 45
  meque deum clament et mihi sacra ferant!
te duce uel Iouis arma canam caeloque minantem
  Coeum et Phlegraeis Eurymedonta iugis;
celsaque Romanis decerpta Palatia tauris
  ordiar et caeso moenia firma Remo, 50
eductosque pares siluestri ex ubere reges,
  crescet et ingenium sub tua iussa meum;
prosequar et currus utroque ab litore ouantis,
  Parthorum astutae tela remissa fugae,
c⟨l⟩a⟨u⟩straque Pelusi Romano subruta ferro, 55
  Antonique grauis in sua fata manus.
mollia tu coeptae fautor cape lora iuuentae,
  dexteraque immissis da mihi signa rotis.
hoc mihi, Maecenas, laudis concedis, et a te est
  quod ferar in partis ipse fuisse tuas. 60

45 curant ... curant ω (*quod iniuria defendere conatur Stroh 105 adn. 160; de distichi interpretatione cf. Sh. Bailey 162*), *corr.* ς **47–56** *post u.* 20 *transt. Hetzel* **48** oromodonta *et sim.* ω : Oromedonta *Volscus* (*quem nonnulli editores secuti sunt, collato Theocr. 7,46*), *corr. Huschke*; *cf. enim Hom. Od. 7,58sq.* ὁπλοτάτη θυγάτηρ μεγαλήτορος Εὐρυμέδοντος, / ὅς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασίλευεν **49** *et* **51** *inter se mut. Peiper*; *cf. B.-B. 285* **54** ac tutae ... fugae *Passerat* : astuta ... fuga *Freinsheim*; *tradita def. Sh. Bailey, coll. Val. Fl. 6,698* nunc fuga conuersas spargit mentita sagittas, *Stat. Theb. 6,596sq.* credas e plebe Cydonum / Parthorumque fuga totidem exsiluisse sagittas **55** castraque ω, *corr. Palmier*; *cf. Plin. nat. 26,19, Stat. Theb. 10,474 et Sh. Bailey 164* **57** mollis ω (*def. Camps III 101, coll. Ouid. am. 2,3,5* mollis in obsequium facilisque rogantibus esses), *corr. Broukhusius*; *cf. Val. Fl. 6,365* molles ... habenas, *B.-B. 286, Sh. Bailey 164* molliter inceptae *Ayrmann* factor N : faustor F (*corr.* F[2]) L P; *cf. ThLL VI 389,79sqq.* **59–60** *post u.* 46 *transt. Lachmann, post u.* 48 *Enk*; *cf. Sh. Bailey 165* **60** ipse ruisse *Faltin* : lentius isse *Ayrmann*; *sed cf. Housman ad Lucan. 9,228, Tränkle 93, Fraenkel Kl. Beitr. II 307*

10

Mirabar, quidnam uisissent mane Camenae,
ante meum stantes sole rubente torum.
natalis nostrae signum misere puellae
et manibus faustos ter crepuere sonos.
transeat hic sine nube dies, stent aere uenti, 5
ponat et in sicco molliter unda minax.
aspiciam nullos hodierna luce dolentis;
et Niobae lacrimas supprimat ipse lapis;
alcyonum positis requiescant ora querelis;
increpet absumptum nec sua mater Itym. 10
tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis,
surge et poscentis iusta precare deos.

10 de niobe F L D V : de natali amice P **1** misissent ω (*fortasse ex u. 3; tradita frustra def. Rothstein II 82*), *corr. Guyet* **2** sole oriente *Heinsius*; *sed cf. Lucr. 5,462* matutina rubent radiati lumina solis **3** miserere F L D V (*corr.* V[2]) : uisere *Heinsius* : risere *Richards*; *de nexu* signum mittere *cf. Enn. ann. 84 V[2], Plaut. Capt. 1035 aliaque exempla a Sh. Bailey 301 allata* **6** ponet N F (*corr.* F[3]) L Vo minas Vo F[3] V[2]; *sed cf. Hor. carm. 1,12,31sq.* et minax, quod sic uoluere, ponto / unda recumbit, *Lucan. 5,566* aestuat unda minax *et de* ponere *intrans. usurp. cf. Verg. Aen. 7,27* cum uenti posuere, *10,103* tum Zephyri posuere, *Ouid. epist. 7,49* iam uenti ponent; minas *def. Sh. Bailey 166, mea sententia minimi momenti argumentis nisus; cf. etiam Cairns Herm. 99 (1971) 151, Lyne G&R S. II 20 (1973) 41* **12** praesentes ς : poscendos *Lachmann*; *intellege tamen* precare iusta deos poscentes (te iusta precari) *et uide Sh. Bailey 166, qui confert 2,1,11* seu cum poscentes (*sc.* somnum) somnum declinat ocellos (*uide tamen app. meum ad loc.*), *Lucan. 1,29* desuntque manus poscentibus (*sc.* manus) aruis *et, quod adtinet ad uocem* iusta *a* precare *pendentem, Sil. 4,793* iusta ite precari, *Tac. ann. 3,36,2* neque a dis nisi iustas supplicum preces audiri

ac primum pura somnum tibi discute lympha
  et nitidas presso pollice finge comas:
dein, qua primum oculos cepisti ueste Properti, 15
  indue, nec uacuum flore relinque caput;
et pete, qua polles, ut sit tibi forma perennis,
  inque meum semper stent tua regna caput.
inde coronatas ubi ture piaueris aras,
  luxerit et tota flamma secunda domo, 20
sit mensae ratio, noxque inter pocula currat,
  et crocino naris murreus ungat onyx.
tibia nocturnis succumbat rauca choreis,
  et sint nequitiae libera uerba tuae,
dulciaque ingratos adimant conuiuia somnos, 25
  publica uicinae perstrepat aura uiae.
sit sors et nobis talorum interprete iactu,
  quem grauibus pennis uerberet ille puer.

13 at ς (*probb. Camps III 103, Lyne G&R S. II 20 [1973] 42*) **15** denique F (*corr.* F[4]) D[2] : te qua L P D V (*corr.* V[2]) : de in qua Vo **17–18** *om.* N : *damn. nonnulli post Lachmann* : *post u.* 12 *transt. Barber dub.* : *post u.* 14 *transt. Richmond*; *uide Housman Class. Pap. 277, Sh. Bailey 166sq., Camps III 103* **17** pelles F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) **19** tibi F L D V (*corr.* F[4] V[2]) : bi P (*in ras. duar. litter.*) **21** uoxque D V : moxque Vo : mox *et* nox V[3]; *cf. Tränkle 116* **22** murrea pungat *Garrod*; *tradita def. Sh. Bailey 167, coll. Prud. perist. 10,363* auras madentes Persicorum aromatum **23–26** *del. Heimreich* **23** nocturnis] continuis *Housman* pauc(h)a F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) **25–26** *post u.* 22 *transt. Sandbach* **25** dulcia N conuicia *Broukhusius*; *sed cf. Rothstein II 84* **26** perstrepet N L P Δ; *cf. app. ad u. 6* (ponat) ara ς *(et Guyet)* : ora *Heinsius*; aura *def. Sh. Bailey 168, coll. Verg. Aen. 12,691; Anth. Lat. 452,5 R.; 635,20 R.; de resurr. Dom. die (falso Lact. trib.; nunc Venantio Fortunato attr.) 32* **27** sit sors e *Phillimore* : sint sortes *Sandbach*; *tradita iure def. Camps III 104*; *de* et *tertio loco, contra Phillimore ClR 29 (1915) 45 et Sandbach ClR 52 (1938) 214sq., cf. 1,4,15; 3,6,16; 3,11,46; Hofmann ThLL V 2,897,78–84* **28** grauius *Guyet, probb. Phillimore ClR 29 (1915) 44sq. et Sh.*

cum fuerit multis exacta trientibus hora,
  noctis et instituet sacra ministra Venus, 30
annua soluamus thalamo sollemnia nostro,
  natalisque tui sic peragamus iter.

11

Quid mirare, meam si uersat femina uitam
  et trahit addictum sub sua iura uirum,
criminaque ignaui capitis mihi turpia fingis,
  quod nequeam fracto rumpere uincla iugo?
† uenturam † melius praesagit nauita † mortem †, 5
  uulneribus didicit miles habere metum.
ista ego praeterita iactaui uerba iuuenta:
  tu nunc exemplo disce timere meo.
Colchis flagrantis adamantina sub iuga tauros
  egit et armigera proelia seuit humo, 10
custodisque feros clausit serpentis hiatus,
  iret ut Aesonias aurea lana domos.

Bailey 168; *sed cf. Cairns Herm. 99 (1971) 155*
31 thalamo et F L P D V **32** sic] ter Vo V²

11 de imperiis feminarum (contra *add.* F) F L D V : de imperio mulierum in uiris P **5** mortem N F L D V : noctem Vo F³ P² *in ras.* V²; *uersus uix sanus, a nonnullis multis modis emendatus* : uenturum ... motum *Palmer* : uentorum (*Postgate*) ... motum *Owen* (*fort. recte*) : uenturum ... uentum *Richards* (*prob. Sh. Bailey 169, qui Verg. Aen. 10,99, Lucan. 3,596, Sen. Ag. 469, Calp. ecl. 4, 53, Coripp. Ioh. 8,205 confert*) : uentum iam ... notum *Barber* : uentorum ... motus *Camps* : uentorum ... uires *Brennan* : *alii alia*; *fortasse* melius quam uector *intellegendum; attamen, ut recte contendit Sh. Bailey, nauta procellas praesagire potest; mortem praesagire uel medici uel uatis est*

ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittis
Maeotis Danaum Penthesilea ratis;
aurea cui postquam nudauit cassida frontem, 15
uicit uictorem candida forma uirum.
Omphale in tantum formae processit honorem,
Lydia Gygaeo tincta puella lacu,
ut, qui pacato statuisset in orbe columnas,
tam dura traheret mollia pensa manu. 20
Persarum statuit Babylona Semiramis urbem,
ut solidum cocto tolleret aggere opus,
et duo in aduersum mitti per moenia currus
nec possent tacto stringere ab axe latus;
duxit et Euphraten medium, quam condidit, arcis, 25
iussit et imperio subdere Bactra caput.

13–16 *post u.* 20 *transt. Housman* **14** Maeotis] iniectis F P Δ (*corr.* F[4] P[2]) : nectis L; *cf. Housman Class. Pap. 255* **15** qui F (*corr.* F[2]) L P D **16** uirum] suum ς; *sed cf. Ouid. epist. 20,70* utraque uictorem nempe secuta uirum **17** *nou. eleg. inc.* F omphaliae D : omphale et (*uel* in) ς; *de hiatu cum syllabae correptione cf. e. g. Verg. georg. 1,281; Aen. 3,211; 5,261* **21** *nou. eleg. inc.* F L P D V **23** missi ω : misit ς : inmissi *Dousa, corr. Tyrrell* (*i. e.* ut possent mitti nec possent stringere; *uersum recte interpretatur Housman Class. Pap. 299sq., qui confert, de uerbalis uocis structura* ἀπὸ κοινοῦ, *Ouid. met. 13,360* manu fortes nec sunt mihi Marte secundi, *i. e.* sunt fortes nec sunt secundi). *De re uide Herodot. 1,179,3, Thuc. 1,93,5, Aristoph. Au. 552. 1126–1129 et cf. Mastromarco QS 6 (1977) 41–50* **24** ne P D V; *sed uide quae ad u. 23 adnotaui*; missi . . . ne *parum recte def. Sh. Bailey 170: cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 317* **25** qua N Vo F[4] P[2] V[2] (*quod uix retineri potest: cf. enim B.-B. 288*) : quas *Markland* arces N L P Δ F[2] : artes F, *corr. Baehrens*; arcis *prob. Housman Class. Pap. 273, qui de huius uersus structura confert Ouid. met. 13,916* innitens, quae stabat proxima, moli; *cf. praeterea Sh. Bailey 170, qui corruptelam a Verg. buc. 2,61* Pallas quas condidit arces *originem trahere censet* **26** subdere] surgere ω, *corr. Burman sen.*; *cf. Diod. 2,6 et de corruptelae origine Sh. Bailey 170*

nam quid ego heroas, quid raptem in crimina diuos?
  Iuppiter infamat seque suamque domum.
quid, modo quae nostris opprobria nexerit armis,
  et (famulos inter femina trita suos!) 30
coniugis obsceni pretium Romana poposcit
  moenia et addictos in sua regna Patres.
noxia Alexandria, dolis aptissima tellus,
  et totiens nostro Memphi cruenta malo,
tres ubi Pompeio detraxit harena triumphos! 35
  tollet nulla dies hanc tibi, Roma, notam.
issent Phlegraeo melius tibi funera campo,
  uel tua si socero colla daturus eras.
scilicet incesti meretrix regina Canopi,
  una Philippeo sanguine adusta nota, 40

27 in crimine ω, *corr.* V²; *de uersus interpretatione cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 317* **28** infamet *Hosius dub.* **29** *nou. eleg. inc. Kuinoel* uexerit ω (*sed* opprobria uehere *nimis inepte dicitur exemplisque caret: cf. B.-B. 289*) : uexerat ς, *corr. Sh. Bailey (praeeunte cod. Vat. Barber. VIII 23)*; *intellege* nexerit *i. q.* quae tanta erat audacia ut necteret **30–31** et (famulos ... suos!) / coniugis *sic dist. Rothstein* **31** coniugii *Passerat, quem nonnulli editores secuti sunt, quibus durius uidetur epitheton q. e.* obscenus *Antonio tributum; cf. tamen de genet.* coniugii *quae Norden Aen. 293 iure monet et de re Nethercut TAPhA 102 (1971) 423; quod adtinet ad adiect.* obscenus *de animantibus, cf. ThLL IX 2,161,28sqq.* **35** hec F (*corr.* F⁴) : res L : re P (*corr.* P²) ubi] tibi F L P (*corr.* P²) **36** *et* **40** *inter se mut. Lachmann* **39** *nou. eleg. inc.* F L P **40** sanguini V²; sanguine *pro dat. in* -e *exeunte iniuria habet Haglund Er 30 (1932) 46sq.; non recte interpretatur Rothstein II 94 ("una ex omnibus, qui Philippeo sanguine sunt, adusta nota"); uide etiam ThLL I 899,28:* nota *enim casus nom. est,* unus *idem ac* praecipuus *ualet et nexus* Philippeo sanguine *pro abl. loc. liberius usurpato (ut in 1,8,11; 3,6,24; 4,8,11) est habendus: cf. B.-B. 290, Sh. Bailey 171* inusta ς; *sed cf. Haglund Er 30 (1932) 46*

ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubim,
  et Tiberim Nili cogere ferre minas,
Romanamque tubam crepitanti pellere sistro,
  baridos et contis rostra Liburna sequi,
foedaque Tarpeio conopia tendere saxo, 45
  iura dare ⟨et⟩ statuas inter et arma Mari!
quid nunc Tarquinii fractas iuuat esse securis,
  nomine quem simili uita superba notat,
si mulier patienda fuit? cape, Roma, triumphum
  et longum Augusto salua precare diem! 50
fugisti tamen in timidi uaga flumina Nili:
  accepere tuae Romula uincla manus.
bracchia spectaui sacris admorsa colubris
  et trahere occultum membra soporis iter.
'Non hoc, Roma, fui[t] tanto tibi ciue uerenda!' 55
  dixerat assiduo lingua sepulta mero.

41 nostro est P **44** conchis P : cunctis Δ (*corr.* V[2]) **45** canopeia ω : canopia V[2], *corr.* ς *(et Heinsius)*; *cf. Tränkle 115* **46** dare et] dares *Palmer* et *ante* statuas *om.* ω, *add.* ς (*intellege*: "et iura dare inter statuas et arma Mari"; *de particula* et *tertio loco cf. 3,10,27*) **47–50** *post u.* 60 *transt. Housman* **48** uocat D V (*corr.* V[2]) **49** rape *Heinsius* : cane *Camps* (*coll. Ouid. am. 1,2,33sq.* ad te sua bracchia tendens / uulgus 'io' magna uoce 'triumphe' canet; *cf. tamen Sen. Herc. O. 562* cape hunc triumphum solus) **51** timida F : tumidi Vo F[4] V[2]; *cf. Norden Aen. 325* uada N F L P, *uno Phillimore probante, qui* uada *pro adiect. habet, conferens* femina turba (*2,31,4*). Vagus *tamen ad Nili Delta (Mela 1,51) uel potius ad annuas Nili inundationes pertinet: cf. Plin. paneg. 30,4* uagus ille, cum expanditur, amnis *et Sh. Bailey 173* **55** haec ς fuit ω, *corr.* ς; fuit *def. Camps III 109, qui* haec *pro* hoc *legit uerbaque poetae, non Cleopatrae, tribuit: cf. tamen B.-B. 291* **56** dixerat] dixit et ω, *corr. Housman*; dixerat *perfecti uice fungitur, ut saepe ap. Propertium*; et *i. q.* etiam *def. Camps III 110: cf. tamen Sh. Bailey 173* 'et ... mero' *dist. Haupt*; *cf. tamen Sh. Bailey 173*

septem urbs alta iugis, toto quae praesidet orbi,
 femineo timuit territa Marte minas. 58
nunc ubi Scipiadae classes, ubi signa Camilli, 67
 aut modo Pompeia, Bospore, capta manu? 68
Hannibalis spolia et uicti monumenta Syphacis 59
 et Pyrrhi ad nostros gloria fracta pedes? 60
Curtius expletis statuit monumenta lacunis,
 at Decius misso proelia rupit equo,
Coclitis abscissos testatur semita pontis,
 e⟨s⟩t cui cognomen coruus habere dedit:
haec di condiderant, haec di quoque moenia seruant: 65
 uix timeat saluo Caesare Roma Iouem. 66
Leucadius uersas acies memorabit Apollo: 69
 tantum operis belli sustulit una dies. 70

57 toti F^3; *sed cf. 1,20,35, Tränkle 36sq.* **58** *om.* N : *damn. Richmond, praeeunte Rothstein II 370sq.*; *cf. tamen Leo Kl. Schr. II 184* f(a)emineas F L P Δ, *corr. Korsch*; *cf. Ouid. met. 12,605* aut si femineo fuerat tibi Marte cadendum (*quamuis durius sit uocem* minas *suo epitheto carere*) timuit P Δ F^4 : *om.* F L : extimuit *Korsch*; *sed cf. B.-B. 292* edita *Markland* (*non improbante Sh. Bailey 175*) **67-68** *post u.* 58 *transt. Passerat* (*prob. B.-B. 291*), *post u.* 46 *Lachmann; de uersuum ordine cf. Nethercut TAPhA 102 (1971) 429-36* **68** modo] ubi F capte *Heinsius*; *ad uocem* capta *supple* signa *e u. 67* **59** ornamenta *Palmer* : momenta *Damsté*; monumenta *in crucibus inclusit Barber, hoc uerbum e u. 61 huc irrepsisse ratus; cf. tamen, de eiusmodi iteratione uerborum, 3,13,63sq.* **61** curius N V Vo P^2 : durius F L P D : curcius F^3, *corr.* V^2 **62** ac L P D V (*corr.* V^2) **63** adscisos N : abscisos F P : abcisos L **64** et ω (*quod frustra def. Rothstein II 371*), *corr. Puccius* **65-66** *post u.* 60 *transt. Sh. Bailey* : **65-68** *post u.* 58 *transt. Housman* (*probb. Camps III 110, Hubbard ClQ 62 [1968] 318*) **65** condiderunt *Liuineius* **70** tanti operis bellum *Housman* (*def. Sh. Bailey 176, coll. Eur. Ion 60sq.* πολέμιος κλύδων / ὃν συμπονήσας καὶ συνεξελὼν δορί, *Sen. contr. 8,5* tu fregisti bellum, ego sustuli,

at tu, siue petes portus seu, nauita, linques,
   Caesaris in toto sis memor Ionio.

12

Postume, plorantem potuisti linquere Gallam,
   miles et Augusti fortia signa sequi?
tantine ulla fuit spoliati gloria Parthi,
   ne faceres Galla multa rogante tua?
si fas est, omnes pariter pereatis auari 5
   et quisquis fido praetulit arma toro!
tu tamen iniecta tectus, uesane, lacerna
   potabis galea fessus Araxis aquam.
illa quidem interea fama tabescet inani,
   haec tua ne uirtus fiat amara tibi, 10
neue tua Medae laetentur caede sagittae,
   ferreus aurato neu cataphractus equo,

Eutr. 2,20 bellum cum Samnitibus sustulerunt); *intellege tamen* tantam belli molem *et de genetiui iteratione cf. H.-Sz. 66; idem uersus initium* (tantum operis) *in 3,3,4 legitur*
72 in tuto *Fruter*

12 ad postumum de galla F L D V : ad postumum in militiam abeuntem inuita uxore galla P **4** facias F L P D V (*corr.* F[4] P[2] V[2]) : fugeres *Heinsius*; *cf. Housman Class. Pap. 281* **7** intecta *uel* in tecta ω : in texta F[4] : interea ς, *corr. cod. Paris. 8458*; *cf. ThLL VII 1,1612,38sqq.* **8** portabis *Camps dub.* (*coll. Tib. 2,6,8* ipse leuem galea qui sibi portet aquam) **9** flamma ς; *sed cf. Verg. Aen. 4,218* famam ... fouemus inanem, *Tac. hist. 4,11* erant ... qui principatus inanem ei famam circumdarent **10** tibi] sibi ς **12** ferreus] Sericus *Markland*; *sed adiect.* ferreus *iure def. Sh. Bailey 176, coll. Sall. hist. frg. 66 M.* equites cataphracti ferrea omni specie, *Seru. ad Verg. Aen. 11,770* cataphracti autem equites dicuntur qui et ipsi ferro muniti sunt et equos similiter munitos habent, *Amm. 25,1,12* erant autem omnes cateruae (*sc.* Persarum) ferratae aerato *Guyet* : armato *Broukhusius, prob. Camps III 113*; *sed cf. Verg. Aen.*

neue aliquid de te flendum referatur in urna:
sic redeunt, illis qui cecidere locis.
ter quater in casta felix, o Postume, Galla! 15
moribus his alia coniuge dignus eras.
quid faciet nullo munita puella timore,
cum sit luxuriae Roma magistra suae?
sed securus eas: Gallam non munera uincent,
duritiaeque tuae non erit illa memor. 20
nam quocumque die saluum te fata remittent,
pendebit collo Galla pudica tuo.
Postumus alter erit miranda coniuge Vlixes
(non illi longae tot nocuere morae,
castra decem annorum et Ciconum mons Ismara, 25
exustaeque tuae mox, Polypheme, genae [Calpe.
et Circae fraudes lotosque herbaeque tenaces,
Scyllaque et alternas scissa Charybdis aquas,

11,770sq. spumantemque agitabat equum, quem pellis aenis / in plumam squamis auro conserta tegebat catophrat(t)us N F L P V Vo (*corr.* F[4] V[2])
14 si credunt N F[4] : si credent F L P D V (*corr.* V[2]); *cf. Ouid. met. 11,727sq.* sic o, carissime coniunx, / sic ad me, miserande, redis qu(a)e F L P D **18** tu(a)e ω (*quo seruato* cui sis *coni. Palmer, fort. recte*), *corr.* ς **21** sanum F D[2] **24-37** (non ... uxor) *sic dist. Luck* **25** mors *Volscus* : domus *Baehrens* : manus *Lachmann* : mox *Wittig* : *alii alia*; *tradita recte deff. B.-B. 294* talpe L P D V F[4] : capta *Fontein* (*prob. Camps III 114, qui cum recentioribus codicibus* mors *pro* mons *legit*) **26** mox] lux *Suringar* : nox *Higt*; *sed* mox *recte interpretatur Rothstein II 106* (Polyphemi genae, quae mox exustae sunt) **27-38** *damnant nonnulli, teste Barber*; *cf. tamen quae fuse disputat de tota elegia Cairns Gen. Comp. 198-201* **28** alternans *Rossberg*; *non inepte: cf. enim 2,26,53sq.* nec umquam / alternante uorans uasta Charybdis aqua; *uide tamen Verg. Aen. 3,420-423* (Charybdis) sorbet ... fluctus rursusque sub auras / erigit alternos *et Seru. ad loc.* scissa] saeua *Faltin*; *sed cf. Camps III 114*

Lampeties Ithacis ueribus mugisse iuuencos
-pauerat hos Phoebo filia Lampetie - 30
et thalamum Aeaeae flentis fugisse puellae,
totque hiemis noctes totque natasse dies,
nigrantisque domos animarum intrasse silentum,
Sirenum surdo remige adisse lacus,
et ueteres arcus le[c]to renouasse procorum, 35
errorisque sui sic statuisse modum;
nec frustra, quia casta domi persederat uxor):
uincit Penelopes Aelia Galla fidem.

13

Quaeritis, unde auidis nox sit pretiosa puellis
et Venere[m] exhaustae damna querantur opes.
certa quidem tantis causa et manifesta ruinis:
luxuriae nimium libera facta uia est.

29 lampathi(a)e sithicis *uel sim.* ω, *corr.* ς **32** notasse F (*corr.* F²) L P D V : uacasse P² **34** latus (*fort. ex* laturus) F (*cf. tamen Housman Class. Pap. 352 adn. 3*) : latreus L P : locos *Schrader* : domos *Housman* (*qui* lacus *coni. ad u. 33*); *cf. tamen Rothstein II 107, ThLL VII 2,862,29sqq.* **35** artus D V (*corr.* V²) F³; *de plurali numero cf. K.-St. I 84* arcus ... reuocasse Vo : artes ... reuocasse *Jacob*; renouasse *def. Sh. Bailey 177, coll. Sil. 4,12; 7,343; Stat. Theb. 2,700; Ven. Fort. carm. 2,9,4* lecto ω, *corr.* F⁴ **37** h(a)ec Vo V² **38** uicit P : uincet ς (*cf. Rothstein II 371*) penelope N D V : penolope F L : penolopes P Vo, *corr.* V² l(a)el(l)ia ω, *corr. Gulielmius*

13 de auaritia et luxuria (luxu F) matronarum F L D V : de auaritia et luxu uiuendi matronarum P **2** uenerem ω, *corr.* ς; *cf. B.-B. 295* exhausto N **3** est F P D V (*corr.* V²) rapinis *Palmer*; *sed cf. Cic. Catil. 1,14* praetermitto ruinas fortunarum tuarum

Inda cauis aurum mittit formica metallis, 5
et uenit e Rubro concha Erycina salo,
et Tyros ostrinos praebet Cadmea colores,
cinnamon et multi pastor odoris Arabs:
haec etiam clausas expugnant arma pudicas,
quaeque gerunt fastus, Icarioti, tuos. 10
matrona incedit census induta nepotum
et spolia opprobrii nostra per ora trahit.
nulla est poscendi, nulla est reuerentia dandi;
aut si qua est, pretio tollitur ipsa mora.
felix Eois lex funeris una maritis, 15
quos Aurora suis rubra colorat equis!
namque ubi mortifero iacta est fax ultima lecto,
uxorum fusis stat pia turba comis,

6 Erycina] eritrea D[2] : erythraea ς (*def. Haupt Opusc. III 514sq., coll. Tib. 2,4,29, Lygd. 3,17, Mart. 5,37,4, Babr. 115,7; cf. tamen Plin. nat. 9,116. 121 et Sh. Bailey 177*) **8** pastor] coston *Guyet* (*prob. Haupt Opusc. III 515; cf. tamen Sh. Bailey 178*) : cultor *Fontein* (*fort. recte: cf. enim Ps. Tib. 3,8,18* cultor odoratae diues Arabs segetis) : pistor *Bury* (*prob. Sh. Bailey 178*); pastor *deff. W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 272, Camps III 116* **9** clausas] clauias (*ut uid.*) N : nifeas *sup.* N[2] : nymphas *L. Müller*; *sed cf. B.-B. 295 et de nexu Verg. catal. 1,2; Tib. 2,3,77; Prop. 3,3,49; 3,14,23; Nemes. ecl. 2,10* pudicas] puellas *Markland*; *def. Haupt Opusc. III 516, coll. 3,3,49; 3,14,23; cf. tamen Sh. Bailey 178* **10** terunt ω (*def. Rothstein II 109, coll. 1,7,9* hic mihi conteritur uitae modus; *sed hoc exemplum minimi momenti est; quae Tränkle 85 disputat ad textum traditum probandum corruptelae suspiciones augent*) : iterant *Heinsius* (*prob. Haupt Opusc. III 516*), *corr. Scioppius*; *de* gerunt *i. q.* praeferunt *Sh. Bailey 179 confert Seru. ad Verg. Aen. 2,278, Stat. silu. 1,1,15; contra de* gerunt *i. q.* habent *Camps III 116 confert Val. Max. 8,3,1* icariote (yc-) N Δ F[4] P[2] : icariore (yc-) F L P, *corr.* V[2]; Icarioti *def. Haupt Opusc. III 516, coll. Ps. Verg. Culex 265* Icariotis, *Ouid. Pont. 3,1,113* Icariotide

et certamen habent leti, quae uiua sequatur
coniugium: pudor est non licuisse mori. 20
ardent uictrices et flammae pectora praebent,
imponuntque suis ora perusta uiris.
hoc genus infidum nuptarum, hic nulla puella
nec fida Euadne nec pia Penelope.
felix agrestum quondam pacata iuuentus, 25
diuitiae quorum messis et arbor erant!
illis munus erant decussa Cydonia ramo
et dare puniceis plena canistra rubis,
nunc uiolas tondere manu, nunc mixta referre
lilia uimineos lucida per calathos, 30
et portare suis uestitas frondibus uuas
aut uariam plumae uersicoloris auem.

19-20 letum ... coniugii *Housman*; *tradita def. Sh. Bailey 179, coll. Ouid. met. 10,317* ad thalami certamen adest **23** hoc] hic F[4], *quod nonnulli probant*; *cf. tamen Plaut. Poen. 829sq.* quid illuc est genus, / quae illic hominum corruptelae fiunt *et Sh. Bailey 179* hic nulla] nupta F : innupta *uel* in nupta L D V (*corr.* V[2]) P *in ras.* **25** pagana *Gulielmius*; *sed cf. Manil. 4,140sq.* Taurus simplicibus dotabit rura colonis / pacatisque labor ueniet **26** quarum F (*corr.* F[4]) L P Δ **27** erat P Vo *in ras.* : *om.* L D munus erant *om.* F (munus erat *add. in mg.* F[4]) discussa N **30** uimineos] uirgineos ω : uirgatos *codd. Passeratii, corr. Fruter*; uirgineos *prob. Rothstein II 112; attamen eius exempla* uimineos *potius quam* uirgineos *defendunt: cf. enim Ouid. fast. 4,435* haec implet lento calathos e uimine nexos, *Ps. Verg. Copa 16* lilia uimineis attulit in calathis, *Mart. 3,58,39* et dona matrum uimine offerunt texto; *uide etiam Camps III 117, Baker Mn N. S. 27 (1974) 53-58* **32** uiricoloris N F (*corr.* F[4]) L V[2] : uaricoloris Vo : raricoloris *Heinsius* : uitricoloris *Ellis* (uitricoloris *def. Sh. Bailey 180, quamuis* ἅπαξ *sit, coll.* ὑαλόχρως); *cf. tamen 3,7,50* ecfultum pluma uersicolore caput, *Cic. fin. 3,18* plumae uersicolores columbis *et columbarum pauonumque plumae descriptionem ap. Lucr. 2,801-807*

his tum blanditiis furtiua per antra puellae
  oscula siluicolis empta dedere uiris.
inulei pellis † totos † operibat amantis, 35
  altaque natiuo creuerat herba toro,
pinus et incumbens lentas circumdabat umbras,
  nec fuerat nudas poena uidere deas;
corniger Idaei uacuam pastoris in aulam
  dux aries saturas ipse reduxit ouis. 40
dique deaeque omnes, quibus est tutela per agros,
  praebebant uestri[s] uerba benigna foci[s]:

33 cum L P D V   antra] rara N   35 inulei] atque hunili (*ut uid.*) N (atque hinuli *def. Whatmough ClR 41 [1927] 174; sed cf. B.-B. 296*) : humili F L : humilis P : hinuli Δ F[4] : hinulei *Scaliger*; *de scriptura cf. I. Kapp ThLL VII 2,240,16-23 et de prosodia Hor. carm. 1,23,1*   totos ω (*cf. Camps III 118 et contra Sh. Bailey 180*) : positos *Heinsius* : tutos *Sterke* (*sed cf. Sh. Bailey 180*) : stratos *Baehrens* : lentos *Housman* : iunctos *Sh. Bailey* : *alii alia* 37 l(a)etas F (*prob. Housman Class. Pap. 300*) : latas ς : lentis *Baehrens* (*cf. B.-B. 296*); lentas *tuetur Tränkle 79, coll. Plaut. Asin. 575* lictoris ulmeis adfectos lentis uirgis, *Catull. 61,106sq.* lenta ... uitis, *64,290sq.* lentaque sorore / flammati Phaetontis, *Verg. buc. 9,42* lentae uites, *georg. 4,558* lenti rami   39 Idaei] atque dei ω : atque sui *Heinsius* : Arcadii *Hertzberg* (*probb. B.-B. 296; uide tamen Sh. Bailey 181*) : atque die *Housman* : *alii alia*; *corr. Volscus* (pastor Idaeus = Paris)   cornigerique dei ς (*sed cf. B.-B. 296*) : crinigerique dei *Postgate* (*coll. Tib. 2,3,12* nec cithara intonsae profueruntque comae, *sc.* Apollini); *uide contra Housman Class. Pap. 370*   42 uestris ... focis ω (*sed cf. B.-B. 296sq.*) : nostris ... focis ς : festis ... focis *Heinsius* : castis ... focis *Ayrmann* : iustis ... focis *Baehrens* (*prob. Sh. Bailey 181, coll. Catull. 64,397sqq., Auien. Arat. 304*); *corr. Barber, qui recte* dique deaeque omnes *pro uocatiuo habet*; *cf. enim Verg. georg. 1,21, Aen. 6,64 (ubi* dique deaeque omnes *in hexametri initio pro uocatiuo usurpatur), Norden Aen. 142*

'Et leporem, quicumque uenis, uenaberis, hospes,
  et si forte meo tramite quaeris, auem:
et me Pana tibi comitem de rupe uocato, 45
  siue petes calamo praemia, siue cane.'
at nunc desertis cessant sacraria lucis:
  aurum omnes uicta iam pietate colunt.
auro pulsa fides, auro uenalia iura,
  aurum lex sequitur, mox sine lege pudor. 50
torrida sacrilegum testantur limina Brennum,
  dum petit intonsi Pythia regna dei:
at mons laurigero concussus uertice diras
  Gallica Parnasus sparsit in arma niues.
te scelus accepto Thracis Polymestoris auro 55
  nutrit in hospitio non, Polydore, pio.
tu quoque ut auratos gereres, Eriphyla, lacertos,
  dilapsis nusquam est Amphiaraus equis.
proloquar (atque utinam patriae sim uerus haruspex!):
  frangitur ipsa suis Roma superba bonis. 60

43–46 *hic alienos esse censet Housman* : *Dianae loquenti tribuit Ayrmann, Pani plerique post Carutti* : *ante u.* 43 *lac. stat. Heinsius* **43** et] ut F L P D V (*corr.* F⁴ V²), *quo retento* ut 'leporem ... cane' *dist. Richmond* quocumque *J. H. Voss* ueneraberis F L D V P² : uenerabis P : ueneberis (*ut uid.*) F⁴ **47** et F (*corr.* F²) L D **51** lumina F L P D V (*corr.* F⁴ V²) **53** mox F L P D V (*corr.* F⁴ V²), *prob. Housman Class. Pap. 281*; *fort. recte: cf. enim Paus. 10,23 et B.-B. 297; uide tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 265sq.* aurigero N F L P Vo V²; *cf. Tränkle 59* duras F L P D V (*corr.* F⁴ V²); *cf. ThLL V 1,1272,17sqq.* **54** parnas(s)i F D : parnasis L P : parnassus V² in ora ς **55** te] et ω, *corr.* ς **56** pio] tuo F (*corr.* F⁴) L P D V; *deff. Housman Class. Pap. 274* (tuus = faustus), *Enk Comm. crit. 253, W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 263; cf. tamen B.-B. 297, Sh. Bailey ClR 68 (1954) 8sq.* **58** dil(l)apsus L P D V (*corr.* V²) : delapsis ς (*probb. B.-B. 297*); *cf. tamen ThLL V 1,1159,5sqq., Rothstein II 372* numquam F (*corr.* F²) L P D : nunc V; *cf. Ouid. met. 1,587* esse putat nusquam **59** uanus V²; *sed cf. 3,8,17 et W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 272sq.* **60** suis] sitis N

certa loquor, sed nulla fides; neque enim Ilia quondam
  uerax Pergameis Maenas habenda malis.
sola Parim Phrygiae fatum componere, sola
  fallacem patriae serpere dixit equum.
ille furor patriae fuit utilis, ille parenti: 65
  experta est ueros irrita lingua deos.

14

Multa tuae, Sparte, miramur iura palaestrae,
  sed mage uirginei tot bona gymnasii,
quod non infamis exercet corpore ludos
  inter luctantis nuda puella uiros,
cum pila ueloces fallit per bracchia iactus, 5
  increpat et uersi clauis adunca trochi,
puluerulentaque ad extremas stat femina metas,
  et patitur duro uulnera pancratio:

61 neque uilia quondam *cod. Cantabrig. Bibl. Vniu. Add. 3394* (*prob. Richmond, qui* locuta est *e* loquor *suppl.; cf. B.-B. 297*) **62** Pergamei ... mali *Luck dub.* **64** patriae] Troiae *Sh. Bailey* (*propter uocem* patria *in uu. 59. 64. 65 repetitam; quam uocem tamen non sine causa in elegiae exitu iterauit Propertius*) **65** foret *Barber* fuit utilis] uilis fuit *Baehrens*; *sed cf. Rothstein II 118, Camps III 120*

14 ad spartum F L D V : ad spartum de ludis in palestra P : *priori coniung.* N (*separ.* N[2]) **1** mirantur F **3** quot P laudes ω, *corr. Auantius*; laudes *def. Rothstein II 119, coll. Verg. Aen. 4,99, ubi* pacem ... pactosque hymenaeos exercere *legimus; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 192, Sh. Bailey 183. Eandem corruptelam codices exhibent in 2,11,2; 2,34,85: cf. app. ad loc.* **5** ueloci ... iactu *Scaliger*; *tradita recte interpretatur Housman ad Manil. 1,240* (fallit = dissimulat); *uide etiam Camps III 121sq.*

nunc ligat ad caestum gaudentia bracchia loris,
missile nunc disci pondus in orbe rotat, 10
et modo Taygeti, crinis aspersa pruina, 15
sectatur patrios per iuga longa canis: 16
gyrum pulsat equis, niueum latus ense reuincit, 11
uirgineumque cauo protegit aere caput,
qualis Amazonidum nudatis bellica mammis
Thermodontiacis turba lauatur aquis; 14
qualis et Eurotae Pollux et Castor harenis, 17
hic uictor pugnis, ille futurus equis,
inter quos Helene nudis capere arma papillis
fertur nec fratres erubuisse deos. 20
lex igitur Spartana uetat secedere amantis
et licet in triuiis ad latus esse suae,
nec timor aut ulla est clausae tutela puellae,
nec grauis austeri poena cauenda uiri.
nullo praemisso de rebus tute loquaris 25
ipse tuis: longae nulla repulsa morae.
nec Tyriae uestes errantia lumina fallunt,
est neque odoratae cura molesta comae.

9 candentia *Gruter* (*prob. Hartman Mn 50 [1922] 258*); *cf. tamen Val. Fl. 1,109* umeris gaudentibus **11** *nouam elegiam inc.* N **15–16** *post u.* 10 *transtulerunt Palmer et Otto* (*cf. Housman Class. Pap. 43, Rothstein II 372, B.-B. 299*) : *post u.* 12 *transt. Canter* **14** termodont(h)eis F (*corr.* F[2]) L P lauantur L D V (*corr.* V[2]), *prob. Housman Class. Pap. 288*; *de constructione ad sensum cf. 3,17,28* unde tuum potant Naxia turba merum (*uide tamen app. ad loc.*), *Löfstedt Synt. II 152* leuatur equis *Kraffert* **17–20** *del. Knoche* **17** habenis N Vo F[4] V[2] : athenis F L P D V, *corr.* ς **19** capere arma] est armata F : arma L : armata P D V : caperere arma F[4]; armata *prob. Housman Class. Pap. 267. 364; cf. tamen B.-B. 299; qui 4,3,43 conferunt* capillis F (*corr.* F[2]) L P D V **20** duos *Fruter* **23** non F L P **27** non F L P D V **28** adoratae N comae] domi ω, *corr. Canter*; *cf. Ouid. ars 2,734* odoratae . . . comae, *medic. 19* odoratos . . . capillos; *uide etiam Housman Class. Pap. 274*

at nostra ingenti uadit circumdata turba,
nec digitum angusta est inseruisse uia. 30
nec quae sint facies nec quae sint uerba rogandi
inuenias: caecum uersat amator iter.
quod si iura fores pugnasque imitata Laconum,
carior hoc esses tu mihi, Roma, bono.

15

Sic ego non ullos iam norim in amore tumultus,
nec ueniat sine te nox uigilanda mihi!
ut mihi praetexti pudor est sublatus amictus
et data libertas noscere amoris iter,
illa rudis animos per noctes conscia primas 5
imbuit, heu nullis capta Lycinna datis!

30 uia] tria L : tua D V (*corr.* V²) : nia *fortasse ex* iua F³ **31** sit facies P V² : sint faciles ς quae det uerba roganti *Burman sen.*; *tradita def. Sh. Bailey 304, coll. Cic. Flacc. 11* laedendi uerba, *Paul. Nol. carm. 20,267* sermo precandi **33** luctasque *Fontein* : pugnosque *Otto* : moresque *Sh. Bailey* (*coll. Tac. ann. 3,28,2* non mos, non ius); *tradita def. Camps III 124, qui* iura pugnasque *i. q.* iura palaestrae *interpretatur* leonum N : Lacaenum *Phillimore*

15 ad cynthiam de lycin(n)a P D V : ad cynthiam de licimia F : ad cynthiam L **1** hic N *rubricator* (s *add. scriba in mg.*) nullos F L P D V (*corr.* V²), *quo retento* iam norim nullos *coni. Broukhusius* **2** *post hunc uersum* 45-46 *transt. Otto* **3** pr(a)etexta F L P Δ : pr(a)etext(a)e ς uelatus ω : ablatus *Heinsius* : elatus *Guyet* : amotus *Barber* : releuatus *Camps* (*coll. Ouid. am. 1,6,25* sic umquam longa releuere catena) : *alii alia*; *corr.* ς amicus N F Vo V² : amictu ς **6** heu nullis] ut nullis *Havet* : armillis *Damsté*; *uide tamen Sh. Bailey 186*

tertius (haud multo minus est) cum ducitur annus,
uix memini nobis uerba coisse decem.
cuncta tuus sepeliuit amor, nec femina post te
ulla dedit collo dulcia uincla meo. 10
testis erit Dirce tam uero crimine saeua
Nycteos Antiopen accubuisse Lyco.
a quotiens pulchros uulsit regina capillos,
molliaque immites fixit in ora manus!
a quotiens famulam pensis onerauit iniquis 15
et caput in dura ponere iussit humo!
saepe illam immundis passa est habitare tenebris,
uilem ieiunae saepe negauit aquam.
Iuppiter, Antiopae nusquam succurris habenti
tot mala? corrumpit dura catena manus. 20
si deus es, tibi turpe tuam seruire puellam:
inuocet Antiope quem nisi uincta Iouem?
sola tamen, quaecumque aderant in corpore uires,
regalis manicas rupit utraque manu.

7 aut N Vo : hanc F (*corr.* F²) : haut V² (haud multo minus) *dist. Rothstein*; *cf. Camps III 126* cum] iam *Postgate* **8** coisse] fuisse *Heinsius*; *cf. ThLL III 1421,10sqq.* **10** *post hunc uersum* 43-44 *transt. Vulpius* : 45-46, 43-44 *transt. Fischer* : *lacunam ante u.* 11 *statuit Guyet* (*probb. B.-B. 300; cf. tamen Sh. Bailey 186, Macleod ClQ 68 [1974] 93*) **11** uano *Franz* (*coll. Ouid. met. 7,828*) : sero *Phillimore* (*prob. Camps III 128; sed cf. Sh. Bailey 187*); *cf. tamen Ouid. epist. 18,112; met. 14,401; trist. 3,2,5; 3,11,33; Pont. 4,14,29; Liu. 42,13,1; Curt. 6,10,11 aliaque exempla ap. ThLL IV 1192,32sqq.* **13** ussit ω (*quod frustra def. Rothstein II 126*), *corr. Titius* **14** immittens N L P Vo F⁴ : immictens F; *cf. ThLL VII 1,467,57sqq.* **15** impensis F L D V (*corr.* V²) **19-21** *Antiopae loquenti tribuit Kraffert; cf. tamen Rothstein II 372* **20** dira F; *cf. Ouid. am. 1,6,1* ianitor ... dura religate catena **21** es] est N F L Δ seruare V² **22** uicta N F L Δ

inde Cithaeronis timido pede currit in arces. 25
nox erat, et sparso triste cubile gelu.
saepe uaga Asopi sonitu permota fluentis
credebat dominae pone uenire pedes.
et durum Zethum et lacrimis Amphiona mollem
experta est ⟨s⟩tabulis mater abacta suis. 30
ac ueluti magnos cum ponunt aequora motus,
Eurus ubi aduerso desinit ire Noto,
litore sub tacito sonitus rarescit harenae,
sic cadit inflexo lapsa puella genu.
sera, tamen pietas: natis est cognitus error. 35
digne Iouis natos qui tueare senex!
tu reddis pueris matrem, puerique trahendam
uinxerunt Dircen sub trucis ora bouis.
Antiope, cognosce Iouem: tibi gloria Dirce
ducitur in multis mortem habitura locis. 40
prata cruentantur Zethi, uictorque canebat
paeana Amphion rupe, Aracynthe, tua.

27 uago Δ (*probb. Rothstein II 128, B.-B. 301; sed cf. 4,1,71*) (a)esopi N F L Vo V² **30** tabulis ω, *corr.* ς **31** at ueluti F L; *sed cf. 2,3,47; 2,15,51, ubi* ac ueluti *in hexametri initio legitur; uide etiam Tränkle 46* **32** sub aduerso ... notho N (*cf. Housman Class. Pap. 244*) : in aduersos ... not(h)os F L P Δ : et aduerso ... noto *Keil* (*probb. B.-B. 301*) : ut aduerso ... noto *Jacob, corr. Lachmann* **33** sub] sic ω : si ς : iam *Havet, corr. Liuineius*; *cf. 3,9,36* sub exiguo flumine, *Ouid. trist. 1,3,19* nata procul Libycis aberat diuersa sub oris *et uide Camps III 128* sub tacito] sollicito *Nairn, coll. Verg. georg. 4,262*; *cf. tamen 1,11,14* molliter in tacito litore compositam, *Sil. 7,259* languentes tacito lucent in litore fluctus **34** si F L P D V (*corr.* V²) **35** sera tamen pietas, natis *dist. Camps dub.* **41** parta N F L P D V : parca Vo, *corr.* ς Zetho *Guyet, fort. recte (dat. agentis)*; *cf. Knoche Gn 10 (1934) 207; uide tamen Kuinoel I 275 ("*Zethi prata *in quibus armenta sua pascere solebat ad montem Cithaerona Zethus, cuius inprimis iussu Dirce ibi tracta fuit, dum Amphiona laetum paeana in Aracyntho canebat")*

at tu non meritam parcas uexare Lycinnam:
  nescit uestra ruens ira referre pedem.
fabula nulla tuas de nobis concitet auris: 45
  te solam et lignis funeris ustus amem.

16

Nox media, et dominae mihi uenit epistula nostrae:
  Tibure me missa iussit adesse mora,
candida qua geminas ostendunt culmina turris
  et cadit in patulos nympha Aniena lacus.
quid faciam? obductis committam mene tenebris, 5
  ut timeam audaces in mea membra manus?
at si distulero haec nostro mandata timore,
  nocturno fletus saeuior hoste mihi.
peccaram semel, et totum sum pulsus in annum:
  in me mansuetas non habet illa manus. 10

44 furens *Heinsius* **45** conscitet F (*corr.* F[3]) L P : conciet D V (*corr.* V[2]), *prob. Baehrens*; *cf. tamen Housman Class. Pap. 300, ThLL IV 66, 20sqq.*

16 de imperio amic(a)e F L D V : de imperio amice et exortatio circa illud P **1** media et] media, en *Heinsius*; *de particulae* et *ui cf. ThLL V 2,895,25sqq.* **2** tiburi (ty-) N F L P (*corr.* F[2] P[2]); *de abl. loc. cf. Kühner-Holzweissig 293* missa] nulla F P (*corr.* P[2]) **4** cadet F L P V (*corr.* V[2]) : cadent D lympha F[4]; *sed uoce* nympha *pro* aqua *utuntur Catull. 61,29; Lucr. 6,1178; Hor. carm. 3,13,15; Mart. 6,43,2; 6,47,1; Stat. silu. 1,3,37. 46: cf. Fedeli, Il carme 61 di Catullo, Frib. Heluetiorum 1972,39* **5** obiectis *Heinsius*; *sed cf. Cic. rep. 4,9* quas illi obducunt tenebras, *Plin. nat. 11,143* tenebris sese obducentibus *aliaque exempla ap. ThLL IX 2,39,72sqq.* **7** haec distulero F L Δ P[2] : hoc distulero P; *cf. Housman Class. Pap. 281* **9** pulsus] portus N : tortus *Gwynn* : postus *Phillimore* : porctus *Barber* (*sed cf. B.-B. 302*); pulsus *iure def. Rothstein II 132*

nec tamen est quisquam, sacros qui laedat amantis:
  Scironis media sic licet ire uia.
quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
  nemo ⟨a⟩deo ut noceat barbarus esse uolet.
luna ministrat iter, demonstrant astra salebras, 15
  ipse Amor accensas percutit ante faces,
saeua canum rabies morsus auertit hiantis:
  huic generi quouis tempore tuta uia est.
sanguine tam paruo quis enim spargatur amantis
  improbus? † exclusis † fit comes ipsa Venus. 20
quod si certa meos sequerentur funera casus,
  talis mors pretio uel sit emenda mihi.

11 l(a)edit F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) **12** sic licet] scilicet N Vo V[2] : si licet F L P D V : sis (*i. e.* si uis) licet *Gulielmius, corr.* ς; sic *sc.* si quis amat (*e u.11* amantes) **13-14** *tradit et CIL IV 1950 (inscr. Pomp.)* **13** erit *om.* F (*add.* F[4]) L Scythiae *CIL IV 1950* ambulet P V Vo *CIL IV 1950* : ambulat N F L D **14** adeo *CIL IV 1950* : deo ω feriat *CIL IV 1950, fort. recte; cf. Hubbard ClQ 62 (1968) 318* **16** excutit ς : praecutit *Guyet* (*deff. Lachmann 302, B.-B. 303, coll. Ouid. met. 4,758sq.* taedas Hymenaeus Amorque / praecutiunt) : concutit *Francius*; *compositum pro simpl. usurpatur* (percutio = quatio) *: cf. 1,3,10, Ouid. met. 3,508, Sen. Thy. 251sq., Sil. 5,220* **17** aduertit F : auertat D V hiantis] eunti *Markland*; *cf. Sulp. Seu. Mart. 17,6* **19-20** *post u.* 14 *transt. Struchtmeyer* **19** prauo *Dorville*; *sed de nexu cf. Val. Max. 3,8,5 et de re Sh. Bailey 188* **20** exclusis fit ω : exclusis it *Dorville* (*non improb. Rothstein II 372, qui Verg. Aen. 2,704, Tib. 1,4,41 confert*) : ecce suis fit *Fischer* : exclusi fit *Kraffert* : et cuius sit (sit *iam* ς) *Palmer* (*probb. Enk Comm. crit. 263, B.-B. 303*) : exsuctis fit *Housman* : excubiis fit *Barber* : extrusis fit *Luck*; *uox* exclusis *a nonnullis defenditur: cf. Rothstein II 134, Sh. Bailey 189, Camps III 130; uide contra Lachmann 302: "hoc ineptissimum est, cum neque ipse Propertius tum exclusus fuerit, nec de aliis amatoribus exclusis sermo sit" et adde Leo Kl. Schr. II 192* **21-30** *del. Heimreich* **21** casus] cursus *Markland; sed cf. ThLL III 577,41sqq.* **22** tali V[2]; *cf. tamen Sh. Bailey 189*

afferet haec unguenta mihi sertisque sepulcrum
  ornabit custos ad mea busta sedens.
di faciant, mea ne terra locet ossa frequenti, 25
  qua facit assiduo tramite uulgus iter!
post mortem tumuli sic infamantur amantum.
  me tegat arborea deuia terra coma,
aut humer ignotae cumulis uallatus harenae:
  non iuuat in media nomen habere uia. 30

17

Nunc, o Bacche, tuis humiles aduoluimur aris:
  da mihi pacatus uela secunda, pater!
tu potes insanae Veneris compescere fastus,
  curarumque tuo fit medicina mero.
per te iunguntur, per te soluuntur amantes: 5
  tu uitium ex animo dilue, Bacche, meo!

23 huc ω, *corr.* ς *(et Guyet)*; *cf. Lachmann 303* **25** nec N F L P Vo V² **27** amantes F L P (*corr.* F⁴ P²) **29** humer ignotae] humeri ignotae N : humor ignotae F L P (humet P²) : ignotae humor D V (humer V²); *cf. Tränkle 44* cumulus F V (*prob. Camps III 131, coll. Tac. ann. 14,9,1* neque, dum Nero rerum potiebatur, congesta aut clausa humus) : tumulis L P (*corr.* P²) : tumulus Vo V²; *cf. Lachmann 303sq.* **30** non] me F L P D V (*corr.* F⁴ P² V²)

17 ad bacc(h)um F L D V : suplicatio ad bachum P **2** pacato ω : bacchato V² : placatus *Postgate* (*sed cf. Housman Class. Pap. 372*), *corr. Auratus*; pacato *perperam deff. Rothstein II 136, Camps III 132: cf. Stat. silu. 3,1,39* pacatus mitisque ueni *et Sh. Bailey 190* **3** componere ς; *cf. tamen plurima exempla ap. ThLL III 2062,27sqq.; de huius elegiae exordio cf. Norden Agn. Th. 154* fluctus ς (*non improbante Sh. Bailey 190; cf. enim Ouid. trist. 1,2,87* tantos compescite fluctus) : flatus *anon. ap. Camps*; *cf. tamen ThLL VI 1,331,21sqq.* **4** sit F (*corr.* F²) L D

te quoque enim non esse rudem testatur in astris
  lyncibus ad caelum uecta Ariadna tuis.
hoc mihi, quod ueteres custodit in ossibus ignis,
  funera sanabunt aut tua uina malum. 10
semper enim uacuos nox sobria torquet amantis,
  spesque timorque animo⟨s⟩ uersat utroque modo.
quod si, Bacche, tuis per feruida tempora donis
  accersitus erit somnus in ossa mea,
ipse seram uitis pangamque ex ordine collis, 15
  quos carpant nullae me uigilante ferae,
dum modo purpureo tumeant mihi dolia musto
  et noua pressantis inquinet uua pedes.
quod superest uitae per te et tua cornua uiuam,
  uirtutisque tuae, Bacche, poeta ferar. 20

12 animo ω : animum V² : animae *Housman* (*qui* animae modo *i. q.* aurae ritu *interpretatur: cf. Class. Pap. 340*), *corr.* ς utrimque ς modo] meum ς : toro *Camps* (*coll. 2,17,3sq.; 2,22,47*); *sed* utroque modo (*i. e.* siue spe, siue metu) *recte tuetur Sh. Bailey 190sq., coll. Val. Max. 6,5,1, Sen. epist. 117,10, Gell. 5,10,9* **15** coles *Heinsius* : caules *Burman sen.*; *tradita deff. B.-B. 304, Tränkle 67, coll. Colum. 11,11,8* uitiaria malleolis pangenda; *alia exempla uerbalis uocis q. e.* pangere *cum acc. (Calp. ecl. 2,48; Tertull. anim. 30; Optat. Paneg. 26,3; Mar. Victor 1,225sq.) a Sh. Bailey afferuntur* **16–18** ferae. (. . .) pedes, *sic dist. nonnulli edd. post Jacob*; *cf. tamen Rothstein II 373, Camps III 134* **16** quas (*i. e.* uites) *Barber* (colles . . . uites . . . quas *coni. iam Guyet*; *cf. tamen Tib. 1,1,7* ipse seram teneras maturo tempore uites) carpent *Camps* **17** tumeant] numen N Δ : numine F : numem P : numerem L *ex corr.* (*quod dub. acceperunt B.-B. 304*) : spument ς (*cf. Housman ad Manil. 3,663; Class. Pap. 352 adn. 3*) : cumulem *Postgate* (*cf. Ouid. trist. 3,10,72* nec cumulant altos feruida musta lacus), *corr. Phillimore*; *cf. enim Ps. Verg. Aetna 267* tumeant ut dolia musto **19** cornua] munera *Guyet*; *sed cf. Tib. 2,1,3, Hor. carm. 3,21,18, Ouid. met. 4,19, ThLL IV 966,52sqq.*

dicam ego maternos Aetnaeo fulmine partus,
  Indica Nysaeis arma fugata choris,
uesanumque noua nequiquam in uite Lycurgum,
  Pentheos in triplices funera grata greges,
curuaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas 25
  in uada pampinea desiluisse rate,
et tibi per mediam bene olentia flumina Naxon,
  unde tuum potant † naxia † turba merum.
candida laxatis onerato colla corymbis
  cinget Bassaricas Lydia mitra comas, 30
leuis odorato ceruix manabit oliuo
  et feries nudos ueste fluente pedes.
mollia Dircaeae pulsabunt tympana Thebae,
  capripedes calamo Panes hiante canent,
uertice turrigero iuxta dea magna Cybebe 35
  tundet ad Idaeos cymbala rauca choros.
ante fores templi crater⟨e⟩ antistes et auro
  libatum fundens in tua sacra merum,
haec ego non humili referam memoranda cothurno,
  qualis Pindarico spiritus ore tonat: 40
tu modo seruitio uacuum me siste superbo,
  atque hoc sollicitum uince sopore caput.

21 flumine F L P D V (*corr.* L^2 V^2) **24** grata] rapta *Scaliger* (*prob. Camps III 135; cf. tamen ThLL VII 1,744,20, Tränkle 92*) : carpta *Heinsius* **27** Naxon] Diam *Palmer*; *cf. Diod. 4,61,5; Ouid. met. 3,690; 8,174* per Diam ... nasci *Baehrens* **28** naxia ω : maxima F^4 : noxia ς : nescia *Richmond*; *cruces posui, Sh. Bailey 192 secutus, propter suspectam nominis iterationem* (Naxon ... Naxia) **30** cingit ω, *corr.* V^2; *cf. Rothstein II 141* **33** mollia] Tmolia *Palmer*; *cf. tamen Stat. Ach. 1,654sq.* mollia ... tympana **35** cybel(l)e (cib-) ω, *corr. Itali* **36** fundet ω, *corr. Canter*; *cf. Rothstein II 143* **37** crater antistitis auro ω (*cf. B.-B. 306, H.-Sz. 160*), *corr. Heinsius* (cratere *iam* ς); *quo probato cum Richmond et Luck leniter distinxi in fine u. 38* **38** libabit *Foster* (*prob. Camps III 136*) **41** *om.* F (*add. in mg.* F^4)

18

Clausus ab umbroso qua ludit pontus Auerno,
fumida Baiarum stagna tepentis aquae,
qua iacet et Troiae tubicen Misenus harena
et sonat Herculeo structa labore uia,
hic ubi, mortales dexter cum quaereret urbes, 5
cymbala Thebano concrepuere deo
(at nunc inuisae magno cum crimine Baiae,
quis deus in uestra constitit hostis aqua?),
hic pressus Stygias uultum demisit in undas,
errat et in uestro spiritus ille lacu. 10
quid genus aut uirtus aut optima profuit illi
mater, et amplexum Caesaris esse focos?
aut modo tam pleno fluitantia uela theatro
et per maternas omnia gesta manus?

18 quod mors sit ineuitabilis L P D V : quod mors ineuitabilis P **1** clausus ab] Claudius *Hartman*; *sed cf. Sh. Bailey 194 adn. 1; de nexu uide Rothstein II 146 (qui Tib. 2,3,45* claudit et indomitum moles mare *confert) et plurima exempla ap. ThLL III 1302,74sqq.* ludit] allidit *Puccius* : alludit *Lambinus* (*sed cf. Sh. Bailey 194*) : tundit *Baehrens* : tendit *Barber* **2** humida ω, *corr. Scaliger*; *cf. Verg. Aen. 7,465, Macr. Sat. 5,11,25 et uide Tränkle 41* tepetis *Phillimore* (*probb. B.-B. 306*); *sed cf. Sh. Bailey 194* **3** latet L P **5** mortalis F L P D V hic ubi mortales, dexter *sic dist. Buecheler*; *cf. tamen Sh. Bailey 196* dextra D V P^2 *in ras.* mortali dextra *Calderinus*; *cf. ThLL V 1,924,19sqq.* conderet ς : uiseret *Havet* (*non improbante Sh. Bailey 196*) : cerneret *Barber*; *cf. tamen Rothstein II 18* **8** nostra F P *post u. 8 lacunam statuit Guyet* **9** his pressus N F L D V (*def. Camps III 139*) : bis pressus P Vo V^2 : Marcellus *Phillimore* (*non improbantibus B.-B. 307*) : hic fessus *Castiglioni* (*coll. Ouid. met. 3,502* ille caput uiridi fessum submisit in herba), *corr. Guyet*; *cf. u. 3* qua, *u. 5* hic demersit ς; *sed cf. ThLL V 1,490,3sqq.; 73sqq.* **10** in nostro F P : infesto *Paley* : inferno *Housman* **14** per mirantes omina festa manus *Sh. Bailey* (*coll. Hor. carm. 1,7,25sq., Ouid. Pont. 2,1,35*)

occidit, et misero steterat uicesimus annus: 15
  tot bona tam paruo clausit in orbe dies.
i nunc, tolle animos et tecum finge triumphos,
  stantiaque in plausum tota theatra iuuent;
Attalicas supera uestis, atque omnia magnis
  gemmea sint ludis: ignibus ista dabis. 20
sed tamen huc omnes, huc primus et ultimus ordo:
  est mala, sed cunctis ista terenda uia est.
exoranda canis tria sunt latrantia colla,
  scandenda est torui publica cumba senis.
ille licet ferro cautus se condat et aere, 25
  mors tamen inclusum protrahit inde caput.
Nirea non facies, non uis exemit Achillem,
  Croesum aut, Pactoli quas parit umor, opes.

15 et] hei *Guyet* : ut *Heinsius* steterat] sat erit *Liuineius*; *tradita def. Sh. Bailey 198sq., coll. Macrob. Sat. 1,16,42* **19-20** magnis ... ludis] magnis ... Indis *Housman* : signis ... Lydis *Barber* (Lydis *coni. iam Phillimore*); magnis ... ludis *in crucibus includere malit Sh. Bailey 199; uide tamen B.-B. 308, quorum sententia Propertius ludos Romanos a Marcello aed. cur. celebratos significat; cf. etiam Vell. 2,93* **20** gemina L *in ras.* : semina D V sunt F L P D V (*corr.* V²) nudis Vo **21** sed] si *Barber* hoc omnes ω (*def. Rothstein II 150, qui* patimur *simul audit; cf. tamen Leo Kl. Schr. II 192*), *corr.* F⁴ P²; *cf. Consol. ad Liu. 359* tendimus huc omnes *et uide Schuster Ph 81 (1926) 476* hoc omnes (*sc.* facere coguntur), hoc *Lachmann*; *sic etiam Sh. Bailey, qui tamen* hoc ... hoc *pro* huc ... huc *accipit* (*cf. ThLL VI 3072sqq.*) uadimus (*uel* tendimus) huc omnes *Heinsius* : sed manet (*Keil*) hoc omnes *Palmer* **24** torui] troci N : torci F (*corr.* F²) : torti L P D V (*corr.* V²) F⁴ : curui P² : taetri *Havet* (*coll. Iuuen. 3,265sq.* taetrumque nouicius horret / porthmea); *uide tamen Housman Class. Pap. 268* est torui] atrocis *Leo*; *sed cf. Rothstein II 374; uide Theocr. 17,49* στυγνὸν ἀεὶ πορθμῆα καμόντων **27** nerea ω, *corr.* ς **28** parit] premit F D²

hic olim ignaros luctus populauit Achiuos,
   Atridae magno cum stetit alter amor. 30
at tibi, nauta, pias hominum qui traicis umbras,
   hoc animae portent corpus inane suae:
qua Siculae uictor telluris Claudius et qua
   Caesar, ab humana cessit in astra uia.

29-30 *del. Carutti* : *post u.* 8 *transt. Baehrens, post* 2,6,16 *Phillimore, post* 3,7,21-24 *Nairn, post* 4,6,34 *Housman* : *alii alia*; *tradita recte def. iam Buecheler RhM 39 (1884) 622 ("nec singulos tantum oppressit sed totas cateruas lamentabili strage permiscens uiuos ac mortuos"), non improbante Sh. Bailey 200; cf. etiam Castiglioni, Vt pictura poesis, Lugduni Batau. 1955,54, Lieberg Herm. 90 (1962) 124-128* **29** sic olim *Heinsius* : sic etiam *Sh. Bailey* **30** alter] altus *Lachmann*; *sed cf. Schneidewin Ph 1 (1846) 383; uide etiam Camps III 142* **31** trahitis L : traicit *Paley*; *cf. Enk Comm. crit. 268; Cumont RPh S. II 44 (1920) 75-78* **32** huc ω : hac *Guyet, corr.* ς; *cf. tamen B.-B. 309, qui recte censent* illuc = ἐκεῖσε *hic potius requiri, ut inferorum mentio fiat. Intellege contra:* hoc (*sc.* Marcelli) corpus portet ς : portant *Camps* (*qui* huc = Romam *parum recte intellegit*) tuae ω, *corr. Heinsius*; tuae *def. Schuster Ph 81 (1926) 474sq., id. PhW 53 (1933) 670sqq.; cf. etiam Tränkle 38; u. 32 recte interpretantur B.-B. 309, qui de nexu* animae (*genet.*) corpus inane *conferunt Ouid. met. 2,611* corpus inane animae frigus letale secutum est, *13,488* quae corpus complexa animae tam fortis inane; *uide etiam Sh. Bailey 202* *post u.* 32 *lacunam statuit Richmond* **33** quo . . . quo *Barber*; *cf. tamen Ps. Verg. Ciris 204sq.* qua nouus ad superum sedes haliaeetos et qua / candida concessos ascendat ciris honores **34** ab humano *Henry* : ab humanis *Barber*; *tradita iure def. Camps III 143, coll. Hom. Il. 3,406* ἧσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα, θεῶν δ'ἀπόεικε κελεύθου, *Ouid. fast. 1,248* humanis numina mixta locis; *uide etiam Sh. Bailey 202*

19

Obicitur totiens a te mihi nostra libido;
crede mihi, uobis imperat ista magis.
uos, ubi contempti rupistis frena pudoris,
nescitis captae mentis habere modum.
flamma per incensas citius sedetur aristas, 5
fluminaque ad fontis sint reditura caput
et placidum Syrtes portum et bona litora nautis
praebeat hospitio saeua Malea suo,
quam possit uestros quisquam reprehendere cursus
et rabidae stimulos frangere nequitiae. 10
testis, Cretaei fastus quae passa iuuenci
induit abiegnae cornua falsa boui⟨s⟩;
testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo,
quae uoluit liquido tota subire deo.
crimen et illa fuit, patria succensa senecta 15
arboris in frondis condita Myrrha nouae.
nam quid Medeae referam, quo tempore matris
iram natorum caede piauit amor?

19 de incontinentia mulierum F L D V : de incontinentia muliebri et quod ait acrior uirili P **2** illa V Vo D[2]; *sed cf. Tränkle 162* **4** captae] liber(a)e F L P : cupidae *Heinsius*; *cf. Liu. 39,13,12* uelut mente capta **6** montes F; *cf. 2,15,33* **10** rapid(a)e ω, *corr. cod. Laur. plut. 91.24*; *uocem* rapidae *non tuetur Verg. buc. 2,10sq.* Thestylis et rapido fessis messoribus aestu / alia serpyllumque herbas contundit olentis; *praeterea inter omnes constat adiect.* rapidus *et* rabidus *in codicibus persaepe confundi; de re cf. Sh. Bailey 202sq.* **12** aiegno N : abiegno Vo V[2] *in ras.* boui ω, *corr.* ς **15–16** *post u.* 20 *transt. Postgate*; *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 276* **15** luit *Barber*; *sed cf. 2,6,34; 2,28,2* **17–19** Medeam ... Clytaemnestram *Guyet*; *cf. B.-B. 310* **17** pectore matris *Palmer* : more parentis *Housman* (*qui* tuum facinus *pro* Clytaemestrae *coni.*); *tradita recte def. Sh. Bailey 203* ("quid referam quo tempore, *i. e.* tempus quo, Medeae amor matris iram piauit natorum caede?")

quidue Clytaemestrae, propter quam tota Mycenis
infamis stupro stat Pelopea domus? 20
tuque o Minoa uenumdata, Scylla, figura,
tonde[n]s purpurea regna paterna coma.
hanc igitur dotem uirgo desponderat hosti!
Nise, tuas portas fraude reclusit amor.
at uos, innuptae, felicius urite taedas: 25
pendet Cretaea tracta puella rate.
non tamen immerito! Minos sedet arbiter Orci:
uictor erat quamuis, aequus in hoste fuit.

20

Credis eum iam posse tuae meminisse figurae,
uidisti a lecto quem dare uela tuo?
durus, qui lucro potuit mutare puellam!
tantine, ut lacrimes, Africa tota fuit?

20 infantis F (*corr.* F[2]) L P **21** teque o *Guyet* (*prob. Camps III 146*) : tu quoque *Lachmann*; *sed cf. H.-Sz. 475* pessumdata *Heimreich*; *sed cf. Tränkle 139* **22** tondens ω, *corr. Dawes*; *cf. B.-B. 311* purpuream ... comam *Markland*; *cf. Camps III 146* **25** et F : ut L (uos ... taedas) *parum recte dist. Leo* **27-28** *post u.* 24 *transt. Housman* : *del. Knoche Gn 12 (1936) 269sq.*; *sed nihil mutandum: cf. enim Williams Trad. and Orig. 774sq., Cairns ClQ 65 (1971) 209sq.* **27** non tamen immerito! *sic recte dist. Rothstein; cf. enim 2,6,35; 2,30,19; Cairns ClQ 65 (1971) 210*

20 de contemptore amic(a)e F L D V : ad amicam de qua sperat et primo de eius contemptore P **1-2** *post u.* 4 *transt.* ς **1** eum] enim F (*corr.* F[2]) D **4** tantisne N V[2] : tantis ne Vo : tantis F L P D V, *corr. cod. Berol. Lat. 500 (et Heinsius)*; *cf. Tib. 2,6,42* ploret ut illa *et B.-B. 312*

at tu, stulta, deos, tu fingis inania uerba: 5
forsitan ille alio pectus amore terat.
est tibi forma potens, sunt castae Palladis artes,
splendidaque a docto fama refulget auo.
fortunata domus, modo sit tibi fidus amicus!
fidus ero: in nostros curre, puella, toros! 10
tu quoque, qui aestiuos spatiosius exigis ignis,
Phoebe, moraturae contrahe lucis iter.
nox mihi prima uenit! primae data tempora noctis!
longius in primo, Luna, morare toro. 14

5 at tu stulta adeo's *Rossberg* fingis] flebis *Leo* (*Kl. Schr. II 192*), *coll. Eur. Med. 20sq.* Μήδεια δ' ἡ δύστηνος ἠτιμασμένη / βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δὲ δεξιάς; *tradita def. Rothstein II 157, qui* esse *ad* deos *et* aliquid esse *ad* inania uerba *supplet; malo Sh. Bailey 204 sequi, qui* per mendacium deos inuocas *interpretatur et Lucan. 5,159* superis quos fingis, *Stat. Theb. 7,497* quid molles lacrimas uenerandaque nomina fingis *confert* uerba] uera *Lachmann* : uota *Baehrens* **6** terit D V (*corr.* V[2]) F[4] : creat L; terit *probb. Housman Class. Pap. 288, Enk Mn S. IV 2 (1949) 166, coll. 2,9,22* forsitan ... fuere, *2,15,54* forsitan includet; *cf. tamen 3,23,11* forsitan ... fuerint, *ThLL VI 1138,32sqq., H.-Sz. 334sq. et de corruptelae origine La Penna SIFC 25 (1951) 235* **7-8** *post u.* 10 *transt.* ς **7** ast N **8-9** auo, fortunata domus (*sc.* tibi est) *dist. nonnulli*; *cf. Leo Kl. Schr. II 194* **9** domus] nimis *Markland*; *cf. ThLL V 1,1983,18* **10** fidus ego *Heinsius* **11** spatiosus F L P Δ (*corr.* V[2]) **13** *nouam elegiam incipit Scaliger, qui uu.* 11-12 *post u.* 14 *transt.; Scaligerum nonnulli uiri docti secuti sunt: cf. e. g. Leo Kl. Schr. II 204, B.-B. 313, Camps III 148, Courtney Phoen. 24 (1970) 49-51; uide contra Vahlen Ges. Phil. Schr. II 133, Sh. Bailey 204sq., Williams Trad. and Orig. 414-417, Baker Lat. 27 (1968) 322-349 et nuperrime Regen Herm. 103 (1975) 469-479, Barsby Mn S. IV 28 (1975) 30-32, quem probat Macleod SO 51 (1976) 133* date ω (*cf. B.-B. 313*), *corr.* ς; *cf. Knoche Gn 12 (1936) 268, Camps III 148* da tempora nocti *Palmer* (*non improbante Sh. Bailey 205*)

quam multae ante meis cedent sermonibus horae, 19
dulcia quam nobis concitet arma Venus! 20
foedera sunt ponenda prius signandaque iura 15
et scribenda mihi lex in amore nouo.
haec Amor ipse suo constringit pignora signo:
testis sidereae to[r]ta corona deae. 18
namque ubi non certo uincitur foedere lectus, 21
non habet ultores nox uigilanda deos,
et quibus imposuit, sóluit mox uincla libido:
contineant nobis omina prima fidem.
ergo, qui pactas in foedera ruperit aras, 25
pollueritque nouo sacra marita toro,
illi sint quicumque solent in amore dolores,
et caput argutae praebeat historiae;
nec flenti dominae patefiant nocte fenestrae:
semper amet, fructu semper amoris egens. 30

19-20 *post u.* 14 *transt. Lachmann* **19** cedant F L P D V (*corr.* F^4 V^2) : se dent *Heinsius* **20** conscitet L P **17** confringit F L P D V (*corr.* F^4 V^2) : constringet *Beroaldus*; *cf. ThLL IV 542,44sqq.* **18** *et* **24** *inter se mut. Lipsius*; *cf. B.-B. 312* **18** torta ω (*probb. Rothstein II 160. 375; Camps III 149*); *corr. codd. Passeratii, probb. R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 13 adn. 20, Leo Kl. Schr. II 192; cf. etiam B.-B. 313* **21** nam quod ubi F (*corr.* F^3) L **22** uigila N : uigilata *Palmer*; *cf. 3,15,2* **23** soluet *Luck* nox N F L Δ : modo P, *corr.* ς **24** contineat ... fides *Gronouius*; *cf. Tyrrell Hermath. 2 (1876) 122 et uide contra Sh. Bailey 206* omnia N F L Δ; *quod adtinet ad* omina *cf. R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 14, Sh. Bailey 206, ThLL IX 2, 575,3sqq.* **25** tactas ς (*cf. Verg. Aen. 12,201* tango aras); pactas *deff. Tränkle 67. 93, Sh. Bailey 207; uide etiam ThLL II 388,23* tactis haec foedera ruperit aris *Burman* : tacta sic foedera ruperit ara *Housman*; *cf. R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 14* **27** sunt F L P (*corr.* P^2)

21

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas,
ut me longa graui soluat amore uia.
crescit enim assidue spectando cura puellae:
ipse alimenta sibi maxima praebet Amor.
omnia sunt temptata mihi, quacumque fugari 5
posset: at ex omni me premit ipse deus.
uix tamen aut semel admittit, cum saepe negarit:
seu uenit, extremo dormit amic⟨t⟩a toro.
unum erit auxilium: mutatis Cynthia terris
quantum oculis, animo tam procul ibit amor. 10

21 ad cynthiam (ci-) F L D V : ad cinthiam et refert se profecturum athenas causa amoris abiciendi P **1** iter. Ad *dist. Burman*; *cf. tamen K.-St. I 282* **3** spectandi N : spectanti *docti quidam ap. L. Müller, fort. recte*; *supple tamen* eam *e genet.* puellae puellam *Burman*; *cf. tamen B.-B. 314* **4** ipse] inde *Burman*; *cf. 2,30,8* et grauis ipse (*sc.* Amor) super libera colla sedet *et H.-Sz. 190* **5-6** quaecumque . . . possint *Heinsius* **6** possit ω, *corr. Richards*; *prob. Housman ad Manil. 2,745, qui sic uertit*: "omnes temptaui rationes, quibuscumque fugari posse uidebatur"; *cf. 1,10,19sq.* Cynthia me docuit semper quaecumque petenda / quaeque cauenda forent, *Lucr. 5,425sq.* consuerunt . . . omnia pertemptare / quaecumque inter se possent congressa creare at] et D V ex omni] exsomnem *Heinsius* : exsomnis *Barber*; ex omni *deff. Rothstein II 162* ("ex omni quod tentaui": *quae explicatio nullum praebet sensum*), *B.-B. 314* ("ex omni parte, πάντοθεν": *quae interpretatio exemplis caret*); *uide contra Sh. Bailey 207, cuius sententia* ex omni *idem est atque* ex toto, *et cf. Sen. epist. 95,33* uoluptas ex omni quaeritur, *ThLL IX 2,618,35sqq.* ille D V (*corr.* V[2]) 7 uix] bis *Cornelissen*; *cf. tamen B.-B. 314* amittit N L : amictat F : ammittit P : amittat F[3]; *cf. 1,16,19; 2,17,12; Pichon Ind. uerb. amat. 79* negauit D V (*corr.* V[2]) **8** amica ω, *corr. Scaliger*; *cf. 2,15,17* **9** Cynthia *pro uoc. hab. Lachmann, prob. Rothstein II 376;* *intellege tamen* mutatis terris, quantum Cynthia oculis, tam procul animo ibit amor

nunc agite, o socii, propellite in aequora nauem,
remorumque pares ducite sorte uices,
iungiteque extremo felicia lintea malo:
iam liquidum nautis aura secundat iter.
Romanae turres et uos ualeatis, amici, 15
qualiscumque mihi tuque, puella, uale!
ergo ego nunc rudis Hadriaci uehar aequoris hospes,
cogar et undisonos nunc prece adire deos.
deinde per Ionium uectus cum fessa Lechaeo
sedarit placida uela phaselus aqua, 20
quod superest, sufferre, pedes, properate laborem,
Isthmos qua terris arcet utrumque mare.
inde ubi Piraei capient me litora portus,
scandam ego Theseae bracchia longa uiae.
illic uel stadiis animum emendare Platonis 25
incipiam aut hortis, docte Epicure, tuis;
persequar aut studium linguae, Demosthenis arma,
librorumque tuos, docte Menandre, sales;

11 (a)equore N L P Δ; *sed cf. B.-B. 114* **12** pari *Heinsius*; *cf. Camps III 151sq.* forte F L P **14** *hunc uersum habet et Non. 249,32 L.* nam F; *cf. tamen codd. Nonii* **19** lic(h)eo (ly-) N L P Δ : liteo F : Lechaei *Guyet* : Lechaea *Postgate, corr.* ς; *cf. K.-St. I 477, H.-Sz. 145, Löfstedt Synt. II 75* **21** sufferte ς **23** me litora] mea lintea ς **25-26** *del. Lachmann*; *uide etiam Knoche RhM 85 (1936) 49, Sh. Bailey 208* **25** uel] aut *L. Müller, probb. B.-B. 315 (uide etiam Leo Kl. Schr. II 192); cf. tamen de nexu* uel . . . aut *2,2,6-7, H.-Sz. 552 exemplaque a Sh. Bailey ClQ 39 (1945) 121; 43 (1949) 27 allata* studiis ω, *corr. Broukhusius* (*qui et* spatiis *coni.*); *sermo est de Academia: cf. B.-B. 315, Sh. Bailey 209* **26** ortis F L P Δ : chartis *Slater*; *de Epicuri hortis agitur* docte] dux *Broukhusius* : note *Burman*; *quod adtinet ad uocem* doctus *philosophis tributam cf. Hor. sat. 2,4,88, Verg. catal. 5,9, ThLL V 1755,13-60* **27-28** *del. Richmond* **27** prosequar ς; *cf. e. g. Cic. ac. 1,7* (linguae: Demosthenis arma) / libraboque *Bury*; *cf. Petron. 5,14* quatiat Demosthenis arma; *de re uide Sh. Bailey ClQ 41 (1947) 92* **28** librorumque] libaboque *Suringar* (*probb. B.-B. 315*); *sed de enallage* (librorumque tuos . . . sales *i. q.* librorum tuorum sales)

aut certe tabulae capient mea lumina pictae,
siue ebore exactae, seu magis aere, manus. 30
aut spatia annorum aut longa interualla profundi
lenibunt tacito uulnera nostra sinu:
seu moriar, fato, non turpi fractus amore;
atque erit illa mihi mortis honesta dies.

22

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos,
Tullė, Propontiaca qua fluit isthmos aqua,
Dindymis et sacra fabricata e uite Cybebe,
raptorisque tulit qua uia Ditis equos?

cf. Löfstedt Synt. II 110 docte] culte *Heinsius* : scite *L. Müller* : *alii alia*; *cf. tamen Manil. 5,475* doctior urbe sua linguae sub flore Menander *et uide Sh. Bailey 208sq.; de iterato epitheto cf. 3,8,2-4; sim. 3,11,59-61*
31 et (ς) . . . et (*Scaliger*) *Baehrens* **32** situ ς (*prob. Camps III 153*); *cf. tamen 2,25,30* in tacito cohibe gaudia clausa sinu, *Tib. 3,19,8* in tacito gaudeat ille sinu; *tradita recte interpretatur Sh. Bailey 210* **33** seu] aut *Guyet* : sic *J. H. Voss*; *sed de particula* seu *i. q.* uel *cf. H.-Sz. 503sq.* seu moriar fato, non *dist. Hosius*; *cf. tamen de ellipsi 4,11,79* et si quid doliturus eris, sine testibus illis, *Cic. Att. 2,15,3* denique si solus (*sc.* esse) non potuero, cum rusticis potius quam cum his perurbanis (*sc.* ero) *aliaque exempla ap. Sh. Bailey Att. I 309* **34** aeque *Guyet*

22 ad tullum F L D V : ad tullum exortatio de incolenda urbe romana et laudes urbis P **1** annus N F (*corr.* F[3]) L (*corr.* L[2]) V Vo : amnis D **2** quae N F L P; *def. Camps III 155, coll. Apoll. Rhod. 1,938* ὅσσον τ' ἐπιμύρεται ἰσθμός; *sed* isthmos *tantummodo ap. Apul. met. 1,1 feminini generis est (cf. Kocher 19 adn. 8; de pentametri structura cf. contra 3,3,2; 3,21,22)* **3** dindymus (dindi-) ω (*def. Kocher 20-22*), *corr. Palmer*; *cf. Housman Class. Pap. 1236* e uite] inuenta N L P V Vo F[4] (*frustra def. Rothstein II 167. 376, coll. Verg. Aen. 7,61sq.* quam pater inuentam, primas cum conderet arces, / ipse ferebatur

si te forte iuuant Helles Athamantidos urbes, 5
at desiderio, Tulle, mouere meo.
tu licet aspicias caelum omne Atlanta gerentem,
sectaque Persea Phorcidos ora manu,
Geryonis stabula et luctantum in puluere signa
Herculis Antaeique Hesperidumque choros; 10
tuque tuo Colchum propellas remige Phasim,
Peliacaeque trabis totum iter ipse legas,
qua rudis Argoa natat inter saxa columba
in faciem prorae pinus adacta nouae;
et si⟨s⟩, qua Or⟨t⟩yg⟨i⟩e uisenda est, ora Caystri, 15
et qua septenas temperat unda uias;

Phoebo seruasse Latinus; *cf. contra Leo Kl. Schr. II 194, Kocher 22*) : iuuenta F D (*def. Tovar ClPh 59 [1964] 35-36*) : in caute *Housman* (*coll. Apoll. Rhod. 1,1120*) : in uite *Havet* (*prob. Camps III 155*) : *alii alia*; *corr. Haupt, coll. Strab. 12,575, Apoll. Rhod. 1, 1117sqq.* sacrae fabricata iuuenca Cybebae *I. Voss* (*cf. tamen Housman Class. Pap. 248*) : secto fabricata e dente Cybebe *Barton* **4** quae ς; *sed cf. app. ad u. 2, Lucr. 5,102. 272, Liu. 8,8,19, Sen. Herc. f. 835, Auson. epigr. 3,10 P. et uide Housman ad Manil. 5,24, ad Lucan. 1,405; 6,355; Sh. Bailey 307* equos? *sic dist. Carutti*
5 sic *Baehrens* : seu *Luck*; *sed cf. 2,1,75* si te forte meo ducet uia proxima busto *et Kocher 27* iuuat N F L P Vo **6** et ω : nec ς (*prob. Hubbard ClQ 62 [1968] 319*), *corr. Phillimore* (*probb. B.-B. 316, Camps III 155*) **13** argea F D V (*corr.* F[4] V[2]); *prob. Housman Class. Pap. 274, coll. 2,26,39sq., Val. Fl. 1,477*; Argoa *def. Sh. Bailey 211, qui 4,8,24, Hor. epod. 16, 57, Stat. silu. 3,2,42 confert. Ad uerba* Argoa columba *supplendum est* duce; *de abl. Kocher 42 adfert 1,17,23; 1,19,19; 2,4,21; 3,11,55; 3,17,21* **15-16** *post u.* 6 *transt. Housman, prob. Hubbard ClQ 62 (1968) 319*; *cf. tamen Kocher 30-32* **15** at F (*corr.* F[4]) L D V : aut P si qua ω (*quod ferri non potest, ut ostendunt B.-B. 317; contra Camps III 157 cf. Kocher 45*), *corr. Haupt* orig(a)e ω : Ortygii *I. Voss* : Ortygiae *Lachmann, corr. Butler et Barber* (et sis qua Ortygie et *coni. iam Haupt, prob. Rothstein II 169*); *cf. Camps III 156, Kocher 45* **16** quae *Palmer* (*prob. Camps III 157*); *cf. tamen app. ad uu. 2. 4 et Kocher 19*

omnia Romanae cedent miracula terrae:
  natura hic posuit, quidquid ubique fuit.
armis apta magis tellus quam commoda noxae:
  Famam, Roma, tuae non pudet historiae. 20
nam quantum ferro tantum pietate potentes
  stamus: uictrices temperat ira manus.
hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Vmbro
  tramite, et aeternum Marcius umor opus,
Albanus lacus et socia Nemorensis ab unda, 25
  potaque Pollucis nympha salubris equo.
at non squamoso labuntur uentre cerastae,
  Itala portentis nec fu⟨r⟩it un⟨d⟩a nouis,
non hic Andromedae resonant pro matre catenae,
  nec tremis Ausonias, Phoebe fugate, dapes, 30
nec cuiquam absentes arserunt in caput ignes
  exitium nato matre mouente suo,
Penthea non saeuae uenantur in arbore Bacchae,
  nec soluit Danaas subdita cerua ratis,

17 cedant *Heinsius*; *sed cf. Rothstein II 170, Kocher 53* **19-22** *post u.* 36 *transt. Tremenheere*; *cf. tamen Kocher 49-51* **22** ira] illa ς; *sed cf. Rothstein II 170, Sh. Bailey 308, Kocher 60* **23** Anio] almo P D flues ω, *corr.* ς Clitumnus *om.* F (*add.* F[4]) **24** martius ω, *corr.* ς **25** socii N L P Vo : sotii F : sotiis D V, *corr.* ς *(et Puccius)*; *cf. Kocher 69* Albanusque lacus socii Nemorensis at (et *Hertzberg*) unda *Scaliger* : Albanus lacus et foliis Nemorensis abundans *Housman* : *alii alia*; *cf. tamen B.-B. 317* **26** lympha P[2]; *sed de faciliore lectione agitur: cf. 1,2,12; 1,11,12; 3,3,51; 3,10,3; 4,6,7; 4,9,35. 59; uide tamen 3,16,4 et app. ad loc.* **27** ac D V nunc N; *cf. Rothstein II 171, Kocher 72* lanibuntur F : lambuntur L Δ F[3] **28** furit] fuit ω, *corr.* ς (*qui et* fluit *coni.*; *cf. ThLL VI 1, 969,82*); *cf. Tränkle 83 adn. 3* una ω, *corr.* ς; *cf. Kocher 74* **34** non D V

cornua nec ualuit curuare in paelice Iuno 35
aut faciem turpi dedecorare boue;
\+ + +
arboreasque cruces Sinis, et non hospita Grais
saxa et curuatas in sua fata trabes.
haec tibi, Tulle, parens, haec est pulcherrima sedes,
hic tibi pro digna gente petendus honos, 40
hic tibi ad eloquium ciues, hic ampla nepotum
spes et uenturae coniugis aptus amor.

23

Ergo tam doctae nobis periere tabellae,
scripta quibus pariter tot periere bona!
has quondam nostris manibus detriuerat usus,
qui non signatas iussit habere fidem.

36 boui N F (*corr.* F[3]) L P V Vo; boue (*i. q.* bouis forma) *iure def. Sh. Bailey 211, coll. 4,5,14; Ouid. met. 4,585; 7,270; fast. 5,504; Manil. 1,783; 4,681; Sen. Herc. O. 302* *post u.* 36 *lacunam statuit Liuineius* **37-38** *post u.* 10 *transt. Otto, post u.* 30 *Hertzberg* : *del. Knoche RhM 85 (1936) 38sqq.; 48sqq.; uide contra B.-B. 318, E. Reitzenstein Wirkl. 99sq., Camps III 160, Williams Trad. and Orig. 419sqq., Kocher 86-89* **37** arboreasue *Lachmann*; *sed cf. Rothstein II 174, H.-Sz. 500* Sinis] senis ω (cinis *sup.* N[2]), *corr. Volscus*; *cf. Apollod. 3,16,2; Ouid. met. 8,440; Rothstein II 174* et non *om.* F (non *in mg. add.* F[4]) : et *om.* Vo **38** curtatas *Puccius* (*prob. Camps III 161*); *sed cf. ThLL IV 1547,77sqq.* **40** h(a)ec F L P (*corr.* F[4] P[2]) **41** alloquium *Otto*; *cf. ThLL V 2,412,50sqq.* **42** altus ς; *sed cf. Kocher 94*

23 de tabulis perditis F L D V : de tabellis amissis querela P **2** tot] non F L P (*corr.* P[2]) : quot *Heinsius*; *cf. Camps III 90* **3** nostras N (*corr.* N[2]) : uestras F

illae iam sine me norant placare puellas 5
et quaedam sine me uerba diserta loqui.
non illas fixum caras effecerat aurum:
uulgari buxo sordida cera fuit.
qualescumque mihi semper mansere fideles,
semper et effectus promeruere bonos. 10
forsitan haec illis fuerint mandata tabellis:
'Irascor quoniam es, lente, moratus heri.
an tibi nescio quae uisa est formosior? an tu
non bona de nobis crimina ficta iacis?'
aut dixit: 'Venies hodie, cessabimus una: 15
hospitium tota nocte parauit Amor,'
et quaecumque uolens reperit non stulta puella
garrula, cum blandis dicitur hora dolis.

5 puellam ς; *cf. tamen Rothstein II 175, Camps III 163* **11** fuerant F L P Δ : fuerunt ς (*prob. Housman Class. Pap. 275, qui u. 15* dixit *confert*); *cf. tamen La Penna SIFC 25 (1951) 235 et de* forsitan *cum coniunctiuo uide app. ad 3,20,6* **13** at tibi Vo V² **14** non bene ς; *uide tamen 2,32,24 et Rothstein II 176* nobis] bonis F (*corr.* F²) L P carmina ς (*uide etiam Housman Class. Pap. 37*) **15** dixi N F L Δ : dixti ς; *cf. Camps III 163*: aut dixit, *sc.* puella uenias ς; *cf. tamen Camps III 163* cessauimus ω, *corr.* ς; *cf. Rothstein II 176 et, quod adtinet ad* una cessare, *Tränkle 169* **16** parabit *Heinsius, probb. B.-B. 319*; *cf. etiam Camps III 163; uide tamen Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 28, qui Cic. fam. 9,6,2; Att. 14,2,4; Sidon. epist. 8,11,3 confert* **17-18** puella / garrula, cum *sic recte dist. Housman; cf. B.-B. 319* **17** dolens ω : solens *Guyet, corr. Puccius*; dolens *defendere conati sunt Rothstein II 176, Friedrich Cat. 88sq.; uide tamen Catull. 8,9* iam illa non uolt **18** ducitur ω, *corr.* ς; ducitur *def. Rothstein II 377; cf. tamen Phaedr. 4,25,19* redit hora dicta, *ThLL V 1,978,15-17* (diem dicere) *et de re B.-B. 319, Camps III 164*

me miserum, his aliquis rationem scribit auaru⟨s⟩
  et ponit duras inter ephemeridas! 20
quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro:
  quis pro diuitiis ligna retenta uelit?
i puer, et citus haec aliqua propone columna,
  et dominum Esquiliis scribe habitare tuum!

24

Falsa est ista tuae, mulier, fiducia formae,
  olim oculis nimium facta superba meis.
noster amor talis tribuit tibi, Cynthia, laudes:
  uersibus insignem te pudet esse meis.
mixtam te uaria laudaui saepe figura, 5
  ut, quod non esses, esse putaret amor;

19 hic Vo auari ω, *corr.* ς **20** diras N Vo F[4]; *quod defendere conatur Camps III 164, coll. Seru. ad Verg. Aen. 3,235* Vmbri ... quae nos mala dira uocant; *cf. tamen Housman Class. Pap. 275, B.-B. 319* (*qui conferunt Ouid. am. 1,12,23-26* aptius hae capiant uadimonia garrula cerae, / quas aliquis duro cognitor ore legat; / inter ephemeridas melius tabulasue iacerent, / in quibus absumptas fleret auarus opes), *Tränkle 118. Eandem corruptelam in codicibus inuenimus ap. 3,11,20; 3,13,53; 3,15,20* **22** prae *Barber* signa ω, *corr. Beroaldus*; *cf. Ouid. am. 1,12,7* ite hinc, difficiles, funebria ligna, tabellae

24 ad amicam superbientem F V : ad cynthiam L D : ad cinthiam iurgia et separatio ab amore suo P **1** est *om.* F (*add.* F[2]) **2** tuis *Burman*; *probb. B.-B. 320, coll. 1,1,1; uide tamen Stroh 166 adn. 87* (*qui 1,1,3 confert*) *et Sh. Bailey 212, qui* oculis meis = propter oculorum meorum iudicium *interpretatur* **4** te] iam *Heinsius* : nunc *Broukhusius*; *cf. tamen Camps III 165* (*ad uerbalem uocem* pudet *simul audi* me) meis? *dist.* N F **5** mixtam] fictam *Heinsius*; *sed* mixtam *recte tuetur Sh. Bailey 213* **6** essem F (*corr.* F[4]) : esset D V F[2] esse] saepe F L P Δ (*corr.* P[2] V[2])

et color est totiens roseo collatus Eoo,
  cum tibi quaesitus candor in ore foret.
quod mihi non patrii poterant auertere amici,
  eluere aut uasto Thessala saga mari, 10
hoc ego non ferro, non igne coactus, et ipsa
  naufragus Aegaea (uer[b]a fatebor) aqua.
correptus saeuo Veneris torrebar aeno;
  uinctus eram uersas in mea terga manus.
ecce coronatae portum tetigere carinae, 15
  traiectae Syrtes, ancora iacta mihi est.
nunc demum uasto fessi resipiscimus aestu,
  uulneraque ad sanum nunc coiere mea.
Mens Bona, si qua dea es[t], tua me in sacraria dono!
  exciderant surdo tot mea uota Ioui. 20

9–10 *post u.* 12 *transt. Housman, post u.* 14 *Tremenheere*; *cf. Camps III 166* **10** eluere] fluere N F (*corr.* F[4]) L (*eandem corruptelam inuenimus ap. Sen. dial. 6 [= Marc.], 23,1, Plin. nat. 9,150; 30,64*) : fleuere P (*corr.* P[2]) : eruere *ed. Gryph. a. 1551*; *cf. ThLL V 2,435, 17–32, Enk Mn S. IV 2 (1949) 166* **11** h(a)ec ω (*quod fortasse defendi potest: cf. enim de uu. 9sqq. structura Tränkle 16*), *corr. Foster, qui de uerbalis uocis ellipsi (hic enim* auerti *e u. 9* auertere *simul audiendum est) 1,13,13; 4,11, 79 confert* coactus at ipsa *cod. Casanat. 915* (*prob. Bennett ClPh 64 [1969] 33*) : coactus et ipse *Baehrens* : coacta, sed ipsa *Phillimore* : coactus et ista *Barber* : coactus: ab ipsa *Sh. Bailey* (*cf. tamen B.-B. 214, qui uu. 11–14 recte interpretantur*) **12** uerba ω, *corr. cod. Vat. Chig. H IV 123 (et Liuineius)*; *cf. Foster AJPh 30 (1909) 58, Tränkle 8* (uera fatebor) *sic recte dist. Passerat*; *cf. enim Ouid. epist. 8,97* fatebar ς (*prob. Bennett ClPh 64 [1969] 33); sed cf. Verg. buc. 1,31; Aen. 4,20* (fatebor enim); *Ouid. epist. 8,97* (uera fatebor) *aliaque exempla ap. ThLL VI 337,10sqq.* **13** torrebor D V : terrebar Vo **14** uictus N F Vo **17** requiescimus *Francius* **18** uulnera et F **19** deo est ω : adeo es *Housman, corr. Beroaldus* **20** exciderunt ς (*probb. B.-B. 321*) : exciderint *Liuineius*; *sed ppf. recte interpretatur Camps III 169*

risus eram positis inter conuiuia mensis (III 25)
  et de me poterat quilibet esse loquax.
quinque tibi potui seruire fideliter annos:
  ungue meam morso saepe querere fidem.
nil moueor lacrimis: ista sum captus ab arte; 25
  semper ab insidiis, Cynthia, flere soles.
flebo ego discedens, sed fletum iniuria uincit:
  tu bene conueniens non sinis ire iugum.
limina iam nostris ualeant lacrimantia uerbis,
  nec tamen irata ianua fracta manu. 30
at te celatis aetas grauis urgeat annis
  et ueniat formae ruga sinistra tuae!
uellere tum cupias albos a stirpe capillos,
  a! speculo rugas increpitante tibi,

21 *nouam elegiam incipiunt, cum* N Vo, *complures editores*; *cf. tamen Rothstein II 377, Leo Kl. Schr. II 203, La Penna Maia 7 (1955) 134sq., qui dilucide ostendit carmen sub fine ad initium reuertens* (falsa est ista tuae fiducia formae ... euentum formae disce timere tuae) *aptissime cum Propertii compositione conuenire* uisus V (*corr.* V^2) : isus Vo **25** cautus *Heimreich*; captus *def. Sh. Bailey 215, coll. Lucian. dial. mort. 27,7* ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου καὶ δακρύων ἐπιπλάστων καὶ στεναγμῶν ἑάλως ὁ γενναῖος **27** uincet ς; *cf. tamen Tränkle 158* **28** ire] esse F L P D V (*corr.* V^2) *non improbante Housman Class. Pap. 281*; *cf. tamen 1,5,2* et sine nos cursu quo sumus ire pares, *Camps III 170* **29** lumina F L P D V (*corr.* F^2 P^2); *cf. Rothstein II 182* **32** ruga sinistra] curua senecta *O. Skutsch* **33** cum F (*corr.* F^2) L P D V; *cf. Tib. 1,8,45* tollere tum cura est albos a stirpe capillos capias N F : cupies V Vo; *sed cf. u. 15* patiare, *u. 16* queraris, *Rothstein II 182* **34** e ς : at *uel* sed *Burman* : has *Heinsius*; *cf. tamen Tränkle 98. 149*

exclusa inque uicem fastus patiare superbos 35
et quae fecisti facta queraris anus!
has tibi fatalis cecinit mea pagina diras:
euentum formae disce timere tuae!

35 uices Vo F[4] patiere D V; *sed cf. app. ad u. 13* **36** ut D quereris *Heinsius*; *sed cf. app. ad u. 13* **38** domin(a)e F L P D V (*corr.* F[4] V[2]); *cf. Stroh 167 adn. 90* explicit liber tertius incipit quartus F : propertii aurelii nautae liber quartus incipit ad hospites D

LIBER QVARTVS

1

⟨PROPERTIVS⟩

'Hoc quodcumque uides, hospes, qua[m] maxima Roma [est,
ante Phrygem Aenean collis et herba fuit;
atque ubi Nauali stant sacra Palatia Phoebo,
Euandri profugae concubuere boues.
fictilibus creuere deis haec aurea templa, 5
nec fuit opprobrio facta sine arte casa;
Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat
et Tiberis nostris aduena bubus erat.

1 1 Propertius *add. edd. uett.* quam ω : quae ς, *corr. L. Carrio* est *om.* F **2** phryge enea N **4** procubuere V Vo (*fort. recte*); *uox* concubuere, *obsceno sensu carens, defenditur a Sh. Bailey 216, qui confert 4,8,36, Cic. rep. 4,4, Cypr. epist. 4,4,1, Varr. ling. 7,78; cf. etiam Pasoli Conu. 33 (1965) 627 et uide contra Hanslik Herm. 91 (1963) 181; exempla a Sh. Bailey allata, quae olim improbaui (cf. Fedeli 75), nunc magni momenti mihi uidentur, excepto Cypr. epist. 4,4,1* **6** non F L P D V (*corr.* V[2]) **7** tarpetiusque N : tarpeusque F fonebat F (*corr.* F[4]) **8** nec ... rostris *Postgate*; *sed cf. B.-B. 323* tutus F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) : bobus P[2]; *cf. Ouid. fast. 5,639sq.* nostras ... Tuscus (*Havet*) *Barber*

qua gradibus domus ista Remi se sustulit, olim
unus erat fratrum maxima regna focus. 10
Curia, praetexto quae nunc nitet alta senatu,
pellitos habuit, rustica corda, Patres.
bucina cogebat priscos ad uerba Quiritis:
centum illi in prato saepe senatus erat.
nec sinuosa cauo pendebant uela theatro, 15
pulpita sollemnis non oluere crocos.
nulli cura fuit externos quaerere diuos,
cum tremeret patrio pendula turba sacro,
annuaque accenso celebrare Parilia faeno,
qualia nunc curto lustra nouantur equo. 20

9 quod N : quo F L P Δ (*prob. Pasoli IV 63*), *corr.* ς; *de re cf. Hanslik Herm. 91 (1963) 182, Wistrand 64sqq.* quot (quo *Ries, prob. Sh. Bailey 216*) ... sustulit! *Dieterich*; *cf. tamen Watt ClQ 69 (1975) 155* qua gradibus domus ista, Remi se sustulit olim: *dist. Watt* (*fort. recte*) **13** bucina cogebat priscos ad arma Quirites *Isid. orig. 18,4,1*; *sed cf. Knoche Gn 12 (1936) 269, Fedeli 78; u. 14 collato, deducere possumus Isidori lectionem* (ad arma) *haud dubie refellendam esse* **14** prato saepe ω *et Lact. inst. 2,6,14* : prati saepe (*i. e.* saepto) *Heinsius* (*prob. Luck*); *fort. recte: uide nuperrime D'Ambrosio GiornFilFerr 2 (1979) 101sq.; cf. tamen Rothstein II 193, Sh. Bailey 126 (qui perperam* nempe *pro* saepe *coni.: cf. contra Williams JRSt 47 [1957] 246)* erant ς; *sed cf. K.-St. I 40, Löfstedt Synt. II 118* **15** cauo] suo P D V : *om.* F (cano *add.* F[4]) L; *cf. Rothstein II 193: de* cauea *est sermo* **18** pendula] credula *Liuineius* : sedula *Heimreich*; *sed uocem* pendula *recte interpretantur Rothstein II 194, Binder MH 24 (1967) 110-115, Scholz RhM 112 (1969) 43sqq., qui tamen de feriis Latinis, non de Compitalibus hic agere Propertium censet; cf. etiam Pasoli Latin. 18 (1970) 19sqq.* **19** annuaue *J. H. Voss* : annua at *Lachmann*; *cf. tamen de* -que *cum ui aduersatiua post enuntiatum negatiuum Fedeli 79, Pasoli Conu. N. S. 3 (1969) 47sqq., Latin. 18 (1970) 24* celebrate D : celebrata (*sc.* sunt) *Phillimore* (*prob. Camps IV 52*) : celebrante *Housman*; celebrante *accipiunt nonnulli uiri*

Vesta coronatis pauper gaudebat asellis,
  ducebant macrae uilia sacra boues.
parua saginati lustrabant compita porci,
  pastor et ad calamos exta litabat ouis.
uerbera pellitus saetosa mouebat arator, 25
  unde licens Fabius sacra Lupercus habet.
nec rudis infestis miles radiabat in armis:
  miscebant usta proelia nuda sude.
prima galeritus posuit praetoria Lycmon,
  magnaque pars Tatio rerum erat inter ouis. 30
hinc Tities Ramnesque uiri Luceresque Soloni,
  quattuor hinc albos Romulus egit equos.

docti, inter quos B.-B. 323, Enk Homm. Herrmann 341sq., qui pro ablatiuo absoluto cum enuntiato temporali coniuncto Ouid. met. 5,362 confert; uide tamen Binder MH 24 (1967) 109; tradita recte tuentur Wackernagel Vorles. II 312, Dumézil Er 54 (1956) 233sqq., Scholz RhM 112 (1969) 39sqq. palilia Δ; *cf. Deubner MDAIR 36-37 (1921-22) 28sqq. post u.* 19 *lacunam duorum uersuum stat. Havet* **20** curuo Vo V²
21 uestra N F L P (*corr.* F⁴ P²); *cf. Ouid. fast. 6,311, Frazer IV 230* **23** pauca *Lachmann* : parca *Baehrens*; *de adiect.* paruus = paucus *cf. Svennung Untersuch. 323. 641* **25** uellera ς; *sed cf. Sil. 13,330* uerbera laeta mouens festo per compita coetu *et Tränkle 52* **28** nuda] facta F L Δ (*corr.* F² V²) : cruda *De Rooy*; *sed cf. Stat. Theb. 1,413* nudam ... pugnam, *Sil. 6,46* certamine nudo, *Gratt. 153* nudo Marte; *uide Housman Class. Pap. 255, Sh. Bailey 217, Marr ClQ 64 (1970) 160* **29** lygmon N Vo : ligmon F P L D V, *corr.* ς **30** tacito N : ratio Vo **31** titiens N Vo : ticiens L P V : ticeus F : ticieus F⁴ : taciens D, *corr.* ς; *cf. Varr. ling. 5,81, Mommsen Staatsrecht III 97, Rothstein II 379, B.-B. 324* coloni F L P (*corr.* P²) D V : seueri *Housman*; coloni *def. Rothstein II 198; sed cf. Dion. Hal. 2,37,2, Cic. diu. 1,79 et quae disputat Dieterich RhM 55 (1900) 201sq.*

quippe suburbanae parua minus urbe ⟨Bo⟩uillae
 et, qui nunc nulli, maxima turba Gabi.
et stetit Alba potens, albae suis omine nata, 35
 ac tibi Fidenas longa erat isse uia.
nil patrium nisi nomen habet Romanus alumnus:
 sanguinis altricem non pudet esse lupam.
huc melius profugos misisti, Troia, Penatis;
 heu quali uecta est Dardana puppis aue! 40
iam bene spondebant tunc omina, quod nihil illam
 laeserat abiegni uenter apertus equi,

33 paruae ς (*prob. Camps IV 55*) : paruo *Nairn* (*cf. etiam Garrod JPh 30 [1907] 87 et uide contra Guey REL 30 [1952] 196*); *tradita deff. Rothstein II 199, Fedeli 84; recte interpretatus est iam Kuinoel*: "parua urbe, *sc.* Roma, existente (*abl. abs.*) Bouillae minus erant suburbanae, adeoque magis ab ea distabant" paruo minor (*sc.* turba) *Barber* Bouillae] uiol(a)e ω, *corr.* ς **34** *et* **36** *inter se mut. L. Müller*; *cf. Marr ClQ 64 (1970) 160* **36** ac tibi] hac ubi ω (*prob. Guey REL 30 [1952] 198*) : hac tibi ς : hinc *uel* tunc ubi *Ritschl* : magna ubi *Rothstein, corr. Baehrens*; *cf. B.-B. 325, Fedeli 84* longe ... uias ω (*cf. Haupt Opusc. I 94, Rothstein II 379*), *corr.* ς ire F L P D V : ipse Vo V² **37–38** nil ... alumnus? / ... non putet esse lupam? *dist. Van Sickle DArch 8 (1974–75) 130* **38** putet N F L Δ : putat ς : patet *Baehrens* (*prob. Enk Comm. crit. 294; sed cf. Waszink Homm. Herrmann 787*); putet *deff. B.-B. 325, Hanslik Herm. 91 (1963) 104; sed* pudet *dilucide tuetur Pasoli Scr. G. Turrini 584–588; cf. etiam Camps IV 56, Fedeli 85* nunc pudet *Volscus* : num pudet *Burman* **40** heu] oh P² : en ς (*prob. Enk Comm. crit. 294*) : huc *Palmer* (*prob. Guey REL 30 [1952] 201*); *sed cf. Housman ad Lucan. 5, 354, qui de interiectione* heu *'non dolentis' Ouid. fast. 2,408, Lucan. 5,354 confert; quibus exemplis adde 2,29,30; 3,15,6; Val. Fl. 1,744; Mart. 7,47,3* *post u.* 40 *uu.* 47–54 *transt. Postgate, uu.* 47–52 *Housman*; *cf. B.-B. 326* **41** illos (*sc.* Penates) *Schrader* (*probb. B.-B. 326*); illam (*sc.* Troiam) *def. Waszink Homm. Herrmann 790; sed* illam (*sc.* Dardanam puppim) *tuetur Fedeli 86*

cum pater in nati trepidus ceruice pependit
  et uerita est umeros urere flamma pios.
tunc animi uenere Deci Brutique secures, 45
  uexit et ipsa sui Caesaris arma Venus,
arma resurgentis portans uictricia Troiae.
  felix terra tuos cepit, Iule, deos,
si modo Auernalis tremulae cortina Sibyllae
  dixit Auentino rura pianda Remo, 50
aut si Pergameae sero rata carmina uatis
  longaeuum ad Priami uera fuere caput:
'uertite equum, Danai! male uincitis! Ilia tellus
  uiuet et huic cineri Iuppiter arma dabit.'
optima nutricum nostris lupa Martia rebus, 55
  qualia creuerunt moenia lacte tuo!
moenia namque pio coner disponere uersu:
  ei mihi, quod nostro est paruus in ore sonus!
sed tamen exiguo quodcumque e pectore riui
  fluxerit, hoc patriae seruiet omne meae. 60

45 hinc *Heinsius* (*prob. Camps IV 57*); *sed cf. Waszink Homm. Herrmann 791* decii N L P : decis F **46** rexit *Heinsius* : auxit *L. Müller*; *sed cf. Waszink Homm. Herrmann 791* Caesaris] sanguinis (*sc.* Aeneae) *Barber* : coniugis (*sc.* Vulcani) *Sh. Bailey, coll. Verg. Aen. 8,608sqq.*; *tradita iure def. Waszink Homm. Herrmann 791, coll. Ouid. met. 15,844sq., Petron. 124, uu. 266sq.* **49** uetulae *Garrod*; *sed de metonymia cf. 1,5,15* tremulus... horror, *Cic. Arat. 68* tremulo ... frigore **51** seu F (*corr.* F^{3}) nata Vo F^{4} **55** nutritum L D V (*corr.* V^{2}) **57** conor ς (*prob. Camps IV 61*); *simul audi tamen, cum B.-B. 327,* si mihi liceat; *cf. etiam Abel Anred. 15, qui Ouid. am. 1,11,26 confert* **58** quod] quam *Francius* (*prob. Rothstein II 380, qui Ouid. trist. 1,2,45 confert*); *tradita def. Sh. Bailey 220, coll. Ouid. trist. 1,6,29* ei mihi, non magnas quod habent mea carmina uires **59** exigui F **60** seruiat ς; *cf. Ouid. Pont. 4,8,65sq.* si quid adhuc igitur uiui, Germanice, nostro / restat in ingenio, seruiet omne tibi

Ennius hirsuta cingat sua dicta corona:
mi folia ex hedera porrige, Bacche, tua,
ut nostris tumefacta superbiat Vmbria libris,
Vmbria Romani patria Callimachi!
scandentis quisquis cernit de uallibus arces, 65
ingenio muros aestimet ille meo!
Roma, faue, tibi surgit opus: date candida, ciues,
omina et inceptis dextera cantet auis!
sacra diesque canam et cognomina prisca locorum:
has meus ad metas sudet oportet equus.' 70

⟨HOROS⟩

'Quo ruis imprudens, uage, dicere fata, Properti?
non sunt a dextro condita fila colo.

61 dicta] scripta *Burman* : dicta *in crucibus inclusit L. Müller*; *cf. tamen S. Mariotti, Lezioni su Ennio, Pesaro 1951, 104-106, Alfonsi Herm. 83 (1955) 383sq.* (dicti studiosus = φιλόλογος) **65-66** *fragmentum esse censet Lütjohann* : *del. Allen* **65** quisquis] quasuis F L : si quis P *in ras.* Vo V² : asis F⁴ scandentisque Asis *Richmond*; *cf. tamen B.-B. 327, Fedeli 91* cernet F **66** extimet F P D Vo **68** omnia L D V incertis F (*corr.* F⁴) : in tectis L D : intectis V; *cf. Leo RhM 35 (1880) 442* **70** sudet] tendat *Heinsius*; sudet *tuetur Pfeiffer Herm. 63 (1928) 322 adn. 4, id. Callim. I 5; adde Wimmel Kall. in Rom 105, Tränkle 99, Kenney, Ouidiana. Recherches sur Ovide, Paris 1958, 206* **71** Horos *add. edd. uett.* *nouam elegiam incipiunt Itali*; *cf. Wimmel Kall. in Rom 277, Sandbach ClQ 56 (1962) 263sq.* uaga ς : caue *Schippers* : fuge *Liuineius*; *cf. Lachmann 337: "quo ruis? inquit, quo per loca caeca tibique non adeunda uagaris?"* facta ς : tanta *Wilkinson*; *sed uox* fata *idem est ac* tua fata; *quod adtinet ad uocem* Properti, *ea pro uocatiuo haud dubie accipienda est: cf. Pasoli IV 63* imprudens? fuge *Liuineius, prob. Goold HStCPh 69 (1965) 80; 71 (1966) 91* uage? . . . Properti? *dist. Rothstein* caue (*Schippers*) discere (ς) fata *Sandbach ClQ 59 (1962) 269: cf. tamen ibid. 276* **73** cantas ω : quantas *Buecheler, corr. Baehrens*; *cf. Callim. Hymn. 6,17* μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες ἃ δάκρυον ἄγαγε Δηοῖ

accersis lacrimas canta⟨n⟩s; auersus Apollo:
  poscis ab inuita uerba pigenda lyra.
certa feram certis auctoribus, aut ego uates 75
  nescius aerata signa mouere pila.
me creat Archytae suboles Babylonius Orops
  Horon, et a proauo ducta Conone domus.
di mihi sunt testes non degenerasse propinquos,
  inque meis libris nil prius esse fide. 80
nunc pretium fecere deos et fallitur auro
  Iuppiter. obliquae signa iterata rotae,
felicesque Iouis stellas Martisque rapaces
  et graue Saturni sidus in omne caput,
quid moueant Pisces animosaque signa Leonis, 85
  lotus et Hesperia quid Capricornus aqua

aduersus F D V (*corr.* V^2); *cf. Housman Class. Pap. 282* apollo est P accersis lacrimas; auersus cantat Apollo *Sandbach* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 91*) : *alii alia* **75** aut] haud ς; *cf. tamen Verg. Aen. 10,630, Hor. ars 42, Fraenkel Hor. 358 et adn. 3, K.-St. II 101* **76** errata F L P (*corr.* P^2) **77** horus N *in mg.* **78** orops F^4 **79** dic N : dii F L P Δ, *corr.* ς sint Vo propinquis ς; *sed de* degenero + *acc. cf. Ouid. met. 7,543, Pont. 3,1,45, Stat. silu. 3,1,160, Tränkle 70* **81-88** *de interpunctione cf. Enk Comm. crit. 297, Fraenkel Kl. Beitr. I 75, Hanslik Herm. 91 (1963) 185* : et (fallitur auro / Iuppiter) *dist. Tyrrell* (*sed cf. Fedeli 94*) : (et fallitur auro / Iuppiter) *dist. Schippers* (*prob. Luck*) : et fallimus auro (Iuppiter!) *Housman* **81** nunc] in F (*corr.* F^4) L P D deis et *Lütjohann* : deo sed *R. Reitzenstein* **82** Iuppiter] turpiter *Damon*; *cf. Sh. Bailey 222* **83-84** *post u.* 76 *transt. Richmond* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 99*) **83** rapacis N L P Δ : capacis F, *corr.* ς (*cf. Ouid. Ib. 213sq., Ps. Verg. Aetna 242*); *haud dubie* rapacis, *ut censet Pasoli IV 63, pro acc. plur. accipi potest; sed suspicari licet exitum in* -is *e proximo uerbo* (Martis) *originem ducere* **85-86** *post u.* 102 *transt. Richmond* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 99*), *post u.* 108 *Housman* (*prob. Marr ClQ 64 [1970] 164sq.*) **85** moneant L D V (*corr.* V^2); *cf. Germ. frg. 4,111 B., ThLL VIII 1546,1-8* **86** qui N

dicam. 'Troia cades, et Troica Roma resurges'
  et maris et terrae longa † sepulcra † canam.
dixi ego, cum geminos produceret Arria natos
  (illa dabat natis arma uetante deo), 90
non posse ad patrios sua pila referre Penates:
  nempe meam firmant nunc duo busta fidem.
quippe Lupercus, equi dum saucia protegit ora,
  heu sibi prolapso non bene cauit equo;
Gallus at, in castris dum credita signa tuetur, 95
  concidit ante aquilae rostra cruenta suae:
fatales pueri, duo funera matris auarae!
  uera, sed inuito, contigit ista fides.
idem ego, cum Cinarae traheret Lucina dolores
  et facerent uteri pondera lenta moram, 100

87-88 *post u.* 52 *transt. L. Müller, post u.* 54 *Baehrens, post u.* 68 *Marcilius* (*prob. Van Sickle DArch 8 [1974-75] 136sqq.*), *post u.* 70 *Scaliger* : *del. Passerat*; *cf. Ouid. fast. 1,523sqq., Norden Kl. Schr. 409, Leo Tib. 11, Hanslik Herm. 91 (1963) 185* **88** longa sepulcra] longa pericla ς (*probb. Sh. Bailey 222, coll. Verg. Aen. 10,57* totque maris uastaeque exhausta pericula terrae, *Hanslik Herm. 91 [1963] 185*); *tradita defendere olim conatus sum (cf. Fedeli 96), coll. 1,22,3* si Perusina tibi patriae sunt nota sepulcra, *Catull. 68,89* Troia, nefas, commune sepulcrum Asiae Europaeque; *cf. etiam Van Sickle DArch 8 (1974-75) 136 adn. 71. De uniuersi conflagratione hic agi perperam censet Dieterich RhM 55 (1900) 211sq.* **89** accia D V (*corr.* V²) F² : arua L **90** dabit D **93** eques *Heinsius* (*prob. Camps IV 66; sed cf. Nethercut WSt 81 [1968] 95*) **94** equum *Richmond* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 94sq.*; *cf. tamen ThLL III 636, 3sqq.*) **95** et D V (*corr.* V²) **96** rostra] signa Vo V² **97** Martis auari *L. Müller* : matris amara *Hosius*; *cf. tamen Rothstein II 209, Sh. Bailey 222* **98** inuito] in uno F L P D V (*corr.* F⁴ V²)

'Iunonis facito uotum impetrabile' dixi:
  illa parit: libris est data palma meis!
hoc neque harenosum Libyae Iouis explicat antrum,
  aut sibi commissos fibra locuta deos,
aut si quis motas cornicis senserit alas, 105
  umbraue quae magicis mortua prodit aquis:
aspicienda uia est caeli uerusque per astra
  trames, et ab zonis quinque petenda fides.
exemplum graue erit Calchas: namque Aulide soluit
  ille bene haerentis ad pia saxa ratis; 110
idem Agamemnoniae ferrum ceruice puellae
  tinxit, et Atrides uela cruenta dedit.
nec rediere tamen Danai: tu diruta fletum
  supprime et Euboicos respice, Troia, sinus!
Nauplius ultores sub noctem porrigit ignis 115
  et natat exuuiis Graecia pressa suis.

101 iunoni ς; *sed cf. Catull. 68,65* iam prece Pollucis, iam Castoris implorata, *Verg. Aen. 11,4* uota deum primo uictor soluebat Eoo *aliaque exempla ap. Sh. Bailey 222* facite ω : tacite *Sudhaus, coll. Apul. apol. 54* (*cf. tamen Hanslik Herm. 91 [1963] 187*), *corr. Lachmann* (uotum facito *coni. iam Burman*); *de tota re cf. Fedeli 98* uotum facite ς, *quo probato* 'Iunonis uotum facite impetrabile' *dist. R. Reitzenstein Herm. 50 (1915) 474sq.* : facito uotum; impetrabile! (*sc.* erit) *dist. Sh. Bailey 233* (*prob. Hanslik Herm. 91 [1963] 187*) impenetrabile P : imperabile Vo : impetrabite *Passerat*; *cf. Plaut. Merc. 605, Most. 1162sq., Dieterich RhM 55 (1900) 214sq., Fedeli 98* **103** libio F (*corr.* F[4]) : libyci ς (*probb. B.-B. 330*) : Libyos *Heinsius*; *de duplici genetiuo cf. K.-St. I 416, Sh. Bailey 223* **104** at L P D V (*corr.* V[2]) : ad P[2] **105** senserat Vo V[2] **106** umbrane quae N : umbraque ne F L P D V : umbra neque Vo, *corr. Turnebus* **107** uersusque *Beroaldus* : certusque *Keil* : uarusque *Palmer*; *cf. tamen Sh. Bailey 223*

uictor Oiliade, rape nunc et dilige uatem,
  quam uetat auelli ueste Minerua sua!
hactenus historiae! nunc ad tua deuehar astra;
  incipe tu lacrimis aequus adesse nouis. 120
Vmbria te notis antiqua Penatibus edit
  (mentior? an patriae tangitur ora tuae?)
qua[m] nebulosa cauo rorat Meuania campo,
  et lacus aestiuis intepet Vmber aquis,
scandentisque Asis consurgit uertice murus, 125
  murus ab ingenio notior ille tuo.
ossaque legisti non illa aetate legenda
  patris et in tenuis cogeris ipse lares:
nam tua cum multi uersarent rura iuuenci,
  abstulit excultas pertica tristis opes. 130
mox ubi bulla rudi dimissa est aurea collo,
  matris et ante deos libera sumpta toga,

117 rabe nunc et delige *Sh. Bailey*; *tradita recte def. Camps IV 68; uide etiam Otto, De fabulis Propertianis particula prior, Diss. Vratislau. 1880, 32sqq.; quod adtinet ad hysteron proteron cf. Williams JRSt 47 (1957) 246* **120** nouis] tuis *Markland, quem secuti sunt Enk Comm. crit. 298, Sh. Bailey 224*; *cf. tamen Hanslik Herm. 91 (1963) 188, Fedeli 100* **123** quam ω, *corr.* ς **124** intepet] non tepet *Housman, qui* intepeo *i. q.* tepeo *absolute usurpatum a Latino sermone abhorrere censet; cf. tamen Pers. 6,7, Stat. Theb. 2,377, ThLL VII 1,2124,53sqq.* agris *Butler*; aquis *deff. B.-B. 331, coll. Stat. Theb. 2,376sq.* qua Lernaea palus ambustaque sontibus alte / intepet Hydra uadis **125** scandentis et F (*corr.* F[4]) axis Δ P[2] (*pro interpolatione hab. Leo RhM 35 [1880] 442*) : arcis *Scaliger* (*quod olim iniuria probaui: cf. Fedeli 101 et uide contra Pasoli Conu. 6 [1965] 627*) : Asisi *Lachmann* (*probb. Knoche Gn 12 [1936] 268, Hanslik Herm. 91 [1963] 188*) candentisque arcis *Heinsius* **128** isse F[4] : inde P[2] **129** cum] non D V : quom V[2] seruarent F **131** demissa *ex* demisso F

tum tibi pauca suo de carmine dictat Apollo
  et uetat insano uerba tonare Foro.
at tu finge elegos, fallax opus (haec tua castra!), 135
  scribat ut exemplo cetera turba tuo.
militiam Veneris blandis patiere sub armis
  et Veneris pueris utilis hostis eris.
nam tibi uictrices quascumque labore parasti,
  eludit palmas una puella tuas: 140
et bene cum fixum mento discusseris uncum,
  nil erit hoc: rostro te premet ansa tuo.
illius arbitrio noctem lucemque uidebis,
  gutta quoque ex oculis non nisi iussa cadet.

133 cum F P L D V (*corr.* P² V²) tibi *om.* N **135-146** *Apollini dat Heimreich*, **135-138** *Lütjohann* **135** et F : ac D pellax *Heinsius, probb. Housman Class. Pap. 48, Goold HStCPh 71 (1966) 87; cf. tamen Suerbaum RhM 107 (1964) 351, Pasoli Conu. 33 (1965) 623, Verdière Eos 56 (1966) 70 adn. 60, Stroh 107sq.* (haec tua castra) *sic dist. Rothstein* **139** labore] in amore *Lütjohann*; *sed cf. Sil. 12,78* quaecumque labore parastis **140** et ludit L P (*corr.* P²) : eludet ς (*fort. recte: cf. enim 4,2,29, Suerbaum RhM 107 [1964] 346*) : eludat *Volscus*; *praesens pro futuro defenditur ab Hanslik Herm. 91 (1963) 188 et a Pasoli IV 64* **141** confixum ω (*probb. Dieterich RhM 55 [1900] 216, Pasoli IV 64*), *corr.* ς; *cf. Sh. Bailey 225* mento] merito F L P Δ (*corr.* F⁴ V²) discusserit ω (*prob. Dieterich RhM 55 [1900] 216-218*) : decusseris *Broukhusius, corr.* ς; *cf. ThLL V 1,1372,59sqq.* **142** ni(c)hil erit N Vo : nil premit F L P D V, *corr.* P² V²; *cf. Landgraf, Komm. zu Cic. Rede Pro Sex. Roscio Amerino, Lipsiae 1914², 128* nostro ω, *corr. Paris. Lat. 8458*; *de huius uerbi significatione cf. B.-B. 332, Sh. Bailey 225* premat N L P Δ (*def. Pasoli IV 64*) : premit F, *corr.* ς; *cf. B.-B. 217, Hanslik Herm. 91 (1963) 189* ausa ω, *corr. Calderinus* suo F L P Δ; *cf. Hanslik Herm. 91 (1963) 189* **143-144** *post u.* 140 *transt. Housman* (*prob. Marr ClQ 64 [1970] 167*) **144** quoque] quidem F L P D V (*corr.* P² V²) oculis *om.* F (*add.* F⁴) L non] nunc N

nec mille excubiae nec te signata iuuabunt 145
limina: persuasae fallere [p]rima sat est.
nunc tua uel mediis puppis luctetur in undis,
uel licet armatis hostis inermis eas,
uel tremefacta cauo tellus diducat hiatum:
octipedis Cancri terga sinistra time!' 150

2

Quid mirare meas tot in uno corpore formas?
accipe Vertumni signa paterna dei.
Tuscus ego Tuscis orior, nec paenitet inter
proelia Volsinios deseruisse focos.

145 mille] nullae D **146** lumina N F L P D V (*corr.* P² V²) rima] prima N L P Δ F⁴ : *om.* F, *corr. Beroaldus* **149** cauum F⁴ : cauom *Baehrens*; *cf. tamen Verg. Aen. 10,102* tremefacta solo tellus, *ThLL III 717,68sqq., Sh. Bailey 226* deducat F L P D V hiatu ς; *fort. recte: cf. Octauia 725sq.* diducat ... tellus hiatu **150** signa P (*corr.* P²) caue L P D V

2 fabula uertumni P D V **1** qui ς; *sed cf. 3,11,1* **2** accipe: *dist. Kraffert* paterna] petenda F L P D V (*corr.* F⁴ V²) *ex Ouid. ars 1,114* : petita *Baehrens* : putanda *Richards* : patere *Sandbach*; *ad nexum* Vertumni signa = signa me esse Vertumnum *defendendum Sh. Bailey 227 adfert 4,10,45* causa Feretri, *Plin. nat. 13,57* cum innatare coeperit, tempestiuae habet signum. *Mea quidem sententia* signa *sunt* notae, *quibus Vertumnus agnosci potest. De Vertumni simulacro perperam cogitat Rothstein II 219, quem Tränkle 174 secutus est. De adiect.* paternus *ad originem designandam cf. Ouid. fast. 2,511sq.: nihil igitur censeo mutandum* regna paterna *Housman* (*probb. B.-B. 334; cf. tamen Sh. Bailey 227, qui* fatente deo *pro* paterna dei *coni., collato u. 20*) **3** et *post* ego *add.* ς (*qui, teste Heinsio, etiam* e *add., probante Havet Not. crit. 111*) *et complures editores: cf. e.*

haec mea turba iuuat, nec templo laetor eburno: 5
Romanum satis est posse uidere Forum.
hac quondam Tiberinus iter faciebat, et aiunt
remorum auditos per uada pulsa sonos:
at postquam ille suis tantum concessit alumnis,
Vertumnus uerso dicor ab amne deus. 10
seu, quia uertentis fructum praecepimus anni,
Vertumni rursus credis id esse sacrum.
prima mihi uariat liuentibus uua racemis
et coma lactenti spicea fruge tumet;

g. B.-B. 334, Fedeli 108, quibus adde Platnauer Lat. Eleg. 51. Re uera haud absurdum uidetur Propertium mensum esse ĕgŏ: *hoc enim reduci potest "ad studium graecissandi* [ἐγώ] *et ueterum poetarum usum renouandi et ad id quod* ego *omnino eminet et in uersu et in sententia", ut censet Pasoli IV 64* **4** uolsanios N L D V : uolsanos F P Vo : uolscenos P[corr] , *corr.* ς *post u.* 4 *uu.* 51-54, 49-50, 55-56 *transt. Housman, uu.* 49-56 *transt. Richmond*

5 haec me P (*prob. Enk Homm. Herrmann 342*) : nec me Δ (*sed cf. Rothstein II 220, La Penna SIFC N. S. 25 [1951] 208, Fedeli 109; idem uersus initium legimus ap. Prop. 2,12,22*) nec me tura (ς) iuuant *Passerat* : nec delubra iuuant *Phillimore* **7** ut L P **10** *post hunc uersum distichon excidisse putat Barber, in quo* αἴτιον *ex mercibus uertendis (cf. Porph. ad Hor. epist. 1,20,1, Ps. Ascon. p. 255 St.) narrabatur; cf. tamen Fedeli 107* **11** uertentes N percepimus F L P : praecerpsimus *Heinsius* : praecerpimus *Fea*; *cf. Ouid. met. 14,687sq.* quod, quae tibi poma coluntur, / primus habet laetaque tenet tua munera dextra **12** rursus] uulgus ς : Tuscus *Heinsius* (*prob. Leo RhM 35 [1880] 433 adn. 2*); *quod adtinet ad* rursus *cf. tamen 1,3,42; 2,27,7; Plaut. Merc. 349; Catull. 22,11; Sen. dial. 6 (= Marc.) 11,3; Iuuen. 10,150* credis id] credidit ω : creditur ς (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 95*) : creditis *Guyet, corr. Postgate* (*prob. Housman Class. Pap. 38. 91*); *de corruptelae origine cf. Fedeli 110*

hic dulcis cerasos, hic autumnalia pruna 15
cernis et aestiuo mora rubere die;
insitor hic soluit pomosa uota corona,
cum pirus inuito stipite mala tulit.
mendax fama, noces: alius mihi nominis index:
de se narranti tu modo crede deo! 20
opportuna mea est cunctis natura figuris:
in quamcumque uoles uerte, decorus ero.
indue me Cois, fiam non dura puella:
meque uirum sumpta quis neget esse toga?
da falcem et torto frontem mihi comprime faeno: 25
iurabis nostra gramina secta manu.
arma tuli quondam et, memini, laudabar in illis:
corbis in imposito pondere messor eram.
sobrius ad lites: at cum est imposta corona,
clamabis capiti uina subisse meo. 30
cinge caput mitra, speciem furabor Iacchi;
furabor Phoebi, si modo plectra dabis.

15-17 huic . . . huic . . . huic (*sc.* mihi) *Ribbeck* **15** poma Vo V^2 **18** prius V Vo **19-20** *post u.* 12 *transt. Dittrich* **19** uoces F (*corr.* F^4) L P Vo : uaĉes D V (*corr.* V^2); uoces *prob. Housman Class. Pap. 300sq., sed cf. B.-B. 335; simul audiendum est* mihi fama. Roges; *Dittrich* noces aliis; mihi *Kraffert* : iaces: falsus mihi *Ribbeck* **22** quacumque F L P D V : qu(a)ecumque Vo V^2 : quascumque *Baehrens* **24** negat L P **26** secta] facta F L P D V **28** corbis in] corbis F L P : corbis ab D V (*corr.* V^2) : corbis et ς : corbis at *Passerat* (*prob. Luck RhM 105 [1962] 348; sed cf. Housman Class. Pap. 635*); *cf. u. 38; 3,5,22; ThLL VII 770,1-19; Spandau Serm. Prop. 46; Sh. Bailey 227. Quod adtinet ad Graecum* ἐν, *eiusdem usus exempla inueniri possunt ap. Rennie ad Aristoph. Ach. 1134, Denniston ad Eur. El. 321. De corruptelae origine cf. Fedeli 112* imposito corbis *Postgate in app.* : corbibus imposito *Phillimore* **29** at . . . corona] uitis mihi pone coronam P at] ac F L D V est *om.* F L **30** iura D subesse P **31** Iacchi] achei (-y) ω, *corr.* ς

cassibus impositis uenor: sed harundine sumpta
  fautor plumoso sum deus aucupio.
est etiam aurigae species Vertumnus et eius 35
  traicit alterno qui leue pondus equo.
suppetat hic, piscis calamo praedabor et ibo
  mundus demissis institor in tunicis.
pastor me ad baculum possum cur⟨u⟩are uel idem
  sirpiculis medio puluere ferre rosam. 40

34 fauor N : fauuor F : faunor L F^2 : faunus Δ F^4 (*prob. Rothstein II 223; uide tamen Fedeli 113*) : fauon (*ut uid.*) P *in ras.* : fabor *Phillimore* (*sed cf. B.-B. 335*), *corr. Rossberg*; *cf. Housman Class. Pap. 301* **35** specie *Heinsius* (*prob. Camps IV 75, qui Liu. 21,52,5 confert*) : specimen *Butler*; *tradita deff. B.-B. 335, coll. u. 31, Ouid. met. 14,644* Vertumnus] cum uerbere *Postgate* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 78*) et eius] et elus ω, *corr.* ς; *cf. 4,6,67, Catull. 84,5, Ouid. trist. 3,4,27; de pronominis* is *frequentia ap. poetas dactylicos cf. Axelson Unpoet. Wört. 70sq., Fordyce Cat. 376* **37** supperat N : suppeta F (*corr.* F^2); *cf. Neumann 44, Tränkle 174* hoc ω, *corr. Heinsius*; hoc *def. Neumann 63, qui formam neutri generis* δεικτικῶς *praemissam optime naturali dictioni respondere censet* sub petaso *Smyth, praeeunte Alton* (*prob. Camps IV 75, fort. recte: cf. etiam Goold HStCPh 71 [1966] 78*) suppetat huc calamus, pisces *Guyet* **39** pastor me] pastorem ω (*frustra deff. Rothstein II 224, Schuster 190, qui* pastorem curare *i. q.* pastoris partes agere *interpretantur*) : pastor ouem *Huleatt* (*sed cf. B.-B. 335*) : pastor et ad *Beck, corr. Ayrmann* curare ω, *corr.* ς; *cf. Ouid. met. 8,218* aut pastor baculo stiuaue innixus arator, *Pont. 1,8,52* ipse uelim baculo pascere nixus oues, *trist. 4,1,11sq.* fessus ubi incubuit baculo saxoue resedit / pastor, *Ps. Verg. Culex 98sq.* baculo dum nixus apricas / pastor agit curas **40** sepiculis N : serpiculis F L P D V N^2 : serpiculus Vo V^2, *corr.* ς

nam quid ego adiciam, de quo mihi maxima fama est,
hortorum in manibus dona probata meis?
caeruleus cucumis tumidoque cucurbita uentre
me notat et iunco brassica uincta leui;
nec flos ullus hiat pratis, quin ille decenter 45
impositus fronti langueat ante meae.
at mihi, quod formas unus uertebar in omnis,
nomen ab euentu patria lingua dedit;
et tu, Roma, meis tribuisti praemia Tuscis
(unde hodie Vicus nomina Tuscus habet), 50
tempore quo sociis uenit Lycomedius armis
atque Sabina feri contudit arma Tati.
uidi ego labentis acies et tela caduca,
atque hostis turpi terga dedisse fugae.
sed facias, diuum Sator, ut Romana per aeuum 55
transeat ante meos turba togata pedes.
sex superant uersus: te, qui ad uadimonia curris,
non moror: haec spatiis ultima creta meis.

41-46 *post u.* 18 *transt. Schrader, post u.* 12 *Lütjohann* **41** fama] cura Vo V[2] fama est? *dist. Leo* **44** notat] necat F L P D V (*corr.* F[4] V[2]); *cf. tamen Housman Class. Pap. 256, qui 3,11,48 confert, et Sh. Bailey 115, qui Stat. silu. 5,1,139; 5,3,167; Theb. 12,227; Plin. nat. 3,60 adfert* iunco] uinco N F[4] : uinci F; *cf. Ps. Verg. Copa 22* et pendet iunco caeruleus cucumis iuncta F L P Vo **47** quod] qui V (*corr.* V[2]) **49** et] at F L P Δ (*corr.* V[2]) : haec *Camps, sine ulla necessitate* **50** (unde ... habet) *dist. ed. Eton. a. 1705* **52** atque] quoque *coni. Morel JRSt.55 (1965) 302, ut* atque *ante consonantem litteram uitaret*; *cf. tamen Axelson Unpoet. Wört. 84, Platnauer ClQ 42 (1948) 92* contulit F L P Δ; *cf. Ouid. fast. 4,380* perfida magnanimi contudit arma Iubae, *6,361* iamque suburbanos Etruscaque contudit arma, *et, quod adtinet ad* contundere, *Tränkle 13*

stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
   ante Numam grata pauper in urbe deus. 60
at tibi, Mamurri, formae caelator aenae,
   tellus artifices ne terat Osca manus,
qui me tam docilis potuisti fundere in usus.
   unum opus est, operi non datur unus honos.

3

Haec Arethusa suo mittit mandata Lycotae,
   cum totiens absis, si potes esse meus.
si qua tamen tibi lecturo pars oblita derit,
   haec erit e lacrimis facta litura meis:
aut si qua incerto fallet te littera tractu, 5
   signa meae dextrae iam morientis erunt.

58 creta] meta ς (*fortasse ex Ouid. am. 3,15,2* raditur haec elegis ultima meta meis); *cf. tamen Sen. epist. 108,32* hanc quam nunc in circo cretam uocamus, calcem antiqui dicebant, *Housman Class. Pap. 341, Tränkle 116* **59** stipis N F L P Vo V^2 **60** ingrata *anon. ap. Camps* **62** me F (*corr.* F^4) L P D **63** quod L P Δ tot docilem *improbat Hertzberg, commendat Sh. Bailey 229, qui tamen tradita defendi posse censet: cf. enim Fedeli 118, Hus 349* **64** opus] usus F (*corr.* F^4) L P D opus; ast *Markland*

3 epistula (-ola) (h)aret(h)usae ad lycotem (lic-) F L D V : epistola arethuse ad licorem coniugem P **1** haec Arethusa] Haret(h)usa N F L : Rethusa Vo **2** cum] ne V^2 : qui *Guyet* **3** deerit N F L Δ P^2 **5** aut] at F L P : ac D V (*corr.* V^2) **6** iam morientis] deficientis *Heimreich*; *tradita def. Pohlenz Kl. Schr. II 129, qui Propertium imitatum esse Ouid. epist. 11,3-6 censet; cf. etiam Mersmann 63 et uide contra La Penna Maia 3 (1951) 46, Fedeli 121* (signa dextrae morientis = signa dextrae Arethusae morientis)

te modo uiderunt iteratos Bactra per ortus,
  te modo munito Neuricus hostis equo,
hibernique Getae pictoque Britannia curru
  ustus et Eoa decolor Indus aqua. 10

7 iteratos] mitratos *Polster* (*prob. Enk Comm. crit. 303*) : murratos *Barber*; *uide tamen 4,1,82* signa iterata rotae, *Hor. carm. 1,7,32* cras ingens iterabimus aequor   Bactra per ortus *om.* N   blactra F (*corr.* F[2]) L P (*corr. ead. man.*) D   Ituraeos uiderunt Bactra per arcus *Housman*   **8** munitus ω, *corr. cod. Berol. Lat. 500 (et Beroaldus)*; *de cataphractis cf. 3,12,12, Liu. 37,40,5, Tac. hist. 1,79*   hericus N F L P Vo V[2] : hernicus D : henricus V : horicos F[4] : Sericus *Beroaldus* : *alii alia, corr. Jacob*; *Beroaldi coniectura non inepta mihi uidetur: cf. enim Hor. carm. 1,2,56; 1,29,1sqq.; 3,29,27; 4,14,42; 4,15,22; Lucan. 1,19; Nisbet-Hubbard Hor. 167; Meyer Außenpolitik 78 et de corruptelae origine Housman Class. Pap. 322*; *ego tamen* Neuricus *accipere malo, cum Seres imbelles fuerint: cf. enim Plin. nat. 6,20, Amm. 23,6,67 et quae Mersmann 31 fuse disputat*   **9** picto F (que *add.* F[4]) L P   Briantia *Postgate, coll. Herodot. 7,108* (*non improbantibus B.-B. 338*) : Hyrcania *Housman*; *sed nihil mutandum: cf. 2,1,76* esseda caelatis siste Britannia iugis, *Fedeli 123*   **10** uestus Vo : tunsus *uel* tusus *Housman ad Manil. 4,602* (*prob. Camps IV 78, coll. Catull. 11,2sq., Verg. georg. 3,382; cf. etiam Sh. Bailey 230*) : tinctus *Postgate* : mixtus *Cameron* : rursus (rusus) *Barber dub. in app.*; *cf. tamen Sen. Med. 484* usque a perustis Indiae populis, *Catull. 45,6* in Libya Indiaque tosta, *Verg. georg. 4,425sq.* iam rapidus torrens sitientis Sirius Indos / ardebat caelo, *Tib. 2,3,55sq.* illi sint comites fusci, quos India torret / Solis et admotis inficit ignis equis   Eois ... equis ς; *sed cf. Catull. 11,2-4* siue in extremos penetrabit Indos / litus ut longe resonante Eoa / tunditur unda, *Ps. Tib. 3,8,19sq.* et quascumque niger Rubro de litore gemmas / proximus Eois colligit Indus aquis   discolor ω, *corr.* ς; discolor *deff. Camps IV 79, Pasoli IV 64; ego uero cum Sh. Bailey 230* decolor *certissimam puto coniecturam, coll. Ouid. met. 4,21, Sen. Phaedr. 345* (decolor ... India), *Ouid. ars 3,130, trist. 5,3,24, Prud. ham. 497* (decolor ... Indus); *cf. etiam Housman ad Manil. 4,602*

haecne marita fides et † parce auia † noctes,
  cum rudis urgenti bracchia uicta dedi?
quae mihi deductae fax omen praetulit, illa
  traxit ab euerso lumina nigra rogo;
et Stygio sum sparsa lacu, nec recta capillis 15
  uitta data est: nupsi non comitante deo.
omnibus heu portis pendent mea noxia uota:
  texitur haec castris quarta lacerna tuis.
occidat, immerita qui carpsit ab arbore uallum
  et struxit querulas rauca per ossa tubas, 20
dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
  aeternusque tuam pascat, aselle, famem!
dic mihi, num teneros urit lorica lacertos?
  num grauis imbellis atterit hasta manus?
haec noceant potius, quam dentibus ulla puella 25
  det mihi plorandas per tua colla notas!
diceris et macie uultum tenuasse: sed opto
  e desiderio sit color iste meo.
at mihi cum noctes induxit uesper amaras,
  si qua relicta iacent, osculor arma tua; 30
tum queror in toto non sidere pallia lecto,
  lucis et auctores non dare carmen auis.

11 *sic* N : et pacat(a)e mihi F L : et pact(a)e iam mihi P Vo : hae (et V²) sunt pact(a)e mihi D V; *sed cf. Neumann 88* et pactae in sauia noctes *Haupt, coll. 3,20,25* (*fort. recte: quae enim Hauptio obiciunt Leo Plaut. Forsch. 359 et Tränkle 126 non magni momenti sunt*) : pactae et mihi gaudia noctis *L. Müller* : et primae praemia noctis *Housman* : *alii alia*; *locus deperditus, qui nulla certa medicina sanari potest* **13** omni F L P protulit Vo **15** et] e *Guyet* **16** uita F L P D V (*corr.* V²) : uicta Vo P² **17** mea pendent anxia *Guyet*; *cf. tamen Drac. laud. dei 2,814* quid noxia uota reportent, *Camps IV 80, Fedeli 125* **19** quae N **21** oeno F L D V : aeno P Vo V³; *cf. Paus. 10,29,1, Plin. nat. 35,137* **23** num] dum ω, *corr.* P² V² **27** collum Vo V² **28** et F Vo ille Vo V² **29** inducit F

noctibus hibernis castrensia pensa laboro
  et Tyria in gladios uellera secta suo[s];
et disco, qua parte fluat uincendus Araxes, 35
  quot sine aqua Parthus milia currat equus;
cogor et e tabula pictos ediscere mundos,
  qualis et haec docti sit positura dei,
quae tellus sit lenta gelu, quae putris ab aestu,
  uentus in Italiam qui bene uela ferat. 40
assidet una soror, curis et pallida nutrix
  peierat hiberni temporis esse moras.

34 gladios] radios *uel* clauos ς; uellera secta in gladios *recte interpretatus est W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 266 ("Tyria uellera secta in partes e quibus factis balteis gladii pendebunt"); cf. 4,10,22, Verg. Aen. 12,273sq.* secta] texta ς (*sed cf. Ouid. fast. 5,102* cum lustrant celebres uellera secta uias) suos ω : tuos *codd. Passeratii* : suo (*a* suendo) *recte coni. Rossberg*; *cf. Hubaux Homm. Niedermann 176 et, de parallelismo cum u. 33, Fedeli 128* in calathos uellera lecta suos *Heinsius* : in chlamydas uellera secta tuas *Barber* (*prob. Camps IV 82*) **36** quod N sine qua N V (*corr.* N² V²) equo N : eques *Scaliger* **37** conor *Broukhusius, qui uu.* 37–38 *post u.* 34 *transt.*; *cf. Camps IV 82* **38** et haec docti] et aetherii *Passerat* : et Arctoi *Hetzel* : et educti *Ellis* (*coll. Verg. georg. 1,240sq.; sed cf. B.-B. 341*); *cf. 3,5,25sq.: tradita deff. Hus 245, cuius sententia a Propertio Platonicum illud* σοφὸς δημιουργός *uertitur, et Sh. Bailey 231, qui Crit. frg. 1,34 N.* καλὸν ποίκιλμα τέκτονος σοφοῦ, *Prud. c. Symm. 2,200sq.* quis istud / tam sollers opifex struat *confert* sit positura] dispositura *Sh. Bailey dub.*; *sed* positura *i. e.* mundi dispositio *defenditur a Lucr. 1,685* positura figurae; *cf. Norden, Die germanische Urgeschichte in Tacitus Germania, Stuttgart/Darmstadt 1959⁴, 12 adn. 1, Tränkle 124* **41** *post* curis *dist.* N; *sed cf. Camps IV 82* callida *Heinsius* **42** deierat *Liuineius* (*prob. Enk Comm. crit. 309*); *cf. tamen Fedeli 129 et de uoce uerbali q. e.* peierare *Tränkle 96. 135*

felix Hippolyte! nuda tulit arma papilla
  et texit galea barbara molle caput.
Romanis utinam patuissent castra puellis! 45
  essem militiae sarcina fida tuae,
nec me tardarent Scythiae iuga, cum Pater altas
  acriter in glaciem frigore nectit aquas.
omnis amor magnus, sed aperto in coniuge maior:
  hanc Venus, ut uiuat, uentilat ipsa facem. 50
nam mihi quo Poenis nunc purpura fulgeat ostris
  crystallusque meas ornet aquosa manus?
omnia surda tacent, rarisque assueta kalendis
  uix aperit clausos una puella Lares.

43 mamilla V[2] **46** issem *Heinsius* **48** acriter] affricus N F L P : africus D V : aphricus Vo (Africus *frustra def. Church UNSt I 2 [1908] 92-98; cf. Fedeli 130*) : Arcticus *Burman* : adstricto *van Eldik* (*probb. Rothstein II 238, Camps IV 82, qui Ouid. trist. 2,196; Pont. 3,3,26; Lucan. 1,18 confert*) : acrius *Postgate* : Thracius *Damsté* : artius *Bonazzi* : *alii alia, corr. Keil Obseru. crit. in Prop. 29* (*prob. Sh. Bailey 232*) **49-50** *del. Hubaux Homm. Niedermann 176-178* **49** aperto in] in apto (apta *Schrader*) *codd. Passeratii* : aperte in *Lachmann* : rapto in *Schippers* : certo in *Barber*; *hunc uersum recte interpretatur Mersmann 45 ("amor furtiuus atque legitimus comparantur"); cf. etiam E. Reitzenstein Wirkl. 26* (in aperto coniuge = in aperto coniugio), *Camps IV 83* (apertus = praesens conspicuusque), *quibus adde Pohlenz Kl. Schr. II 128, Merklin Herm. 96 (1968) 468* **51** nam] nunc *Barber* quo? *dist. Keil, probb. Rothstein II 239* (*qui* ire licet *simul audit*), *E. Reitzenstein Wirkl. 26 adn. 32* (*qui* fulgeat et ornet *supplet*); *cf. tamen Merklin Herm. 96 (1968) 469* nunc] te N : tibi F L P Δ (*probb. Rothstein II 239, Pasoli IV 65*) : tua *Leo* : ter *Palmer* : tot *Havet* (*prob. Hubaux Homm. Niedermann 177*) : quae *Barber dub. in app.*; *corr. Housman, coll. Ouid. epist. 13,37sq.*; *cf. etiam Fedeli 131, Merklin Herm. 96 (1968) 469* **52** meas] tuas F L P Δ **53** raris F (*corr.* F[4]) L P D V ad sueta *Palmer, coll. Apul. met. 4,8*; *cf. Schuster 202* **54** laros N

Craugidos et catulae uox est mihi grata querentis: 55
illa tui partem uindicat una toro.
flore sacella tego, uerbenis compita uelo
et crepat ad ueteres herba Sabina focos.
siue in finitimo gemuit stans noctua tigno,
seu uoluit tangi parca lucerna mero, 60
illa dies hornis caedem denuntiat agnis,
succinctique calent ad noua lucra popae.
ne, precor, ascensis tanti sit gloria Bactris
raptaue odorato carbasa lina duci,
plumbea cum tortae sparguntur pondera fundae, 65
subdolus et uersis increpat arcus equis!
sed (tua sic domitis Parthae telluris alumnis
pura triumphantis hasta sequatur equos)
incorrupta mei conserua foedera lecti!
hac ego te sola lege redisse uelim: 70

55-56 *post u.* 32 *transt. Housman* **55** graucidos N L P V Vo : grancidos F D : craucidos V[2] : Glaucidos *Puccius* (*prob. Rothstein II 240*), *corr. Bergk, Augusti rer. a se gest. ind. e Gr. metaphrasi, Gottingae 1873, 124*; *cf. etiam Buecheler Kl. Schr. III 154, qui* Κραύγη *ap. Xen. cyn. 7,5* (*de quo uide Mentz Ph 88 [1933] 129*), κραῦγις *ap. Antip. Sid. AP 6,109*, κραυγή *ap. Greg. Naz. in laudat. Basil. 7 confert* **56** tori V[2] (*probb. B.-B. 342*); *uox* toro *tamen seu pro abl. limitatiuo* (*i. e.* quod adtinet ad torum) *seu pro abl. loc. habenda est: cf. Bausch 12, Camps IV 84* **59** finitimo] funtiuo F (*corr.* F[4]) : furtiuo D V (*corr.* V[2]) F[3] genuit F L P **60** tingi ς; *cf. Rothstein II 241* pauca F[4] : parua P[2] **61** anuis N (*corr.* N[2]) : anguis P F[2] **62** succin(c)t(a)eque ω, *corr. Itali*; *cf. Seru. ad Verg. Aen. 12,120* lucra] sacra ς : lustra *Housman* **63** nec L accensis ς (*sed cf. Camps IV 85*) **66** recrepat F (*corr.* F[4]) **67-68** (tua ... equos) *dist. Broukhusius* (*probb. Leo RhM 35 [1880] 433, Fraenkel Kl. Beitr. I 78 adn. 2*) : tua, ... alumnis, / pura ... equos *dist. Schippers* **67** sit L D V (*corr.* V[2]) : sint F; *cf. 3,6,2, Catull. 17,5sqq., Tränkle 166*

armaque cum tulero portae uotiua Capenae,
subscribam SALVO GRATA PVELLA VIRO.

4

Tarpeium nemus et Tarpeiae turpe sepulcrum
fabor et antiqui limina capta Iouis.
lucus erat felix hederoso conditus antro,
multaque natiuis obstrepit arbor aquis,
Siluani ramosa domus, quo dulcis ab aestu 5
fistula poturas ire iubebat ouis.
hunc Tatius fontem uallo praecingit acerno,
fidaque suggesta castra coronat humo.
(quid tum Roma fuit, tubicen uicina Curetis
cum quateret lento murmure saxa Iouis, 10
atque ubi nunc terris dicuntur iura subactis,
stabant Romano pila Sabina Foro?

4 fabula tarpei(a)e F P D V (mors *add.* V[2]) : fabula tarpee L
1 nemus] scelus *Kraffert* (*prob. Camps IV 87*); *cf. tamen Marr ClQ 64 (1970) 170sq.* turpe] pulchre F L P (*corr.* F[2] P[2]) **2** lumina F L P (*corr.* F[4] P[2]) **3-8** *post u.* 14 *transt. Sh. Bailey* : **7-10, 13-14, 11-12, 3-6** *Baehrens* : **9-10, 13-14, 7-8, 11-12, 3-6** *Postgate* **3** consitus ς **6** *post hunc uersum uu.* 15-16, 9-10, 13-14, 7-8, 11-12 *transt. Marr* **7** nunc Vo huic Tatius frontem *Postgate* fontem] montem *Heinsius* : contra *uel* propter *Camps, coll. Liu. 9,2,14*; *tradita deff. Karsten Mn 43 (1915) 360, Fedeli 137sq.*; *cf. etiam Hanslik Herm. RhM 105 (1962) 237* **9** quod L P : qui Vo cum F L P Δ (*corr.* F[4] V[2]) Curitis *Bergk*; *sed cf. ThLL Onom. II 754,58sqq.* **10** tum L P D V (*corr.* V[2]) saxa] facta F L P D V (*corr.* F[4] P[2] V[2]); *cf. Housman Class. Pap. 176. 267* **12** Foro] foco ω, *corr.* F[4] P[2] V[2] starent (*Guyet*) . . . foro? *Waardenburgh*; *sed de indicatiuo et coniunctiuo ab eadem particula pendentibus cf. Uhlmann 78, H.-Sz. 815*

murus erant montes: ubi nunc est Curia, saepta;
bellicus ex illo fonte bibebat equus).
hinc Tarpeia deae fontem libauit: at illi 15
urgebat medium fictilis urna caput.
et satis una malae potuit mors esse puellae,
quae uoluit flammas fallere, Vesta, tuas?
uidit harenosis Tatium proludere campis
pictaque per flauas arma leuare iubas: 20
obstupuit regis facie et regalibus armis,
interque oblitas excidit urna manus.
saepe illa immeritae causata est omina lunae
et sibi tingendas dixit in amne comas:
saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis, 25
Romula ne faciem laederet hasta Tati:
dumque subit primo Capitolia nubila fumo,
rettulit hirsutis bracchia secta rubis,

13 Curia, saepta (*sc.* erant) *dist. Castalio*; saepta *pro participio cum* Curia *coniuncto habent Rothstein II 246, Hanslik RhM 105 (1962) 239; cf. tamen Karsten Mn 43 (1915) 359, Fedeli 139* **14** ex illo] exili *Postgate*; *cf. Housman ad Lucan. 4,4, Schuster 188 (s. u. 'breuitas dicendi')* **15** hic ς : hunc *Canter*; *cf. B.-B. 345, Williams Trad. and Orig. 652* (hinc *i.q.* Roma ueniens) fontem] rorem *Heinsius* : furtim *Richmond, sed cf. Williams Trad. and Orig. 652* at] et *Fontein*; *sed de* at *sine ui aduersatiua cf. 4,7,11; Tib. 2,1,79; Lucan. 3,663; 4,36; Draeger II 112; Uhlmann 70; Fordyce Cat. 120* **17-18** *post u.* 92 *transt. Broukhusius, prob. Goold HStCPh 71 (1966) 97sq.* : *post u.* 86 *Housman, post u.* 22 *Karsten dub.*; *cf. tamen Sh. Bailey 235* **17** et] nec *Postgate*; et *def. Sh. Bailey 235, coll. Cic. ad Q. fr. 1,2,7* et mediocri me dolore putas adfici...?, *Sen. Herc. O. 1858* et una funeri tanto sat es...? **20** arma] frena *Palmer* : lora *Hartman*; *uersum recte interpretatur Rothstein II 248; cf. etiam Jocelyn Enn. 283* **23** omnia F D V (*corr.* V[2]) **27** primo ... fumo] prono ... Phoebo *Cornelissen*; *recte interpretatur Passerat 600 ("cum primus ignis accenditur, uel ad rem diuinam uel ad coquendum prandium"); cf. etiam Rothstein II 249, Dornseiff Verschm. zu Verg. Hor. u. Prop. 90*

et sua Tarpeia residens ita fleuit ab arce
  uulnera, uicino non patienda Ioui: 30
'Ignes castrorum et Tatiae praetoria turmae
  et formosa oculis arma Sabina meis,
o utinam ad uestros sedeam captiua Penatis,
  dum captiua mei conspicer esse Tati!
Romani montes, et montibus addita Roma, 35
  et ualeat probro Vesta pudenda meo:
ille equus, ille meos in castra reponet amores,
  cui Tatius dextras collocat ipse iubas!

29 et Tarpeia sua *Palmer* rediens *Guyet*; *sed cf. Rothstein II 249* **30** non patienda] compatienda F L P D V (*corr.* P^2 V^2) : comperienda *Baehrens*; *cf. tamen Soph. Trach. 275sq.* ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς πατὴρ Ὀλύμπιος, / πρατόν νιν ἐξέπεμψεν, οὐδ' ἠνέσχετο *et Housman Class. Pap. 256* num patienda Ioui *Sh. Bailey 236*; *sed cf. Fedeli 142* **32** famosa N F L P V^2, *probb. Rothstein II 249, La Penna Prop. 79 adn. 1, SIFC 25 (1951) 212, Pasoli IV 65 (qui* oculis *pro datiuo, non uero pro ablatino, ut Rothstein, habet); cf. tamen Ouid. met. 7,679sq.* sed non formosius isto / uiderunt oculi telum iaculabile nostri, *8,26* in galea formosus erat, *9,476* ille quidem est oculis quamuis formosus iniquis, *Tib. 3,19,4* formosa est oculis ulla puella meis; *uide etiam Leo Kl. Schr. II 185sq.*; formosa *iure tuentur Enk Mn S. IV 2 (1949) 167sq., Sh. Bailey 236* **34** esse] arma Vo V^2 : ora *Gronouius* (*probb. B.-B. 347*); *sed* conspicor *passiue iure usurpatur: cf. Varr. ap. Prisc. gramm. II 384,2 K., Sall. Iug. 49,4, Apul. flor. 9 p. 32 Oud. aliaque recentioris aetatis exempla ap. ThLL IV 498,19sqq., Tränkle 63* **35** abdita V^2 **37** reportet *codd. Passeratii* : reponat *Puccius* **38** dextra P^2; *sed cf. Dodds ClR 82 (1968) 24, qui Varr. rust. 2,75, Verg. georg. 3,86, Ouid. met. 2,673sq., Colum. 6,29,2, Geopon. 16,1,9 confert*

quid mirum in patrios Scyllam saeuisse capillos,
candidaque in saeuos inguina uersa canis? 40
prodita quid mirum fraterni cornua monstri,
cum patuit lecto stamine torta uia?
quantum ego sum Ausoniis crimen factura puellis,
improba uirgineo lecta ministra foco!
Pallados exstinctos si quis mirabitur ignis, 45
ignoscat: lacrimis spargitur ara meis.
cras, ut rumor ait, tota pigrabitur urbe:
tu cape spinosi rorida terga iugi!
lubrica tota uia est et perfida: quippe tacentis
fallaci celat limite semper aquas. 50
o utinam magicae nossem cantamina Musae!
haec quoque formoso lingua tulisset opem.

39 secuisse (*om.* in) *cod. Ven. 12.141, teste Smyth Thes. crit. 139* **40** saeuos] foedos *Heinsius* : senos *Polster*; saeuisse ... saeuos *deff. Vahlen Opusc. I 358* (*coll. Verg. Aen. 12,888-890* saeuo sic pectore fatur: / ... saeuis certandum est comminus armis), *Schuster 212* (*s. u. 'uocum iteratio'*); saeuus *ad Scyllaeos canes pertinet ap. Ouid. met. 7,64sq., Lucan. 1,548 (cf. Housman ad loc.)* **42** stramine F D V (*corr.* F[3] V[2]) : stamina Vo; *cf. Catull. 64,112-115, Ouid. epist. 10,69-72. 103sq.* **45** pal(l)adis L P D V : pallidos Vo **47-66** *post u.* 82 *transt. Richmond* **47** pugnabitur ω : purgabitur ς (*prob. Fleischmann WSt 10 [1888] 153; sed cf. B.-B. 347*) : potabitur *Rossberg et Palmer* (*prob. Camps IV 91; sed cf. Fedeli 146*), *corr. Housman Class. Pap. 38: cf. etiam B.-B. 347, Hanslik RhM 105 (1962) 243, Marr ClQ 64 (1970) 171* **48** tum *Rossberg, prob. Luck 400, qui 2,24,35 confert (ubi tamen* tum *deteriorum est coniectura eaque plane reicienda)* caue F[4] (*prob. Neumann 15 adn. 3*) **49** latentes *Rossberg* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 88*) **50** semper] caespes *Palmer* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 88, qui Ouid. fast. 6,702 confert*) : subter *Rossberg*; *cf. Rothstein II 252* **52** hac *Markland* : hanc *Baehrens*

te toga picta decet, non quem sine matris honore
  nutrit inhumanae dura papilla lupae.
† sic hospes pariamne tua regina sub aula † 55
  dos tibi non humilis prodita Roma uenit.
si minus, at raptae ne sint impune Sabinae,
  me rape et alterna lege repende uices!
commissas acies ego possum soluere, nuptae:
  uos medium palla foedus inite mea! 60
adde, Hymenaee, modos! tubicen, fera murmura conde!
  credite, uestra meus molliet arma torus.
et iam quarta canit uenturam bucina lucem,
  ipsaque in Oceanum sidera lapsa cadunt.

55 sic ω : dic *Passerat* : sin *Phillimore* (*prob. Luck 400*) : hic *Barber* pariamne tua N (*cf. Spandau 56–58 et uide contra Sh. Bailey 237*) : patrianne (*ex* patrianue) tua F : patria ue tua P : patrare tua L : patiare tua D V (*cf. tamen La Penna SIFC 25 [1951] 208*) : patrianne Vo : pariam ne te V^2 : patria metuar *Weidgen* : spatierne (spatiorne *Heinsius*) tua *Housman* (*coll. Verg. Aen. 1,46*) : *alii alia* **57** sin ς; *cf. Neumann 48* at] aut N Vo (*corr.* N^2) : ac L D V^2 ne] non F D V (*corr.* V^2) **59** soluere, nuptae: *sic recte dist. Rothstein II 254* : soluere: nuptae *dist. Richmond* (*qui* nuptae *pro genet. habet, probb. B.-B. 348, Sh. Bailey 238; cf. etiam Marr ClQ 64 [1970] 171, qui Catull. 66,51 adfert, et uide contra Fedeli 148*) : soluere nupta *Lütjohann* (*fort. recte; cf. Madvig Aduers. II 66, Camps IV 92*) **60** media *Baehrens* : mediae *Sh. Bailey 238*; medium *recte def. Camps IV 92, qui de adiectiui enallage (quamuis enim* medium *cum* foedus *cohaereat, re uera ad* palla mea *pertinet) 4,2,34. 63 adfert et de adiectiuo* medius, *qui foederis interpretem designat, Lucan. 1,118, Sil. 16,220 confert* **61** conde] crede F (*corr.* F^4) P : c'de L; *cf. ThLL IV 151, 58sqq.* **64** lassa V^2 (*prob. Housman Class. Pap. 335, coll. Sen. Herc. f. 125sq.*); *cf. tamen de huius uersus significatione Vergilianum illud* cadentia sidera (*Aen. 2,9; 4,81*) *et de iunctura Auien. Arat. 1203, Don. ad Verg. Aen. 2,10, ThLL VII 2,781,6sqq.*

experiar somnum, de te mihi somnia quaeram: 65
fac uenias oculis umbra benigna meis!'
dixit, et incerto permisit bracchia somno,
nescia, uae, furiis accubuisse nouis.
nam Vesta, Iliacae felix tutela fauillae,
culpam alit et plures condit in ossa faces. 70
illa ruit, qualis celerem prope Thermodonta
Strymonis abscisso pectus aperta sinu.
urbi festus erat (dixere Parilia patres),
hic primus coepit moenibus esse dies,
annua pastorum conuiuia, lusus in urbe, 75
cum pagana madent fercula diuitiis,
cumque super raros faeni flammantis aceruos
traicit immundos ebria turba pedes.
Romulus excubias decreuit in otia solui
atque intermissa castra silere tuba. 80
hoc Tarpeia suum tempus rata conuenit hostem:
pacta ligat, pactis ipsa futura comes.

66 oculis uenias P D V (*ordinem mut.* V^2) F^4 : oculis nimias F : oculis minias L **68** uae furiis] nefariis ω : se furiis *ed. Brix. a. 1486, corr. Jacob*; *cf. Leo Sen. I 66, Fedeli 149* **72** absciso N F L; *uide Housman Class. Pap. 289, qui Ouid. fast. 4,448, Prop. 3,8,8 confert; adde Verg. Aen. 5,685, Val. Max. 2,7,9, Curt. 10,5,19* abscissos (abscisos *Lachmann*) ... sinus *Broukhusius* pectus] fertur ω, *corr. Hertzberg*; fertur *def. Pasoli IV 65, qui* aperta *i. q.* ante nudata *accipit; cf. tamen Housman Class. Pap. 289, qui Tib. 1,6,18, Ouid. fast. 1,408, met. 13,688, Epist. Sapph. 122, Stat. silu. 5,5,13 confert* **73** Vrui *Richmond*; *cf. B.-B. 349* palilia D V P^2 : papilia Vo; *cf. app. ad 4,1,19* **75** urbi N et urui *Postgate in app.* **76** delitiis V^2 : lautitiis *Postgate* (*cf. fortasse Petron. 34,8* potantibus ergo et accuratissime nobis lautitias mirantibus) **77** dumque V^2 **78** inmundas ... dapes ω, *corr.* ς; *de re cf. Tib. 2,5,89sq.* **82** pactis] coeptis *Housman*; pactis *deff. Sh. Bailey 238, Marr ClQ 64 (1970) 172*

mons erat ascensu dubius † festoque remissus †
  nec mora, uocalis occupat ense canis.
omnia praebebant somnos: sed Iuppiter unus 85
  decreuit poenis inuigilare tuis.
prodiderat portaeque fidem patriamque iacentem,
  nubendique petit, quem uelit ipse, diem.
at Tatius (neque enim sceleri dedit hostis honorem)
  'Nube' ait 'et regni scande cubile mei!' 90
dixit, et ingestis comitum super obruit armis.
  haec, uirgo, officiis dos erat apta tuis.
a duce Tarpeia mons est cognomen adeptus:
  o uigil, iniustae praemia sortis habes.

83 dubio ς; *cf. Sall. Iug. 94,2* remissus N P Vo F⁴ V² : remissis F L D V P² custosque remissus *Sh. Bailey 239* (*coll. Frontin. strat. 3,3,2*); mons ... remissus *deff. Camps IV 94, Pasoli IV 65, quorum tamen interpretatio* (mons ... remissus *i. q.* custodia montis erat remissa) *exemplis caret* **84** ense] illa P (*corr.* P²); *cf. Sil. 14,133; 17,469; Marr ClQ 64 (1970) 172* **85–86** *post u.* 82 *transt. Barber dub. in app.* **85** omnia] otia *Hosius dub.* carpebant *Lütjohann*; *sed cf. Lucan. 1,517sq.* et subitus ... agger / praebet securos inter tentoria somnos, *Ouid. fast. 5,429* nox ubi iam media est somnosque silentia praebent somnos se; *Rossberg*; *sed cf. Sil. 4,723sq.* omnia somni ... dabant obliuia **86** suis ς (*prob. Camps IV 94*); *cf. tamen 4,11,13sq., Fedeli 152* **87** patremque *Housman* tacentem ς **88** ipsa ω, *corr.* V²; *cf. enim Leo Kl. Schr. II 193* diem] locum V² **93** tarpeio (-yo) ω (*sed cf. B.-B. 350*) : Tarpeium *Palmer* (*probb. Camps IV 94, Goold HStCPh 71 [1966] 89, Marr ClQ 64 [1970] 173*) : Tarpeius *Rossberg, corr.* ς **94** o] non *Peerlkamp*; *sed cf. Hanslik RhM 105 (1962) 251* iniuste F L P D Vo (*quod olim iniuria probaui: cf. Fedeli 153 et uide contra Sh. Bailey 239, Pasoli IV 65sq., Marr ClQ 64 [1970] 173*) mortis *Lütjohann*; *sed cf. Camps IV 95*

5

Terra tuum spinis obducat, lena, sepulcrum
 et tua, quod non uis, sentiat umbra sitim;
nec sedeant cineri Manes, et Cerberus ultor
 turpia ieiuno terreat ossa sono!
docta uel Hippolytum Veneri mollire negantem, 5
 concordique toro pessima semper auis,
Penelopen quoque neglecto rumore mariti
 nubere lasciuo cogeret Antinoo.
illa uelit, poterit magnes non ducere ferrum
 et uolucris nidis esse nouerca suis. 10
quippe et, Collinas ad fossam mouerit herbas,
 stantia currenti diluerentur aqua.
audax cantatae leges imponere lunae
 et sua nocturno fallere terga lupo,
posset ut intentos astu caecare maritos, 15
 cornicum immeritas eruit ungue genas;
consuluitque striges nostro de sanguine, et in me
 hippomanes fetae semina legit equae.
exorabat opus uerbis † ceu blanda perure †
 saxosamque forat sedula gutta uiam: 20

5 ad l(a)enam (-n P) L P D V **2** non uis] nolis *Burman*; non uis *nonnulli edd. improbant, lenam iam mortuam esse putantes: cf. tamen Sh. Bailey 240, qui tota de re recte iudicat* **3** nec cedant *Fruter* : nec se dent *Heinsius*; *cf. CLE 197,2 B.* assint quieti cineribus Manes tui et] sed ς; *cf. tamen 4,7,25; 4,8,43; Spandau Serm. Prop. 6sq.* **5** docta] nocto F (*corr.* F^4) : nocte L P D V (*corr.* V^2) **6** auis] anus ς **9** poterit] poterat *Fontein* : potuit *Baehrens*; *sed huius structurae exempla inueniri possunt ap. Leo Kl. Schr. I 103. 237* non ducere] inducere F (*corr.* F^4) L P **15** possit ς ut] et ω (*contra distichi elegiaci structuram*), *corr.* ς; *cf. B.-B. 351, Fedeli 157* **18** (h)ip(p)omenes ω, *corr.* V^2 **19** ceu blanda perure N F L D V :

'Si te Eoa † dorozantum † iuuat aurea ripa,
  et quae sub Tyria concha superbit aqua,
Eurypylique placet Coae textura Mineruae,
  sectaque ab Attalicis putria signa toris,
seu quae palmiferae mittunt uenalia Thebae, 25
  murreaque in Parthis pocula cocta focis;
sperne fidem, prouolue deos, mendacia uincant,
  frange et damnosae iura pudicitiae!
et simulare uirum pretium facit: utere causis!
  maior dilata nocte recurret amor. 30
si tibi forte comas uexauerit, utilis ira:
  post modo mercata pace premendus erit.

ceu blanda peruret P (perurens P²) Vo V²; *locus deperditus multis modis ab editoribus temptatus: cf. e. g.* ceu blanda pererrat *Waardenburgh* : ceu biatta papyrum *Hosius* : heu blanda, perinde *Housman* (*sed cf. Axelson Unpoet. Wört. 136*) : tu blanda perure *Barber*; ceu *nimis confidenter def. Tränkle 47; de particula* ceu *ap. elegiacos cf. enim Axelson Unpoet. Wört. 89 adn. 82. Genuina Propertii uerba mea sententia reddi non possunt; cf. tamen de prouerbio quod in u. 20 legitur Otto Sprichw. 157* (*s. u.* gutta) **20** forat] ferat ω : terat *Itali, corr. Rossberg*; *de re cf. Ouid. am. 1,8,18* et solidam longo carmine findit humum gutta] culpa ω : talpa V², *corr. Jacob*
21 dorozantum N (*sed hoc populi nomen nusquam alibi legitur: cf. ThLL Onom. III 243,63*) : de rorantum F P derorantum L D V : deroratum Vo : roratum V² : Domazanum *Unger* (*fort. recte: cf. Plin. nat. 6,176, ThLL Onom. III 210,82*) : Zarodontum *Tomaschek* : zmaragdorum *uel* topazorum *Housman* : *alii alia* **23** Eurypylisque (*i. e.* Eurypylea) *Heinsius* (*probb. B.-B. 353*); *sed de duplici genetiuo cf. 4,1,103* harenosum Libyae Iouis ... antrum, *K.-St. I 416* **24** sextaque F L P D V (*corr.* V²) : textaque *Itali* **25** seuque N : seu quam F P Δ : seuq L : se quam F⁴, *corr.* P² **28** frange et] frangent ω, *corr.* ς

denique ubi amplexu Venerem promiseris empto,
fac simules puros Isidis esse dies.
ingerat Aprilis Iole tibi, tundat Omichle 35
natalem Maiis Idibus esse tuum.
supplex ille sedet: posita tu scribe cathedra
quidlibet; has artis si pauet ille, tenes!
semper habe morsus circa tua colla recentis,
litibus alternis quos putet esse datos. 40

34 similes N Vo F[4] P[2] V[2] : *om.* F L P D V, *corr.* ς; *cf. Tränkle 176* Isidis] sideris ω (*deff. Mulvany ClR 5 [1891] 433, Alfonsi GIF 1 [1948] 66, Hum. 2 [1949] 183sq., Pasoli IV 67, coll. Plin. nat. 2,37, qui Veneris sidus Isidis quoque appellatum esse testatur; hic tamen* sidus *nude positum ualde displicet: cf. praeterea Ouid. am. 1,8,73sq.* saepe nega noctes, capiti modo finge dolorem, / et modo quae causas praebeat, Isis erit) : Isidos *Havet* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 95*), *corr. Beroaldus* dies] deos L P D V (*corr.* V[2]) **35** Hyale *Palmer* tibi tondat L Δ : circumdat F : contendat *Heinsius* (*sed cf. Housman Class. Pap. 261*); *cf. Ter. Hec. 123 et de uerbalis uocis q. e.* tundere *usu Hofmann Umg. 155. 173, Neumann 69, Tränkle 138* amicle (amy-) N V[2] *in ras.* : omicle F L P N[2] : omincle D : amidae Vo, *corr. Palmer* (*ex* ὀμίχλη) **36** Maiis] malis N F L P V : Mais *L. Müller*; *cf. Leo RhM 35 (1880) 442* **38** quilibet F (*corr.* F[4]) L P D V : quod libet Vo : quoilibet *Baehrens*; *cf. Tränkle 176* paues Vo : timet P **39** circum P **40** litibus] lusibus *Guyet* : dentibus *Heinsius*; *Heinsii coniecturam probb. B.-B. 353, qui nimis subtiliter* lites "amantium luctamina" *significare posse negant: idem legitur apud Yardley Herm. 104 (1976) 128: sed uide Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 28, qui 3,8,21 confert, et adde 2,15,4, Catull. 66,13, Hor. carm. 1,13,9sqq.* alterius F L P D V (*corr.* F[2] V[2]); alternis *deff. Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 28, coll. Stat. Theb. 11,112, et Pasoli IV 67, qui cum Camps IV 101* lites alternas *mutua amatorum luctamina esse censet: cf. Tib. 1,6,13sq., Iuuen. 6,268* putat F (*corr.* F[2]) L : *om.* Vo

nec te Medeae delectent probra sequacis
(nempe tulit fastus ausa rogare prior),
sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
cum ferit astutos comica moecha Getas.
in mores te uerte uiri: si cantica iactat, 45
i comes et uoces ebria iunge tuas.
ianitor ad dantis uigilet: si pulset inanis,
surdus in obductam somniet usque seram.
nec tibi displiceat miles non factus amori,
nauta nec attrita si ferat aera manu, 50
aut quorum titulus per barbara colla pependit,
cretati medio cum saluere foro.
aurum spectato, non quae manus afferat aurum!
uersibus auditis quid nisi uerba feres?
'Quid iuuat ornato procedere, uita, capillo 55
et tenuis Coa ueste mouere sinus?'

41 nec] non F L P D V; *cf. Lease AJPh 34 (1913) 271* **43** pretiosa] speciosa Vo; *sed cf. 3,13,1, Plaut. Bacch. 74* **44** comica moecha] comis amica *Guyet*; *cf. tamen Hor. sat. 2,5,91 (sim. Prop. 2,20,29), Tränkle 121. 129* getes N **47** ad dantis *CIL IV 1894* (*Inscr. Pomp. = CLE 1785 B.; cf. Haupt Opusc. II 101*) : ad dantes ω pulsat *CIL IV 1894*; *cf. Buecheler Kl. Schr. I 91* **48** abductam Vo : adductam *Heinsius* **49** factus] fractus *cod. Salmant. 86* (*prob. Tovar Homm. Niedermann 328*) **50** aera] acra N F (*corr.* F[4]) : ora P[2] **52** c(a)elati N F L P D V (*def. Pasoli IV 67*) : elati Vo, *corr. Passerat*; *cf. Tib. 2,3,59sq., Ouid. am. 1,8,63sq., Plin. nat. 35,199-201, Tränkle 129* saliere F D V (*corr.* F[4] V[2]) : siluere Vo; *cf. B.-B. 354* **55-56** *om.* ς (*probb. Knoche RhM 85 [1936] 11-28, Jachmann St. Paoli 414-421*); *tradita deff. nonnulli: cf. in primis E. Reitzenstein Wirkl. 95sqq., Luck Herm. 83 (1955) 430-433, qui 3,13,43-46 confert, Pasoli Conu. 25 (1957) 495; 33 (1965) 628, Stroh 64 adn. 33; uu. 55-56 olim deleui (cf. Fedeli 164); nunc tamen Sh. Bailey PCPHS 182 (1952-53) 16-20 mihi persuasit* **55** uitta Δ : uincta P F[3] **56** tenere F

qui uersus, Coae dederit nec munera uestis,
  istius tibi sit surda sine aere lyra.
dum uernat sanguis, dum rugis integer annus,
  utere, ne quid cras libet ab ore dies! 60
uidi ego odorati uictura rosaria Paesti
  sub matutino cocta iacere Noto.'
his animum nostrae dum uersat Acanthis amicae,
  per tenuem ossa ⟨mihi⟩ sunt numerata cutem.
sed cape torquatae, Venus o regina, columbae 65
  ob meritum ante tuos guttura secta focos!
uidi ego rugoso tussim concrescere collo,
  sputaque per dentis ire cruenta cauos,
atque animam in tegetes putrem exspirare paternas:
  horruit algenti pergula curta foco. 70

57-58 *del. Knoche RhM 85 (1936) 52-63; tradita deff. Dornseiff Herm. 71 (1936) 459sq., E. Reitzenstein Wirkl. 96* **57** quid F L P (*corr. ead. man.*) D **58** ipsius ω, *corr. cod. Groning. bibl. Vniu. 159*; ipsius *def. Sh. Bailey ClQ 43 (1949) 28, coll. Cic. Att. 13,29,1 (2), Ouid. am. 2,19,36; cf. tamen Knoche RhM 85 (1936) 55 et uide Ehlers ThLL VII 2,505,3sq.* aere] arte F L P Δ (*corr.* V[2]), *probb. B.-B. 354*; *cur* sine aere *absurdum sit (sic Housman Class. Pap. 275) ego re uera non intellego: cf. Fedeli 166* **60** nec V[2] **61** odoratum . . . Paestum *Schippers* **63** animus N L P Vo : animis F D V : animos V[2], *corr.* ς **64** tenues . . . cutes ω, *corr. Jacob*; *pluralis* cutes *obstat, non prosodica ratio, ut contra censent L. Müller De re metrica 395 et Leo Kl. Schr. II 188; cf. enim Housman Class. Pap. 118, qui recte de corruptelae origine iudicat, Tränkle 117 adn. 1* mihi *post* ossa *suppl. Jacob* : suam *add. Palmer* (*quod olim probaui: cf. Fedeli 167*) : a me *add. Barber* **65-66** sed (cape . . . focos) *dist. Broukhusius* : *post u.* 62 *transt. Sh. Bailey 243* (*prob. Barber*) **68** canos F L P **70** percula N L P Δ : peruula F : paruula D[2] : pocula V[2], *corr.* ς; *cf. Tränkle 123* curua ω (*def. Postgate PCPHS 1880,386, non improbante Sh. Bailey 243*), *corr.* ς; *cf. Tränkle 130*

exsequiae fuerant rari furtiua capilli
  uincula et immundo pallida mitra situ
et canis, in nostros nimis experrecta dolores,
  cum fallenda meo pollice clatra forent.
sit tumulus lenae curto uetus amphora collo: 75
  urgeat hunc supra uis, caprifice, tua.
quisquis amas, scabris hoc bustum caedite saxis,
  mixtaque cum saxis addite uerba mala!

6

Sacra facit uates: sint ora fauentia sacris
  et cadat ante meos icta iuuenca focos.
cera Philiteis certet Romana corymbis
  et Cyrenaeas urna ministret aquas.

71 fuĕrunt *Passerat* (*prob. Nisbet JRSt 56 [1966] 276*) : fuerint *Graeuius, probb. Sh. Bailey 244, Camps IV 103*; *cf. tamen Fedeli 169* **72** pallia N **73** exporrecta N F (*corr.* F[3]) L P Vo V[2] **74** caltra N F L D V : cultra P V[2] : cultura Vo, *corr. cum dett. Beroaldus* (*qui et* claustra *dub. coni., prob. Rothstein II 273*); *cf. Tränkle 113sq.* **76** hanc ς *(et Pocchus)* **77** c(a)edito ω (*probb. L. Müller De re metrica 415, Sommer 519, qui Ouid. trist. 4,3,72* estŏ *confert*), *corr.* ς *(et Liuineius)*; *cf. Draeger II 523, Neumann 16sq.*

6 *adhaeret priori carmini in* N F L P D V : *dist.* Vo N[2] V[2] **2** cadet F L P D V (*corr.* V[2]), *perperam prob. Richter WSt 79 [1966] 452 adn. 3* icta] ista F : rite *Damsté*; *sed cf. Ouid. fast. 1,719sq.; Pont. 2,9,26; 4,8,42* **3** cera] serta (*n. plur.*) *Scaliger* : ara *Haupt* (*Opusc. II 65; cf. Pasquali Orazio 118*) : creta *Unger* : cerra *Sittl*; serta *probant nonnulli edd., inter quos B.-B. 355, Camps IV 104sq., qui tamen* serta *pro fem. sg. habent, coll. 2,33,37; uide etiam Kambylis 176sq. adn. 156*; cera *recte defenditur a Lachmann 369 ("tabulam ceratam dixit, in qua scribebat") et a Sh. Bailey 244; cf. etiam Schuster Ph 81 (1926) 476sq.* ("cera *i. q.* poesis"), *Eisenhut Herm. 84 (1956) 124* philippeis ω, *corr.* ς; *cf. 2,34,41; 3,1,1; 3,3,52; 3,9,44; Maass Herm. 31 (1896) 402; Eisenhut Herm. 84 (1956) 125* certent *Scaliger*

costum molle date et blandi mihi turis honores, 5
terque focum circa laneus orbis eat!
spargite me lymphis, carmenque recentibus aris
tibia Mygdoniis libet eburna cadis.
ite procul fraudes, alio sint aere noxae:
pura nouum uati laurea mollit iter. 10
Musa, Palatini referemus Apollinis aedem:
res est, Calliope, digna fauore tuo.
Caesaris in nomen ducuntur carmina: Caesar
dum canitur, quaeso, Iuppiter ipse uaces.
est Phoebi fugiens Athamana ad litora portus, 15
qua sinus Ioniae murmura condit aquae,
Actia Iuleae pelagus monumenta carinae,
nautarum uotis non operosa uia.
huc mundi coiere manus: stetit aequore moles
pinea, nec remis aequa fauebat auis. 20
altera classis erat Teucro damnata Quirino,
pilaque femineae turpiter apta manu:

11 *nou. eleg. inc.* F L P Δ : *in mg. dist.* N ad iouem L D V : de uictoria augusti contra antonium fauore apollinis et fuga cleopatre P referamus V Vo **12** furore Vo V² **13** numen *Helmbold*; *sed cf. Sh. Bailey 245, qui* in nomen *i. q.* in gloriam *interpretatur, coll. Stat. Theb. 6,76* probatos / in nomen pascebat equos; *cf. etiam Nisbet-Hubbard Hor. 99* **15** est, Phoebi *dist. Rothstein II 277, qui* pelagus *pro subiecto habet; cf. tamen Schneidewin Ph 1 (1846) 380, Fedeli 175* **18** uia est P **21** Teucro] tenero V D², *quod iure refellit Housman Class. Pap. 1237; de Romulo, non de Augusto (ut censent Scott TAPhA 56 [1925] 99 et B.-B. 356) agitur: cf. Lachmann 370, Sh. Bailey 245* **22** feminea ... apta N F L P (*def. Pasoli IV 68*) : feminea ... acta Δ F² P², *corr. Markland*; *cf. Hor. epod. 7,1sq.* cur dexteris aptantur enses conditi, *Housman Class. Pap. 301, Goold HStCPh 71 (1966) 70; de datiuo in* -u *exeunte apud elegiacos cf. L. Müller De re metrica 478; de dat.* manu *apud Propertium cf. 1,11,12; 2,1,66*

hinc Augusta ratis plenis Iouis omine uelis,
signaque iam patriae uincere docta suae.
tandem aciem geminos Nereus lunarat in arcus, 25
armorum et radiis [p]icta tremebat aqua,
cum Phoebus linquens stantem se uindice Delon
(nam tulit iratos mobilis un[d]a Notos)
astitit Augusti puppim super, et noua flamma
luxit in obliquam ter sinuata facem. 30
non ille attulerat crinis in colla solutos
aut testudineae carmen inerme lyrae,
sed quali aspexit Pelopeum Agamemnona uultu
egessitque auidis Dorica castra rogis,

23 hic F V²; *sed* hinc (*i. e.* ex nostra parte) *recte tuetur Camps IV 107: cf. enim Verg. Aen. 8,678* hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar **25** acies ς (*prob. Luck*); *sed cf. uu. 19sq.* moles... pinea, *Ferrabino RFIC 52 (1924) 458 adn. 1* Nereus] neruis ω, *corr.* F⁴; *cf. Gross De meton. serm. 386sq., Bömer, Ouid. Met. 1-3, Heidelberg 1969, 83* limarat N P (*corr.* P²) D Vo (*de corruptelae origine cf. Housman Class. Pap. 355*) : liniarat L : laniarat L²; *cf. Ouid. am. 1,1,23, Lucan. 3,533sq. et uide Kromayer Herm. 34 (1899) 43 adn. 5, Paladini Lat. 17 (1958) 468sq., Jocelyn Enn. 201* **26** et *om.* ς; *de particula* et *postposita cf. Norden Aen. 402-404* picta ω (*def. Williams Trad. and Orig. 654*) : tacta *Richards, corr. Dausqueius* (*probb. Housman Class. Pap. 331, Sh. Bailey 245, qui Claud. 1,122sq.* immensaque cornus in hastam / porrigitur tremulisque ferit splendoribus Hebrum *confert*) armorum radiisque icta *Housman* **28** non F² (*probb. Richards ClR 13 [1899] 17 et Camps IV 108; de parenthesi cf. tamen Fraenkel Kl. Beitr. I 78 adn. 2*) unda ω, *corr.* ς; *cf. Sh. Bailey 246, Fedeli 177* **34** egissetque ω, *corr.* V²; *de* egessit *i. q.* extulit *Sh. Bailey 247 confert Manil. 1,885, Ps. Quint. decl. 10,1, Oros. hist. 3,10,2*

aut qualis flexos soluit Pythona per orbis 35
serpentem, imbelles quem timuere lyrae.
mox ait: 'O Longa mundi seruator ab Alba,
Auguste, Hectoreis cognite maior auis,
uince mari: iam terra tua est: tibi militat arcus
et fauet ex umeris hoc onus omne meis. 40
solue metu patriam, quae nunc te uindice freta
imposuit prorae publica uota tuae.
quam nisi defendes, murorum Romulus augur
ire Palatinas non bene uidit auis.
et nimium remis audent prope: turpe Latinis 45
principe te fluctus regia uela pati!
nec te, quod classis centenis remiget alis,
terreat (inuito labitur illa mari),
quodque uehunt prorae Centaurica saxa minantis
(tigna caua et pictos experiere metus). 50
frangit et attollit uires in milite causa;
quae nisi iusta subest, excutit arma pudor.

35 quali *Rossberg* **36** lyrae] deae *ed. Eton. a. 1701* (*probb. B.-B. 357, Camps IV 109*) : ferae *Sterke*; lyrae *tuetur Hor. carm. 1,6,10* imbellisque lyrae Musa potens uetat (*cf. Nisbet-Hubbard Hor. 86*); *de* lyra = Musa *cf. Stat. Theb. 7,630* **39** tibi] mihi Vo V² **43** augur] auctor ς; *sed de Romulo murorum augure cf. Skutsch St. Enn. 63sqq.* **45-46** *post u.* 52 *transt. Housman* **45** en *Puccius (prob. Luck 400)*; *sed cf. 4,4,63; 4,11,97* nimium] numen L P D V (*corr.* V²) : lumen F (*corr.* F⁴) D² prope] proh *Scaliger* Latinos *Markland* (*prob. Camps IV 110*); *cf. tamen de structura Cic. off. 3,87* turpe imperio **47-50** *ita distinxi* **47** remigat ς; *sed de indicatiuo cum coniunctiuo apud Propertium coniuncto cf. 2,16,29sq.; 2,30,29sq.; 2,34,33-36; 3,5,25-29. 36sq.* **48** inuicto F (*corr.* F⁴) : et multo V² **49** quique L P : quotque ς (*probb. B.-B. 358*); *cf. tamen Fedeli 180* **50** experiare L P Δ (*corr.* V²) F⁴ : experirare F

tempus adest, committe ratis: ego temporis auctor
ducam laurigera Iulia rostra manu.'
dixerat, et pharetrae pondus consumit in arcus: 55
proxima post arcus Caesaris hasta fuit.
uincit Roma fide Phoebi: dat femina poenas:
sceptra per Ionias fracta uehuntur aquas.
at pater Idalio miratur Caesar ab astro:
'Tu deus; est nostri sanguinis ista fides.' 60
prosequitur cantu Triton omnesque marinae
plauserunt circa libera signa deae.
illa petit Nilum cumba male nixa fugaci,
hoc unum, iusso non moritura die.
di melius! quantus mulier foret una triumphus, 65
ductus erat per quas ante Iugurtha uias!
Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod eius
una decem uicit missa sagitta ratis.
bella satis cecini: citharam iam poscit Apollo
uictor et ad placidos exuit arma choros. 70
candida nunc molli subeant conuiuia luco,
blanditiaeque fluant per mea colla rosae,

56 fuit] furit *Guyet*; *sed cf. Sil. 6,263* **59** italio N miratus *Itali* **60** sum deus est N F L P V : sum deus et D Vo V[2] : sum deus en ς : tum deus: est *Lachmann* : tu meus: est *Baehrens* : tu deus es: *Richter, ipse correxi* uestri L D V (*corr.* V[2]); *sed cf. Neumann 82* **63** ille F L Δ (*corr.* F[4] V[2]) nixa] nacta *Paley*; *sed cf. Catull. 64,84* atque ita naue leui nitens ac lenibus auris; *uide etiam Lieberg Herm. 90 (1962) 469* **64** hoc unum] hoc cursu *Barber*; *cf. Vahlen Opusc. I 109* **65** tantus F **71** candida] condita *Heinsius*; *sed cf. Tib. 2,1,16; Ouid. am. 2,13,23; fast. 2,654; 4,906* subeam ς; *de iunctura cf. Verg. Aen. 8,125* **72** blanditaeque *cod. Paris. Lat. 8458* (*prob. Camps IV 112, coll. Plin. nat. 9,35; 10,67*); *sed de sing. collectiuo* (rosae = rosarum) *cf. 3,3,36; 3,5,22; 4,8,40*

uinaque fundantur prelis elisa Falernis,
perque lauet nostras spica Cilissa comas.
ingenium positis irritet Musa poetis: 75
Bacche, soles Phoebo fertilis esse tuo.
ille paludosos memoret seruire Sycambros,
Cepheam hic Meroen fuscaque regna canat;
hic referat sero confessum foedere Parthum:
'Reddat signa Remi, mox dabit ipse sua: 80
siue aliquid pharetris Augustus parcet Eois,
differat in pueros ista tropaea suos.
gaude, Crasse, nigras si quid sapis inter harenas:
ire per Euphraten ad tua busta licet.'
sic noctem patera, sic ducam carmine, donec 85
iniciat radios in mea uina dies.

74 terque V²; *sed hoc unum tmesis (de qua cf. Löfstedt peregr. Aeth. 186sq.) exemplum apud Propertium haud dubie dignitatem uoci uerbali* perlauare *tribuit, quae perraro usurpatur: cf. Questa BPEC N. S. 24 (1976) 126 adn. 12; uide etiam Leo Kl. Schr. II 193* **75** potis D V (*prob. Enk Mn S. IV 2 [1949] 168sq.; sed cf. Jacoby RhM 69 [1914] 396 adn. 2, Neumann 82, La Penna SIFC N. S. 25 [1951] 208, Fedeli 185*) irritat *Canter* (*prob. Enk Comm. crit. 328; sed cf. Neumann 82*) **78** meroin N L P : meroyn F : miroin V : mereoen D Vo, *corr.* V² **79** h(a)ec F L P : hoc Δ (*corr.* V²) : hinc *ed. princeps* sero] ferro D V (*corr.* V²) F³ : fere F (*corr.* F⁴); *cf. H. D. Meyer Außenpolitik 79* **80** reddit ς : reddita *Enk*; *sed cf. B.-B. 359, Camps IV 113* **81** aliquis ω, *corr.* ς; *de* si aliquid *pro* si quid *ap. Prop. cf. 2,14,31; 2,22,11; 2,34,53; 4,9,45* **82** differet *Francius* **83** pigras *Cornelissen*; *sed cf. Sh. Bailey 248sq.* **85** noctem] uocem F L Δ (*corr.* V²) : uoctem P (*corr.* P²) F⁴; *de nexu* noctem ducere *cf. Verg. Aen. 9,166* carmina N

7

Sunt aliquid Manes: letum non omnia finit,
  luridaque euictos effugit umbra rogos.
Cynthia namque meo uisa est incumbere fulcro,
  murmur ad extremae nuper humata uiae,
cum mihi somnus ab exsequiis penderet amoris 5
  et quererer lecti frigida regna mei.
eosdem habuit secum quibus est elata capillos,
  eosdem oculos: lateri uestis adusta fuit,
et solitum digito beryllon adederat ignis,
  summaque Lethaeus triuerat ora liquor. 10
spirantisque animos et uocem misit: at illi
  pollicibus fragiles increpuere manus:
'Perfide nec cuiquam melior sperande puellae,
  in te iam uires somnus habere potest?
iamne tibi exciderant uigilacis furta Suburae 15
  et mea nocturnis trita fenestra dolis,

7 de cynthia L D V : de cinthia ad ipsum post mortem uenientem P **2** eiunctos N P : euinctos F L Δ : exstructos *codd. Passeratii* : exstinctos *Passerat* (*prob. Luck 400: cf. fortasse Ouid. trist. 4,10,85*) : erectos *Hailer*; *corr.* F[4]; *sic intellegendum*: umbra euincit rogos eosque effugit; *tradita deff. Sh. Bailey 249 (coll. Sen. Herc. O. 1966), Camps IV 115 (coll. Ouid. met. 14,75sq.; 15,706); cf. etiam ThLL V 2,1042,56sqq.* **5** amores N : amaris ς : amarus *Liuineius* **7** hosdem ω, *corr.* ς; *cf. app. ad 2,26,43 et, de synizesi ap. poetas Augusti aetatis, Norden Aen. 130sq.* capillis N L; *probb. Rothstein II 293, Neumann 78, La Penna SIFC N. S. 25 (1951) 236, Pasoli IV 68, qui* capillis *difficiliorem lectionem putant: cf. tamen Housman Class. Pap. 290, Fedeli 190* **8** hosdem F L P Δ; *cf. Housman Class. Pap. 251* **9** ademerat Δ (*corr.* V[2]); *cf. Ouid. am. 1,15,41sq.* ergo etiam cum me supremus adederit ignis / uiuam **11** spirantis ς; *cf. H.-Sz. 515sq.* **15** exciderunt ς; *hic non agitur de ppf. pro pf.: cf. Sh. Bailey 249, qui Sen. Phaedr. 589 confert* furta] tecta F L P Δ (*corr.* V[2]); *de corruptelae origine cf. Housman Class. Pap. 256* Suburae] subire L Δ (*corr.* V[2]) F[4]

per quam demisso quotiens tibi fune pependi,
  alterna ueniens in tua colla manu?
saepe Venus triuio commissa est, pectore mixto
  fecerunt tepidas pallia nostra uias. 20
foederis heu taciti, cuius fallacia uerba
  non audituri diripuere Noti!
at mihi non oculos quisquam inclamauit euntis:
  unum impetrassem te reuocante diem:
nec crepuit fissa me propter harundine custos, 25
  laesit et obiectum tegula curta caput.
denique quis nostro curuum te funere uidit,
  atram quis lacrimis incaluisse togam?

19 commixta N L P D V : commista F est] et *Guyet* **20** trepidas F L P (*corr.* P[2]) Δ; *cf. 1,16,22* turpis et in tepido limine somnus erit, *Catull. 63,65* mihi lemina tepida pallia] pectora F L P D V (*corr.* F[4] V[2]), *sed cf. Housman Class. Pap. 282* : proelia *anon. ap. Lütjohann* : corpora *Rossberg*; *cf. Ouid. am. 1,4,47-50* **21** taciti] tecti *Postgate dub.* : pacti *Palmer* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 68, cuius sententia* tacitum foedus *absurdum est propter* uerba a Notis direpta; *sed* tacitus *hic idem ualet ac* furtiuus, *ut iam intell. R. Reitzenstein Spr. d. lat. Erotik 33; cf. etiam Sh. Bailey 249sq.*) **23** oculis N, *corr.* N[2] inclinauit Vo; *cf. Tränkle 84* euntis] hiantes *Heinsius* : eunti *Reland* (*sed cf. Goold HStCPh 71 [1966] 90*) : hebentes *Barber*; euntis *def. Löfstedt Synt. I 235-237, qui tamen de genet. cum dat. coniuncto cogitat; quam interpretationem, olim a Tränkle 75. 164 probatam, iure respuunt ipse Tränkle Herm. 96 (1968) 574-577, Pasoli Euphr. 2 (1968) 103-105, Goold HStCPh 71 (1966) 90*; *mea sententia uox* euntis *acc. pl. est, ad* oculos *pertinens: cf. enim* morientes oculi *ap. Amm. 16,12,53*, morientia lumina *ap. Verg. Aen. 10,463, Ouid. met. 9,391, Sil. 17,456, Stat. Theb. 10,303*, labentes oculi (*de moriente*) *ap. Verg. Aen. 11,818, Ouid. trist. 3,3,44, Quintil. inst. 6 prooem. 12, Ps. Quintil. decl. 8,5* **25** fixa F Vo V[2]

si piguit portas ultra procedere, at illuc
  iussisses lectum lentius ire meum. 30
cur uentos non ipse rogis, ingrate, petisti?
  cur nardo flammae non oluere meae?
hoc etiam graue erat, nulla mercede hyacinthos
  inicere et fracto busta piare cado.
Lygdamus uratur - candescat lamina uernae - 35
  sensi ego, cum insidiis pallida uina bibi -
aut Nomas - arcanas tollat uersuta saliuas;
  dicet damnatas ignea testa manus.
quae modo per uilis inspecta est publica noctes,
  haec nunc aurata cyclade signat humum; 40
et grauiora rependit iniquis pensa quasillis,
  garrula de facie si qua locuta mea est;
nostraque quod Petale tulit ad monumenta coronas,
  codicis immundi uincula sentit anus;
caeditur et Lalage tortis suspensa capillis, 45
  per nomen quoniam est ausa rogare meum.
te patiente meae conflauit imaginis aurum,
  ardent⟨e⟩ e nostro dotem habitura rogo.

30 iussisset N (*corr. ead. man.*) letum D V **33** erit F L P Δ; *cf. Neumann 89* **35-38** *post u. 72 transt. Postgate, post u. 76 Schrader* : *sic dist. Alton Hermath. 49 (1935) 51sq.*; *cf. Fedeli 195* **36** insidiis] in cyathis *Rossberg*; *uox* insidiae *instrumenta insidiandi designat ap. Verg. Aen. 2,36, Sil. 2,117: cf. ThLL VII 1,1892,24sqq.* **37** at V^2 : ut ς (*probb. Camps IV 119, Luck 400*) : an *Guyet* : et *Lütjohann* : haut *Baehrens* colat P^2 salinas N F L D V : sabinas P; *cf. Plin. nat. 28,65* **41** at *Markland* rependit] fundit F L Δ (*corr.* F^4 V^2) : effundit P; *cf. Ouid. epist. 9,78* aequaque formosae pensa rependis erae **44** sensit P **45** lalace N F L P **46** negare V^2 **47-48** *post u.* 40 *transt. Schrader* (*prob. Luck 400*) **48** ardente e] ardent e (e' N : ex Vo V^2) ω, *corr.* ς

non tamen insector, quamuis mereare, Properti:
longa mea in libris regna fuere tuis. 50
iuro ego Fatorum nulli reuolubile carmen,
tergeminusque canis sic mihi molle sonet,
me seruasse fidem. si fallo, uipera nostris
sibilet in tumulis et super ossa cubet.
nam gemina est sedes turpem sortita per amnem, 55
turbaque diuersa remigat omnis aqua.
una Clytaemestrae stuprum uel adultera Cressae
portat mentitae lignea monstra bouis.
ecce coronato pars altera rapta phaselo,
mulcet ubi Elysias aura beata rosas, 60
qua numerosa fides quaque aera rotunda Cybebes
mitratisque sonant Lydia plectra choris.

51 carmen] stamen *Guyet, prob. Enk Comm. crit. 333* (*cf. Stat. Theb. 7,774sq.; Sen. Herc. f. 181sq.*); *sed* Fatorum carmen *idem ualet ac* Parcarum carmen: *cf. Catull. 64,321. 383, CLE 55,13 B.* **55-70** *post u.* 92 *transt. Fontein* **55** geminas sedes *Passerat, quo probato* est *post* amnem *aut post* turpem *inserendum put. Rossberg* : geminam est sedem *Palmer* **56** turbaque] cumbaque *Housman* **57** unda *Hertzberg* (*probb. Solmsen Ph 105 [1961] 282 adn. 3, Pasoli IV 68, qui tamen censet* lignea monstra *obiectum esse uerbalis uocis* portat) : cumba *Rossberg* clytaemnestrae D Vo V² : clytemmestrae V; *cf. Fraenkel Kl. Beitr. II 351* uel adultera] uehit altera ω : uehit aut ea *Camps* (*prob. Luck 400; quam coniecturam iure refellit Tränkle Herm. 96 [1968] 566 adn. 1*) : *alii alia*; *corr. Ellis JPh 9 (1880) 237; cf. etiam JPh 19 (1890) 177sq.*; *intellege* una aqua portat stuprum Clytaemestrae (*i. e.* Clytaemestram stupratam) uel Cressae, quae mentita est adultera monstra lignea bouis Cressam ... mentitam *Haupt* **58** bouem *Postgate in app.* ; ratis *Palmer* **59** rapta] parta ω : uecta ς : carpta *Weidgen* : parua *Otto* : *alii alia*; *corr. Palmer* **61** quaque aera rotunda] qua quaerar ut unda N V² : quae quaerat nuda F (et unda *sup.* F⁴) : qua qu(a)erat ut

Andromedeque et Hypermestre sine fraude maritae
  narrant historiae tempora nota suae:
haec sua maternis queritur liuere catenis 65
  bracchia nec meritas frigida saxa manus;
narrat Hypermestre magnum ausas esse sorores,
  in scelus hoc animum non ualuisse suum.
sic mortis lacrimis uitae sanamus amores:
  celo ego perfidiae crimina multa tuae. 70
sed tibi nunc mandata damus, si forte moueris,
  si te non totum Chloridos herba tenet:

unda L P Δ, *corr. Paris. Lat. 8233 in mg.*; *cf. Kroll Cat. 177, Fedeli 200* cybeles N : cibelles (cy-) F L P Δ, *corr. Itali*; *cf. Seru. ad Verg. Aen. 10,220*
63 marita *Heinsius*; *sed cf. B.-B. 364 et Camps IV 122; de re cf. Alfonsi RPh 23 (1949) 23* **64** errant *Havet* : maerent *Stroh 180 adn. 26*; *cf. 2,28,27* tempora] pectora ω, *corr. Ayrmann*; pectora *deff. Otto Herm. 23 (1888) 46, Uhlmann 32, quorum sententia gen.* historiae suae *a* nota *pendet; cf. etiam Stroh 180 adn. 26, Pasoli IV 69, qui uerba* historiae pectora nota *adpositionis uice fungi, ut in 4,1,12* rustica corda, *censet; uide tamen quae in commentario meo (p. 201) scripsi; cf. Tränkle 69 adn. 4 et app. ad Lucr. 2,46, Verg. Aen. 1,44* nota pericla *Heimreich, prob. Solmsen Ph 105 (1961) 284 adn. 1, coll. 2,28,27. 46* historias, pectora nota, suas *Markland* **65** nec V[2] sua maternis] sum(m)a (a)eternis (ect- F) ω, *corr. Paris. Lat. 8223 in mg.*; *cf. 3,22,29* non hic Andromedae resonant pro matre catenae, *Housman Class. Pap. 341. 352* **69** mortis] maestis *Burman* : multis *Lütjohann* : nostris *Otto*; *sed cf. Sh. Bailey 253 et de genetiuo* (mortis lacrimis = lacrimis in morte profusis) *Ouid. epist. 14,42, met. 7,646, Owen ClQ 31 (1937) 13* sancimus *Rossberg*; *fort. recte: cf. enim Goold HStCPh 71 (1966) 64; uide tamen Sh. Bailey 252 et Solmsen Ph 105 (1961) 286 adn. 5* amores] amara *Markland* **72** si] sed F L P doridos V[2] **73** in] ut F ne quod F (*corr.* F[4]) L P

nutrix in tremulis ne quid desideret annis
  Parthenie: potuit, nec tibi auara fuit.
deliciaeque meae Latris, cui nomen ab usu est, 75
  ne speculum dominae porrigat illa nouae.
et quoscumque meo fecisti nomine uersus,
  ure mihi: laudes desine habere meas!
pone hederam tumulo, mihi quae praegnante corymbo
  molli⟨a⟩ contortis alliget ossa comis. 80
ramosis Anio qua pomifer incubat aruis,
  et numquam Herculeo numine pallet ebur,
hic carmen media dignum me scribe columna,
  sed breue, quod currens uector ab urbe legat:
HIC TIBVRTINA IACET AVREA CYNTHIA TERRA: 85
  ACCESSIT RIPAE LAVS, ANIENE, TVAE.

74 patuit ς; *de infinitiui ellipsi cf. Uhlmann 13*; potuit *def. Leo Kl. Schr. I 111, coll. Ouid. ars 2,53* aera non potuit Minos, alia omnia clausit **75** latrix Δ (*corr.* V[2]) **77** *om.* Vo meo N *ex corr.* **78** desine] me sine *Baehrens* **79** pone] pelle ω, *corr. Sandbach ClQ 56 (1962) 273*; *docta puella optare non potest ut hedera e sepulcro suo pellatur: cf. Camps IV 123, Goold HStCPh 71 (1966) 98 et exempla a Stroh 183 allata* pugnante ω, *corr. Cornelissen* **80–83** comis, ... ebur. Hic *sic dist. Rothstein II 385* **80** molli ς : mollis *codd. Burmanni (prob. Camps IV 124), corr.* ς; mollis *pertinet ad ossa puellae mortuae ap. Mart. 5,34,9; cf. ThLL VIII 1374,15sqq.* alligat ω, *corr. cum dett. Sandbach* (nolim ... alliget *coni. iam Sh. Bailey 254*) **81–82** *post u.* 4 *transt. Postgate* **81** ramosis ... pomifer] pomosis ... spumifer *Broukhusius*; *sed cf. Hor. carm. 1,7,13sq.* et praeceps Anio ac Tiburni lucus et uda / mobilibus pomaria riuis (*cf. Nisbet-Hubbard Hor. 102*), *Ouid. am. 3,6,46* Tiburis Argei pomifer arua rigas (*de quo uide Goold HStCPh 69 [1965] 51*) Anio] amo N F : hamo L D V (*corr.* V[2]) F[2] : almo P **82** nomine V[2] **83** hoc F L P D V **84** uictor F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) **85** hic Tiburtina iacet] sed tiburna iacet hic N D : sed tiburtina iacet

nec tu sperne piis uenientia somnia portis:
  cum pia uenerunt somnia, pondus habent.
nocte uagae ferimur, nox clausas liberat umbras,
  errat et abiecta Cerberus ipse sera. 90
luce iubent leges Lethaea ad stagna reuerti:
  nos uehimur, uectum nauta recenset onus.
nunc te possideant aliae: mox sola tenebo:
  mecum eris et mixtis ossibus ossa teram.'
haec postquam querula mecum sub lite peregit, 95
  inter complexus excidit umbra meos.

8

Disce quid Esquilias hac nocte fugarit aquosas,
  cum uicina nouis turba cucurrit agris.
Lanuuium annosi uetus est tutela draconis,
  hic ubi tam rarae non perit hora morae,

hic F : tiburina iacet hic V *in ras.* Vo : sed tribuna iacet hic L, *corr.* P *in ras.*; *cf. Tib. 1,3,55, Ouid. trist. 3,3,73* **86** aniane N L P D V : auiane F : amanae Vo
93 nunc] nec F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) **95** pergit N

8 *priori elegiae coniungit* N (*dist. fort. man. rec.; cf. Birt XIII*) **1** quod N F (*corr.* F[2]) hac nocte agitarit *Heinsius* : nocte hac furiarit *Housman* **3** lamynium (lami-) P D V (*corr.* V[2]) : Lanuuii *Itali* : Lanuuio *Heinsius* et L P **4** hic ubi tam rarae] hic tibi tartareae ς : huc ubi tam rarae *Paley* (*prob. Luck 400*) : sicubi tam rarae *Lee* (*prob. Camps IV 127; sed de nexu* hic ubi *cf. Jacoby Herm. 87 [1959] 451 adn. 2*) *post* morae *durius distinguunt nonnulli edd., prob. Tränkle Herm. 96 (1968) 568 adn. 7; cf. tamen 4,6,15-19. Praeterea sententia in hexametro (non in pentametro, ut censet Tränkle) incipit; qua de re recte iudicat Pinotti 131sq.; si quis censeat distichi leges hic uiolari, is attentius legat quae Fraenkel Kl. Beitr. II 73sqq. de tota hac re statuit*

qua sacer abripitur caeco descensus hiatu, 5
qua penetrat uirgo (tale iter omne caue!)
ieiuni serpentis honos, cum pabula poscit
annua et ex ima sibila torquet humo.
talia demissae pallent ad sacra puellae,
cum temere anguino creditur ore manus. 10
ille sibi admotas a uirgine corripit escas:
uirginis in palmis ipsa canistra tremunt.
si fuerint castae, redeunt in colla parentum,
clamantque agricolae: 'Fertilis annus erit.'
huc mea detonsis auecta est Cynthia mannis: 15
causa fuit Iuno, sed mage causa Venus.
Appia, dic quaeso, quantum te teste triumphum
egerit effusis per tua saxa rotis,
turpis in arcana sonuit cum rixa taberna,
si sine me, famae non sine labe meae! 20

6 (tale . . . caue!) *sic dist. ed. Cantabr. a. 1702, prob. Leo RhM 35 (1880) 433 adn. 1* : (uirgo, . . . caue!) *dist. Scaliger*; *cf. tamen Fedeli 207, Pinotti 135* **8** ima] una ω, *corr.* F⁴ P² **9–14** (talia . . . erit) *dist. Haupt* : **9–10** *post u.* 12 *transt. Housman* **10** temere] tenera ς creditur] raditur *Cornelissen* (*prob. Luck 400*) : conditur *Birt* (*probb. Kroll Gl 11 [1921] 139, Prinz WSt 54 [1936] 98*); ore *pro dat. habent Rothstein II 310, Schuster WSt 41 (1919) 35sq., Neumann 18; de abl. abs. cogitat Hertzberg: ego uero, cum Löfstedt Synt. I 285–287, de liberiore abl. loc. usu agi censeo; cf. etiam Flinck-Linkomies 203* **11** corripit] colligit F L P D V (*corr.* V²) **12** *post hunc uersum distichon excidisse putat Richmond* **15** aduecta P : ad uecta Vo; *non inepte: cf. enim de nexu* aduehere huc *Plaut. Merc. 511, Rud. 41, Verg. Aen. 1,558; sed de faciliore lectione agitur: cf. Pinotti 140 adn. 59* mannis] ab annis ω, *corr. Paris. Lat. 8233 in mg.*; *cf. Ouid. am. 2,16,49 et Neumann Qua ratione 14–16* **19–20** *post u.* 2 *transt. Lütjohann* (*probb. B.-B. 366, Luck 400, Camps IV 126*) : *del. Barber*; *cf. tamen Tränkle 180 adn. 1, Fedeli 209sq.*

spectaclum ipsa sedens primo temone pependit,
ausa per impuros frena mouere locos.
serica nam taceo uulsi carpenta nepotis
atque armillatos colla Molossa canis,
qui dabit immundae uenalia fata saginae, 25
uincet ubi erasas barba pudenda genas.
cum fieret nostro totiens iniuria lecto,
mu[l]tato uolui[t] castra mouere toro.
Phyllis Auentinae quaedam est uicina Dianae,
sobria grata parum: cum bibit, omne decet. 30
altera Tarpeios est inter Teia lucos,
candida, sed potae non satis unus erit.
his ego constitui noctem lenire uocatis
et Venere ignota furta nouare mea.
unus erat tribus in secreta lectulus herba. 35
quaeris concubitus? inter utramque fui.
Lygdamus ad cyathos, uitrique aestiua supellex
et Methymnaei Graeca saliua meri.

21 spectaculum N L P Vo : spectandum F D V, *corr.* F[4] V[2]; *cf. Neumann 10, Pinotti 144* **22** locos] iocos ς (*prob. Tovar ClPh 59 [1964] 35*); *sed cf. Camps IV 128* **23** serica nam taceo] si riganam tacto N F L P : siriga (siringa V[2]) nam tacto Δ, *corr. Beroaldus*; *de* nam *secundo loco cf. Norden Aen. 403* nepoti N F L P D V **24** malosa N : molosa F L P **27** *nouam elegiam incipiunt Itali* **28** mul(c)tato (multa tato Vo) ω, *corr.* ς uoluit N F P Δ : noluit L, *corr.* ς *(et Beroaldus)* **29** *nou. eleg. inc.* F L P Δ : *priori coniungit* N (*dist. man. rec.*: *cf. Birt XIII*) **31** est *om.* N (*post* inter *add.* N[2]) **33** uenire N **34** notare F L P D V (*corr.* F[4] V[2]) **35** herba] umbra *Heinsius*; *cf. tamen ThLL VI 3,2621,33sqq.* **36** discubitus *Palmer*; *sed cf. u. 34* utraque N F L[2] : utrasque F[3] **37** uitrique] utrique N Vo F[4] L[2] V[2] : uterque F L P D V, *corr. Scaliger*; *cf. Ps. Verg. Copa 29, Wilamowitz Hell. Dicht. II 313, Housman ad Lucan. 10,122, Class. Pap. 241* **38** Graeca] grata D V (*corr.* V[2]); *def. Housman Class. Pap. 290, coll. Mart. 13,21; Plin. nat. 14,16; 23,40* : Graia *Palmier*; *sed cf. Axelson Unpoet. Wört. 51sq., La Penna SIFC N. S. 25 (1951) 236*

Nile, tuus tibicen erat, crotalistria † phillis †,
  et facilis spargi munda sine arte rosa; 40
Magnus et ipse suos breuiter concretus in artus
  iactabat truncas ad caua buxa manus.
sed neque suppletis constabat flamma lucernis,
  reccidit inque suos mensa supina pedes.
me quoque per talos Venerem quaerente secundos 45
  semper damnosi subsiluere canes.
cantabant surdo, nudabant pectora caeco:
  Lanuuii ad portas, ei mihi, totus eram.

39 Nile, tuus] Nilotes *Scaliger*; *de apostrophe ad Nilum cf. Tib. 1,7,23, Ouid. met. 1,728* eboralistria N : colistria F : coralistria L P D V F[4] : c(h)oristria Vo V[2], *corr. Turnebus*; *cf. Neumann 40, Tränkle 116* phil(l)is ω (*quod nonnulli iure suspectum habent: ut enim dilucide adfirmat Leo Kl. Schr. II 193, si* Nile, tuus *de tibicine accipimus*, crotalistria *quoque patriae suae mentionem desiderat*) : Byblis *Palmer* : *alii alia* **40** et] haec *Baehrens*; *prob. Sh. Bailey 255, qui* rosa *pro abl. habet; in pentametro tamen supplendum est* aderat **41** Magnus] nanus *Paris. Lat. 8233* (*probb. Rothstein II 316, Neumann 40, Tränkle 121 adn. 2*); *sed* Magnus *ironice dicitur: cf. B.-B. 368, Camps IV 130, Pinotti 152 adn. 111* contractus ς; *sed cf. K.-St. I 98, ThLL IV 94,56sqq.* in arcus F L : in antro Vo **44** recidit F L P : decidit D V : recidite Vo **45** secundo N F L P Vo V[2] (*cf. Neumann 88sq.*) : secundam *Palmer* (*probb. Rothstein II 316, Camps IV 131*); *cf. tamen Fedeli 214* **48** lanium F : laminum P : laminii L D V (*corr.* V[2]) totus] solus ω, *corr. Kuypers*; solus *defenditur a Rothstein II 317* ("ad solas Lanuuii portas"); *quam interpretationem respuit Pinotti 154* ("quamuis essem cum duobus scortis, solus eram"); totus *recte probatur a Goold HStCPh 71 (1966) 60, qui Cic. Att. 5,10, Hor. sat. 1,9,2, Ouid. fast. 6,251 confert; Sh. Bailey Att. III 204 Ter. Eun. 195 addit*

cum subito rauci sonuerunt cardine postes
  et leuia ad primos murmura facta Laris; 50
nec mora, cum totas resupinat Cynthia ualuas,
  non operosa comis, sed furibunda decens.
pocula mi digitos inter cecidere remissos,
  palluerantque ipso labra soluta mero.
fulminat illa oculis et quantum femina saeuit, 55
  spectaclum capta nec minus urbe fuit.
Phyllidos iratos in uultum conicit unguis:
  territa uicinas Teia clamat aquas.
lumina sopitos turbant elata Quiritis,
  omnis et insana semita nocte sonat. 60
illas direptisque comis tunicisque solutis
  excipit obscurae prima taberna uiae.
Cynthia gaudet in exuuiis uictrixque recurrit
  et mea peruersa sauciat ora manu,

50 et] nec *Burman* (*fort. recte: cf. enim Goold HStCPh 71 [1966] 60; Cynthia tamen, feminarum praesentiae ignara, de improuiso uenit; quod formula* nec mora *designat*) **51** tum L D Vo **54** palluerıntque *Liuineius* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 61; sed cf. B.-B. 166, Platnauer Lat. Eleg. 113, Pasoli Scr. A. Scolari 230*) palluerunt spisso *Heinsius*; *sed de hypallage cf. Sh. Bailey 257* **55** oculos F **56** spectaculum N P Vo : spectandum F (*corr.* F[4]) D V; *uide app. ad u. 21* non F : ne L P D V (*corr.* V[2]) **57** unguis] ignes Vo V[2] (*prob. Turpin REL 51 [1973] 164*); *cf. tamen Pinotti 157 adn. 145* **58** uicinis *Barber* clamat] petebat D : uocabat Vo V[2] "uicini", Teia clamat, "aquam!" *Palmer* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 61, coll. Aristoph. Thesm. 241; cf. tamen Sh. Bailey 257, qui Eur. Phoen. 1154 et Quintil. decl. 12,6 confert; uide etiam Fraenkel ad Aesch. Agam. u. 48 et Pinotti 158*) **59-60** *post u.* 62 *transt. Burman* **59** lumina] crimina *Goold, coll. Ouid. ars 3,375*; *sed* lumina *faces puerorum, qui scorta comitantur, esse uidentur* **60** nocte] uoce *Fruter* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 62, coll. 3,8,2; 4,1,134; Ouid. epist. 11,74*) **64** praeuersa *Guyet*; peruersa *def. Sh. Bailey 314* (*coll. Plin. nat. 10,38, Pallad. 2,15,4, Coripp. Ioh. 3,426*)

imponitque notam collo morsuque cruentat, 65
praecipueque oculos, qui meruere, ferit.
atque ubi iam nostris lassauit bracchia plagis,
Lygdamus ad plutei fulcra sinistra latens
eruitur, geniumque meum protractus adorat.
Lygdame, nil potui: tecum ego captus eram. 70
supplicibus palmis tum demum ad foedera ueni[t],
cum uix tangendos praebuit illa pedes,
atque ait: 'Admissae si uis me ignoscere culpae,
accipe, quae nostrae formula legis erit.
tu neque Pompeia spatiabere cultus in umbra, 75
nec cum lasciuum sternet harena Forum.
colla caue inflectas ad summum obliqua theatrum,
aut lectica tuae se det aperta morae.
Lygdamus in primis, omnis mihi causa querelae,
ueneat et pedibus uincula bina trahat.' 80
indixit leges; respondi ego: 'Legibus utar.'
riserat imperio facta superba dato.

65 colla N **68** fulcra] fusca ω, *corr.* ς; *cf. Anderson ClR 3 (1889) 324* **69** exuitur Vo V[2] protactus F V : prostratus Vo F[4]; *fort. recte: cf. Sen. Tro. 709, Housman Class. Pap. 341* **71** uenit ω, *corr.* ς **72** cur F : cui L P Δ (*prob. Housman Class. Pap. 290; sed cf. K.-St. II 340sq.*) **78** aut] nec *Lipsius* se det] sudet ω : sidat *Palmier, corr. Gruter*; sudet *defenditur a Rothstein II 321, cuius sententia lectica pro lecticariis sudare dicitur: sed nimis inepte* sudare tuae morae *dicitur, ut recte censet Leo Kl. Schr. II 193; interpretatio a Pasoli IV 69 allata* (mulier sudat, quae in lectica est) *prorsus improbabilis mihi uidetur* operta Vo V[2], *unde* nudet operta *coni. Koch* **80** uenerit P D V : uenerat Vo V[2]; *cf. Tränkle 139* **81** legem N F L P D V (*prob. Rothstein II 322, qui u. 74 et 3,20,16 confert*) **82** risit at *Burman*; *sed cf. Platnauer Lat. Eleg. 113, Pasoli Scr. A. Scolari 230, Pinotti 164* rato *Heinsius*

dein, quemcumque locum externae tetigere puellae,
  suffiit, at pura limina tergit aqua,
imperat et totas iterum mutare lacernas, 85
  terque meum tetigit sulpuris igne caput.
atque ita mutato per singula pallia lecto
  respondi, et toto soluimus arma toro.

9

Amphitryoniades qua tempestate iuuencos
  egerat a stabulis, o Erythea, tuis,

83 dein] ue in F (*corr.* F⁴) L P : ue D **84** suffiit, at] sufficat N F P L² : sufficiat L Vo P² V² : suffocat et D V : suffiit et *Beroaldus* : suffiit ac *Baehrens, corr. Hertzberg*; *de particula* at *conexiuo more usurpata ap. Prop. cf. 2,29,11; 3,3,36; 3,11,62; 4,2,47; 4,4,15; 4,6,59; 4,10,23* lumina F L P Vo; *sed cf. Weinreich Genethl. W. Schmid 357* **85** lucernas N Vo (*prob. Camps IV 135*) : laternas F P (*corr.* P²); *cf. tamen u. 87 et uide Housman Class. Pap. 290, Pinotti 165 adn. 177* **88** despondi *Puccius* : et spondis *Markland* : descendi *Ferrarius* : re spondi *Owen* : ascendi *Koch* : escendi *Postgate in app.*; respondi *deff. Vahlen Ges. Phil. Schr. II 125, Rothstein II 323. 385; quod ad sensum uerbalis uocis adtinet, mea quidem sententia* respondi *idem ualet ac* satisfeci, *ut iam censuit Passerat: cf. Cic. fam. 15,21,3* (amori) amore respondebo *et Smyth ClQ 45 (1951) 78sq., qui Plaut. Mil. 962sq., Petron. 134 adfert; uide etiam Tränkle Herm. 96 (1968) 579sq.* toto] noto *Heinsius*; *intellege tamen* per totum torum uolutantes *et cf. Anth. Lat. 429,12 R.* exultet toto non requieta toro mouimus *Heinsius*; *quod adtinet ad* arma soluimus, *duplicem interpretationem Passerat attulit ("obscoene, arma quibus pugnatur in certamine nocturno, an pugnam et rixam omnem diremimus?"); cum Tränkle Herm. 96 (1968) 580-582 priorem praefero*

9 de hercule et cacho D V : *priori coniung.* N (*separ.* N²: *cf. Birt XIII*) **2** o] hoc *uel* huc *Smyth* eritrea F L P : erythrae D : erithe(a)e V Vo

uenit ad inuictos pecorosa Palatia montis,
  et statuit fessos, fessus et ipse, boues,
qua Velabra suo stagnabant flumine quaque 5
  nauta per urbanas uelificabat aquas.
sed non infido manserunt hospite Caco
  incolumis: furto polluit ille Iouem.
incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro,
  per tria partitos qui dabat ora sonos. 10
hic, ne certa forent manifestae signa rapinae,
  auersos cauda traxit in antra boues;
nec sine teste deo: furem sonuere iuuenci,
  furis et implacidas diruit ira fores.
Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo 15
  Cacus, et Alcides sic ait: 'Ite boues,
Herculis ite boues, nostrae labor ultime clauae,
  bis mihi quaesitae, bis mea praeda, boues,

3 uenit et aduictos N : uenit et adiutos F : uenit et ad iunctos L P : uenit˙et aduinctos D : uenit et adiunctos V : uenit in aductos Vo : uenit et adductos V² : uenit ut (et *Rothstein*; *sed cf. Leo Kl. Schr. II 194, Pinotti GIF 29 [1977] 51 adn. 4*) ad uictor *Heinsius* : uenit ad eductos *Lachmann* (*sed* eductus *i. e.* in altum euectus *nusquam alibi absolute usurpatur: cf. Fedeli 223*) : *alii alia*; *corr.* ς; *de structura cf. Pillinger HStCPh 73 (1969) 184* nemorosa V² (*prob. Enk Comm. crit. 342; cf. tamen Varr. ling. 5,53, Fest. ap. Paul. 245 L., Stat. Theb. 4,45*) **5** quam D V ue libra F L D V : ue labra Vo V² flumina N : fulmine F (*corr.* F²) L P quoque ω, *corr.* ς **8** incolumes ς; *sed de nominatiuo plurali thematum in* -i *desinente in* -is *cf. Leumann Laut- und Formenlehre 275, Pasoli IV 69; cf. etiam 4,6,49* minantis **9** incola] insula ω : accola *Schrader* (*coll. Liu. 1,7,5* pastor accola eius loci, nomine Cacus), *corr.* ς; *cf. Rothstein II 326* **11** manifestaque *Luck, coll. Ouid. trist. 3,5,19* multaque praeterea manifestaque signa fauoris (*ubi tamen codices inter se discrepant*) **12** aduersos F P **14** at *Guyet*

aruaque mugitu sancite Bouaria longo:
nobile erit Romae pascua uestra Forum.' 20
dixerat, et sicco torquet sitis ora palato,
terraque non [n]ullas feta ministrat aquas.
sed procul inclusas audit ridere puellas,
lucus ubi umbroso fecerat orbe nemus,
femineae loca clausa deae fontisque piandos, 25
impune et nullis sacra retecta uiris.
deuia puniceae uelabant limina uittae,
putris odorato luxerat igne casa,
populus et longis ornabat frondibus aedem,
multaque cantantis umbra tegebat auis. 30
huc ruit in siccam congesta puluere barbam
et iacit ante fores uerba minora deo:

19 boaria ς; *cf. Varr. ling. 5,145sq., Ouid. fast. 1,581sq.* **20** erunt P[2]; *sed praedicati numerus a nomine praedicatiuo pendet: cf. Uhlmann 17* **21** at *Housman*; *cf. 3,3,25* torret ς (*prob. Luck 400, qui confert Lucan. 9,744* pestis et in sicco linguam torrere palato / coepit; *sed* torquet *recte def. Housman Class. Pap. 341*) **22** non nullas ω : non uiuas *Richmond, corr.* V[2] feta] foeda *Auratus* : usta *Palmer*; *cf. Ouid. fast. 4,87, Stat. silu. 3,2,17 (cf. Sh. Bailey 315)*; feta *idem ualet ac* quamuis feta: *cf. 2,32,60; 4,4,89 et uide Bonner ClR 67 (1953) 14* ministret ω, *corr.* V[2] **24** lucus] lotos *Alton*; *sed cf. Lygd. 3,15, Ouid. ars 3,689, Sen. Herc. O. 956-958, Sil. 6,146sq. aliaque exempla a Sh. Bailey 258 allata* ubi] ab ω, *corr. Heinsius*; *codicum lectio re uera defendi potest (saepe enim ablatiuo instrumenti praepositio* a *additur: cf. Tränkle 88), sed distichi leges uiolat* **27** lumina F L P Δ (*corr.* V[2]) uitr(a)e F L Δ : uite P F[4] **28** putris] turis *Heinsius*; putris *def. Sh. Bailey 259: cf. enim Hor. epist. 1,10,49; Lucan. 7,397; 8,403; Sen. epist. 30,2; 58,35; de adiectiuo* puter *cf. Grassmann Die erot. Epod. d. Hor. 49 adn. 17 et 18* **29** largis *Baehrens* : glaucis *Housman* (*prob. Sh. Bailey 259*); *tradita recte def. Williams Trad. and Orig. 650*

'Vos precor, o luci[s] sacro quae luditis antro,
pandite defessis hospita fana ui⟨r⟩is.
fontis egens erro circaque sonantia lymphis, 35
et caua succepto flumine palma sat est.
audistisne aliquem, tergo qui sustulit orbem?
ille ego sum: Alciden terra recepta uocat.
quis facta Herculeae non audit fortia clauae
et numquam ad uastas irrita tela feras, 40
atque uni Stygias homini luxisse tenebras?
[accipit haec fesso uix mihi terra patet] 42
angulus hic mundi nunc me mea fata trahentem 65
accipit: haec fesso uix mihi terra patet. 66

33 lucis ω, *corr.* ς **34** de fessis N L fana] uana ω : tecta *Pocchus, corr. Scaliger* uiris] uiis ω, *corr.* ς; *de plurali cf. Sen. Herc. f. 925, Friedrich RhM 68 (1913) 262, Jebb ad Soph. Oed. Col. 148* **35** (fontis ... erro) *sic perperam dist. Rothstein II 330. 386; uide contra Leo Kl. Schr. II 194* circaque] circa antra *Burman* (*prob. Luck 400*) : circa arua *Baehrens*; *intellege tamen* et circa loca sonantia (*sc.* erro): *cf. Liu. 21,11,9; 28,20,3* **36** suscepto F L P Δ; *quod adtinet ad* succepto *cf. Seru. ad Verg. Aen. 6,249* succipiunt antique, nam modo suscipiunt dicimus; *cf. etiam Housman Class. Pap. 263 et de uoce* succipio *Norden Aen. 203, Tränkle 34* **38** alcide L Δ (*corr.* V²) : alcides P recepta] suscepta N; *sed cf. Passerat 678: "uindicata, liberata, purgata a monstris. Recipitur idem quod amissum est, uel in amittendi periculum uenit"; cf. Manil. 4,51* post uictas Mithridatis opes pelagusque receptum **40** uatas N : natas F L P D² : uacuas D V : nocuas *Santen* (*prob. Housman Class. Pap. 290*) : tantas *Hertzberg*; *cf. 2,19,21* uastos ausim temptare leones *et adde Cic. diu. 1,49; rep. 2,48. 67; Verg. Aen. 8,295; Ouid. met. 2,194; 4,647; 11,366* **42** *hunc uersum (= 66), quem frustra mutare conati sunt nonnulli edd., del. iam Itali; cf. B.-B. 373, Fedeli 229* accipite ω (*prob. Rothstein II 330*) haec] et N : hic F D V (*corr.* F⁴ V²) uix] non *Santen* **65-66** *post u.* 42 *transt. Jacob* (*probb. Camps IV 142, Pasoli IV 69*) **65** nunc] non *Helmbold* facta Δ (*corr.* V²)

quodsi Iunoni sacrum faceretis amarae, 43
non clausisset aquas ipsa nouerca suas. 44
sin aliquem uultusque meus saetaeque leonis 45
terrent et Libyco sole perusta coma,
idem ego Sidonia feci seruilia palla
officia et Lydo pensa diurna colo,
mollis et hirsutum cepit mihi fascia pectus
et manibus duris apta puella fui.' 50
talibus Alcides; at talibus alma sacerdos,
puniceo canas stamine uincta comas:
'Parce oculis, hospes, lucoque abscede uerendo;
cede agedum et tuta limina linque fuga.
interdicta uiris metuenda lege piatur 55
quae se summota uindicat ara casa.
magno Tiresias aspexit Pallada uates,
fortia dum posita Gorgone membra lauat.

43 quid si Δ; *quo probato post* amarae *interrogationis signum pos. Rothstein II 331*; *de uocis* quodsi *usu cf. Axelson Unpoet. Wört. 47* **45** aliquam P; *probb. Housman Class. Pap. 302, Luck 400; sed masculinum genus defendi potest: cf. enim Catull. 66,28, Ouid. epist. 12,75* **47** symonia N : sinonia F L P (*corr.* P[2]); *cf. Ouid. epist. 9,101sq., Sen. Herc. f. 465-467* **48** collo D V **49** cepit] saepsit *Heinsius* : cinxit *Francius* **50** nec manibus duris apta quasilla tuli *Burman* (*prob. Enk Comm. crit. 346*); *tradita tuetur Ouid. epist. 9,65sq.* nec te Maeonia lasciuae more puellae / incingi zona dedecuisse putes? **51** ad F (*corr.* F[2]) : et L **52** iuncta N L D V **54** lumina F L P D V (*corr.* F[4] P[2] V[2]) **56** qua Vo V[2] **57** magnam ω, *corr. codd. Passeratii et Gebhardi*; *cf. enim de* magno *i. q.* magno pretio *Callim. hymn. 5,102* μισθῶ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλω

di tibi dent alios fontis: haec lympha puellis
  auia secreti limitis una f⟨l⟩uit.' 60
sic anus: ille umeris postis concussit opacos,
  nec tulit iratam ianua clausa sitim.
at postquam exhausto iam flumine uicerat aestum,
  ponit uix siccis tristia iura labris: 64
'Maxima quae gregibus deuota est Ara repertis, 67
  ara per has' inquit 'maxima facta manus,
haec nullis umquam pateat ueneranda puellis,
  Herculis aeternum ne sit inulta sitis.' 70
hunc, quoniam manibus purgatum sanxerat orbem, 73
  sic Sanc[t]um Tatiae composuere Cures. 74

60 una] unda *Housman* (*Class. Pap. 39; cf. etiam eiusdem comm. ad Manil. 1,226*); *sed iam Vahlen Ges. Phil. Schr. II 115sq. recte statuit Propertium saepe nominatiuos uocum* unus *et* solus *propria relatione neglecta in sententiam ponere (cf. 2,16,12; 2,20,27; 2,33,41; 3, 7,42; 4,8,48): hic uerba* una puellis *idem ualent atque* unis puellis; *uide etiam Kroll Stud. 259 et Neumann 77* fuit ω, *corr. Fruter* **70** hercule N F L Δ (*corr.* V²) : Herculea *coni. olim Housman, probb. B.-B. 373; fort. recte* aeternum] exterminium ω (*nisi quod* extremum P) : eximii V² : Oestrumni *Richmond* : exclusi *Owen* : *alii alia*; *corr. Heinsius*; *de usu aduerbiali uocis* aeternum *cf. Norden Aen. 241* ne sit] nescit N F L Δ (*corr.* V²) : nec sit ς Herclei exterminium nec sit *Housman*
73-74 *post u.* 70 *transt. Schneidewin* (*probb. B.-B. 374, Camps IV 146, Fedeli 232; ordinem traditum deff. Pasoli IV 70, Pinotti GIF 29 [1977] 51sq.*) : *ante u.* 1 *transt. Richmond, prob. Goold HStCPh 71 [1966] 92sq., cuius sententia in Propertii carminum aetiologicorum initio* αἴτιον *semper inducitur: uiro docto Goold opponere possumus eum elegiae, quae Apollinis Naualis* αἴτιον *narrat, et Callimachi hymnorum (qui cum apostrophe* [χαῖρε] *ad deum finiunt; cf. etiam Verg. Aen. 8,301sq.) oblitum esse: cf. Abel Anred. 87 et adn. 30, Fraenkel Hor. 169, Pillinger HStCPh 73 (1969) 183* **73** hinc *Heinsius* : huic *Lütjohann* senserat V² **74** hic F P²; *cf. Neumann 63 et adn. 1* sanctum ω, *corr. Heinsius*; *de uocibus* Sancus *et* sanctus *ad Herculem perti-*

sancte pater salue, cui iam fauet aspera Iuno: 71
Sanc[t]e, uelis libro dexter inesse meo. 72

10

Nunc Iouis incipiam causas aperire Feretri
armaque de ducibus trina recepta tribus.
magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria uires:
non iuuat e facili lecta corona iugo.
imbuis exemplum primae tu, Romule, palmae 5
huius, et exuuio plenus ab hoste redis,
tempore quo portas Caeninum Acron[t]a petentem
uictor in euersum cuspide fundis equum.

nentibus cf. Frazer IV 158sqq.; uide etiam Fedeli 233 Tatii *Scaliger* (*fort. recte: cf. enim Ouid. fast. 2,135* parui ... Cures); Tatiae *pro dat.* (*i. q.* feminis Sabinis) *hab. Schwering ThLL Onom. II 753,68; intellege tamen* Tatiae (*i. e.* Sabinae) Cures **71–72** sancte ... Sance] sancte ... sancte ω : Sance ... Sance *Richmond* : sancte ... Sance *accepi cum Camps IV 147 et Pasoli IV 70, coll. CIL IV 568* Sanco Sancto Semoni Dio Fidio sacrum; *quod adtinet ad* sancte pater salue *cf. e. g. Verg. Aen. 5,80* salue, sancte parens **72** adesse P; *cf. Ouid. fast. 1,6. 69 et uide contra Uhlmann 34*

10 de ioue fer(r)etrio D V : quare dicitur iupiter feretrius P : *priori coniung.* N **1** Feretri] fateri N; *de* Feretri *prosodia ap. Prop. cf. Lachmann ad Lucr. 5,1006 et de genetiui forma Sommer 339* **2** terna L (*corr.* L²) P **5** induis F L P D V (*corr.* V²) : imbius Vo; primus Romanos exemplo imbuis *interpretatur Kroll Stud. 260; hic tamen* imbuere *idem ualet atque* initiare: *cf. Ouid. ars 1,654, ThLL VII 429,26* **6** exuiuo N : eximio F V²; *de* ἅπαξ exuuium *pro* exuuiae *cf. Tränkle 61, qui* deliciae / delicium *confert; adde* diuitiae / diuitia (*Acc. trag. 265 R³*) **7** acronta ω, *corr. cod. Parm. bibl. Pal. 716*; *cf. CIL I 189, Plut. Rom. 16,9* **8** in euersum] nec uersum ω, *corr.* V²

Acron Herculeus Caenina ductor ab arce,
Roma, tuis quondam finibus horror erat! 10
hic spolia ex umeris ausus sperare Quirini
ipse dedit, sed non sanguine sicca suo.
hunc uidet ante cauas librantem spicula turris
Romulus et uotis occupat ante ratis:
'Iuppiter, haec hodie tibi uictima corruet Acron.' 15
uouerat, et spolium corruit ille Ioui.
Vrbis uirtutisque parens sic uincere sueuit,
qui tulit a parco frigida castra lare.
idem eques et frenis, idem fuit aptus aratris,
et galea hirsuta compta lupina iuba. 20

13 nunc Δ (*corr.* V²) uibrantem ς **14** rates N F L Δ : ratus P : lates F⁴ : deos D², *corr.* P²; *cf. Ouid. am. 3,2,80sq.; Ib. 97; Lucan. 7,34; Stat. Theb. 1,239* arte ratis *Richmond*; *de* ante *aduerbialiter usurpato cf. 2,28,61; 3,16,16; 4,2,46* **15** hic P, *quo probato* hic ... corruat *coni. Heinsius* **17** uirtutemque F L P Vo (*corr.* F⁴ P²) : uirtutumque D V (*corr.* V²); uirtutumque *deff. Housman Class. Pap. 290 (coll. Catull. 68,90, Verg. Aen. 1,566; sed uide contra Sh. Bailey 260), Enk Mn S. IV 2 (1949) 160 (cf. iam Comm. crit. 347); uide tamen La Penna SIFC N. S. 25 (1951) 237, Fedeli 237* parem F (*corr.* F⁴) L P : pares V²; *cf. Liu. 1,16,3* regem parentemque urbis Romanae, *1,16,6* Romulus ... parens urbis huius *et Ogilvie, A Commentary on Livy. Books 1-5, Oxford 1965, 86* sit N (*corr. ead. man.*) **18** a parco] aporco N F V : a porco L P D : aprico F⁴ P² V² (*sed cf. Spandau Serm. Prop. 42*) : apto Vo : a prisco ς : e paruo *L. Müller, corr. Jacob*; *cf. Bentley ad Hor. epist. 1,7,58 et plurima exempla a Nisbet-Hubbard Hor. 161 allata* **19** eques, e frenis *Postgate* : eques effrenis (*sc.* equis) *Richmond*; *intellege tamen* idem et eques frenis et (arator) aratris aptus fuit; *de particulae* et *ellipsi cf. Ouid. fast. 6,224, Plin. epist. 7,4,6* **20** nec *Housman*; *sed cf. Sh. Bailey 261* **21** parma] flammae Vo V² piroto N F L P; *cf. Neumann 88sq., La Penna SIFC N. S. 25 (1951) 208*

picta neque inducto fulgebat parma pyropo:
praebebant caesi baltea lenta boues.
Cossus at insequitur Veientis caede Tolumni,
uincere cum Veios posse laboris erat,
necdum ultra Tiberim belli sonus, ultima praeda 25
Nomentum et captae iugera terna Corae.
heu Vei ueteres! et uos tum regna fuistis
et uestro posita est aurea sella foro:
nunc intra muros pastoris bucina lenti
cantat, et in uestris ossibus arua metunt. 30
forte super portae dux Veiens astitit arcem
colloquiumque sua fretus ab urbe dedit:
dumque aries murum cornu pulsabat aeno,
uinea qua ductum longa tegebat opus,

23 colum(p)ni F L P V (*corr.* V[2]) Vo : calumni D : coloni F[2] **25–26** *post u.* 22 *transt. Passerat* (*probb. B.-B. 376*); *cf. tamen W. A. Baehrens Ph 72 (1913) 277, La Penna Athen. N. S. 35 (1957) 145* **26** capta N F L P V[2]; *cf. Neumann 88* terna] terra ω : parua V[2] : trina *Heinsius, corr. cod. Harl. 5246*; *pace uiri docti Sh. Bailey, qui (p. 262) de uiritim diuisione cogitat, hic* terna *idem ualet ac* tria (*cf. commentarium meum ad 4,8,80*) *i. e.* pauca: *cf. enim, quod adtinet ad* tria = pauca, *Plaut. Mil. 1020, Trin. 963, Ter. Phorm. 638, Ouid. Pont. 4,3,26, Quintil. inst. 9,4,78, Mart. 13,124,2* **27** heu] ę N : e F : et L P Δ F[2] : o P[2] *in mg., corr. Lütjohann*; *de interiectione* heu *cf. Grassmann Die erot. Epod. d. Hor. 99* **29** laeti ς : lente *Barber*; *sed cf. Ouid. met. 9,347* **30** metum L P **31** ueius (uey-) ω, *corr. Dempster*; Veius *enim ex duabus syllabis constat: cf.* (*troch.*) *ap. Hor. epod. 5,29.* Veïus *et* Maïus *apud Martialem defenduntur a L. Müller De re metrica 310 (cf. etiam Housman Class. Pap. 1104); at uide Heraeus (ad Mart. 13,74,1; RhM 74 [1925] 335 adn. 1), qui* Veius dux *coni.* **32** sua] situ *Richmond* : suis *Barber*; *de uoce* fretus *absolute usurpata cf. ThLL VI 1317,54–56, Sh. Bailey 262* **34** regebat F Δ (*corr.* V[2])

Cossus ait: 'Forti melius concurrere campo.' 35
nec mora fit, plano sistit uterque gradu⟨m⟩.
di Latias iuuere manus, desecta Tolumni
ceruix Romanos sanguine lauit equos.
Claudius a⟨t⟩ Rheno traiectos arcuit hostis,
Belgica cui uasti parma relata ducis: 40
Virdomari; genus hic Rheno iactabat ab ipso,
mobilis e recti⟨s⟩ fundere gaesa rotis.

35 fortis (= fortes) *Markland* forti ... campo *cum Rothstein II 339 def. Tränkle 78, coll. Hor. sat. 1,10,43* forte epos: *uide tamen quae in commentario meo ad u. 35 adnotaui; mea sententia recte interpretatus est Passerat 691: "melius est (uiro) forti descendere in planitiem": cf. enim 4,6,45* turpe (*sc.* est) Latinis **36** gradu ω, *corr.* ς; *cf. Verg. Aen. 6,465, Ouid. epist. 13,102, Liu. 9,2,10, Sil. 10,367, Sen. epist. 40,7* **37** di Latias] romuleas F (*corr.* F^{4}) D, *unde* di Remulas *coni. Housman* columni L P Δ (*corr.* V^{2}) : tolinum F (*corr.* F^{2}) **39** at] a ω, *corr. Barber*; *cf. enim u. 23* Eridano *Passerat* : a Rhodano *Postgate dub.*; *sed cf. B.-B. 378* **40** cui] cum ω, *corr. Guyet* (*prob. Luck 400*); *non ignoro* cum *defendi posse; sed dat. auctoris meliorem praebet sensum* **40-41** ducis: Virdomari; *sic recte dist. Fraenkel Kl. Beitr. I 79sq.; de interpunctione* κατὰ τὸν πρῶτον χορίαμβον *cf. Norden Aen. 139. 179* **41** uirtomane N : uirtomani N^{corr} : uutomani F : untoniani L Δ : uircumani P : butoniam D^{2} : uir romari V^{2}, *corr. Itali* Rheno] brenno *Heinsius* (*probb. Rothstein II 387, Luck 400*); *cf. tamen D'Arbois de Jubainville CRAI S. IV 17 (1890) 111-114, Birt RhM 51 (1896) 528sq.* **42** nobilis P^{2} (*haud dubie e u. 41*); *de uoce* mobilis + *inf. cf. Pers. 1,59* erecti N F^{4} : effecti F L P Δ : erepti V^{2} : erectis ς, *corr.* P^{2}; euectis *coni. Rothstein* (*coll. 3,3,21*) : e uectis *Baehrens* : e Rhaetis *Alton* (*prob. Luck 400*); *intellege* e rotis quas ipse regebat. *Sh. Bailey 262 necessarium putat* ab ipso; *sed cf. 2,24,46; 4,5,13; 4,7,2* c(a)esa ω : gessa V^{2}, *corr.* F^{4}; *cf. Seru. ad Verg. Aen. 7,664*

illi uirgatis iaculanti ante agmina bracis
  torquis ab incisa decidit unca gula.
nunc spolia in templo tria condita: causa Feretri, 45
  omine quod certo dux ferit ense ducem;
seu quia uicta suis umeris haec arma ferebant,
  hinc Feretri dicta est ara superba Iouis.

11

Desine, Paulle, meum lacrimis urgere sepulcrum:
  panditur ad nullas ianua nigra preces;
cum semel infernas intrarunt funera leges,
  non exorato stant adamante uiae.

43 illi uirgatis (iurgatis N F[2] : nigratis F [*corr.* F[4]]) iaculantis ab agmine (agmina N : inguine P[corr]) brac(h)is (brutis L) ω, *corr. Kraffert*; *uaria coniec. uiri docti, e. g.* illic (illi *Schrader, prob. Goold HStCPh 69 [1965] 95; 71 [1966] 89*) uirgatas maculanti sanguine bracas *Waardenburgh* : illi ut uirgatis iaculans it ab agmine bracis *Postgate*; *tradita def. Löfstedt Synt. I 235sq., qui de dat. cum genet. coniuncto cogitat, coll. 4,7,23: cf. tamen app. ad loc.; tradita def. etiam Pasoli Euphr. 2 (1959) 95. De corruptelae origine cf. Fedeli 243* **45** nunc] nec F L : h(a)ec P D Vo F[3] : hinc V[2] haec . . . condi causa Feretri *Phillimore* **46** omine] crimine F L P Δ (*corr.* V[2]); *cf. Val. Max. 1,5,4; Val. Fl. 5,211; Sh. Bailey 263* **47** uecta *Damsté* huc *Broukhusius*

11 ad paulum D V : epigramma ad paulum V[2] : *priori coniung.* N; *uersuum ordinem multis modis mut. nonnulli uiri docti: cf. e. g. Goold* (1, 6, 7, 4, 5, 2, 3, 8) *et uide Smyth Thes. crit. 157* 3 leges] sedes *Heinsius*; *prob. Goold HStCPh 71 (1966) 90sq., fort. recte: nam* intrare infernas leges *tantummodo Petr. Chrys. serm. 63 p. 376 A Migne* (ante . . . quam tota mortuus iura mortis intret) *tuetur; haec tamen dicendi libertas apud Propertium minime displicet*

te licet orantem fuscae deus audiat aulae: 5
nempe tuas lacrimas litora surda bibent.
uota mouent superos: ubi portitor aera recepit,
obserat herbosos lurida porta rogos.
sic maestae cecinere tubae, cum subdita nostrum
detraheret lecto fax inimica caput. 10
quid mihi coniugium Paulli, quid currus auorum
profuit aut famae pignora tanta meae?
non minus immitis habuit Cornelia Parcas:
et sum, quod digitis quinque legatur, onus.
damnatae noctes et uos, uada lenta, paludes, 15
et quaecumque meos implicat unda pedes,
immatura licet, tamen huc non noxia ueni:
det Pater hic umbrae mollia iura meae.

5 te] nec *Helmbold* **8** erbosos F (*corr.* F[3]) : umbrosos Δ (*sed cf. Neumann 82*) : abrosos *Phillimore in app., qui etiam* euersos *coni.* (*prob. Camps IV 154*) : os Erebi *Sh. Bailey*; *Rothstein II 346 iure adfert CIL XI 5357* hic iacet, at uiridi requiesce, uiator, in herba locos *Liuineius*; *sed hic* rogus *metonymice usurpatur idemque ualet ac* sepulcrum: *cf. 3,7,10* **9** sic] sat *Dousa*; *cf. tamen B.-B. 380* **11** paule Δ (*corr.* V[2]) **13** num F L P (*prob. Rothstein; sed cf. E. Reitzenstein Elegie 21*) : nun V habui ς (*prob. Rothstein II 348*); *cf. tamen uu. 43-44* **14** et ... legatur] en ... leuatur ς (*prob. Rothstein II 348*); *uide contra E. Reitzenstein Elegie 21* **15** noctes] testes *Housman* : nocti set *Sandbach*; *cf. tamen Goold HStCPh 71 (1966) 85, qui* tenebris *coni., coll. Lucan. 9,986, Claud. 1,43*; damnatae noctes *i. q.* damnatarum noctes *iure defenditur a Sh. Bailey 263: cf. Tib. 1,3,67* scelerata sedes, *Verg. Aen. 6,563* sceleratum ... limen, *Mart. 1,15,7* catenati ... labores paludis *Santen*; *sed iunctura* uada lenta *appositio ad uocem* paludes *est* **17-76** *om.* N *uno folio interciso* **18** dat V[2] huic P; *quo retento* deprecor huic *coni. Koppiers* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 85*); Pater *tamen neque Iouem neque Corneliae parentem, sed Plutonem designat, qui* hic, *i. e. apud inferos, iura dat*

aut si quis posita iudex sedet Aeacus urna,
  in mea sortita iudicet ossa pila: 20
assideant fratres, iuxta et Minoida sellam
  Eumenidum intento turba seuera foro.
Sisyphe, mole uaces; taceant Ixionis orbes;
  fallax Tantaleu⟨s⟩ corripiare liquor;
Cerberus et nullas hodie petat improbus umbras, 25
  et iaceat tacita laxa catena sera.

19 aut] at *Berolin. Diez. B. 53*; *mea sententia non recte iudicat Enk Comm. crit. 353, qui* "aut ... si poena digna sum" *interpretatur; contra* "aut si Aeacus, pro Plutone, iudex sedet" *intellegendum est* uindex *Camps* (*coll. Catull. 64,192sq.*) **20** is mea *Heinsius* (*fort. recte*) : in me *Fontein*; *de uerborum conexu cf. H.-Sz. 693* iudicet L Δ μ υ P² : uindicet F P (*prob. Sh. Bailey 264, qui Apul. met. 2,27, S. H. A. Aur. 12,4, Iust. 37,3,8 adfert*); *haec tamen sententia Corneliae minime conuenit; cf. contra de nexu* iudex iudicat *Camps ClR 75 (1961) 105, Goold HStCPh 71 (1966) 86* **21** fratres iuxta minoia (-ya) sella F L P D (*quod in commentario meo probaui, cum Rothstein II 350* et adsit *in pentametro simul audiens*) : fratres iuxta minoia (-ya) sella et V Vo μ υ P² (*probb. Camps IV 157sq. et Pasoli IV 71, qui uerba* iuxta Minoia sella *per parenthesin interposita esse censent; uide tamen de* et *in hexametri exitu Lachmann ad Lucr. 2,502, Housman Class. Pap. 343; Camps IV 57 adfert 2,25,17, ubi tamen de pronomine* qui *agitur*) : fratrem iuxta et Minoida sellam *Boot* : fratrem iuxta Minoia sella, et *Palmer* (*prob. R. Reitzenstein Hell. Wund. 165*) : *alii alia*; *corr.* ς (*sed* et *post* iuxta *transt. Itali*); *quod ad* Minoida *adtinet, cf. B.-B. 381* **24** tantaleo F L P Δ μ υ, *corr.* ς; *de corruptelae origine cf. B.-B. 381* Tantaleo corripere ore *Auratus* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 65sq.*); *uide tamen, de parum probabili imperatiui passiui usu, Rothstein II 387* **26** lapsa F : lassa P; lapsa *prob. Rothstein II 351; cf. tamen Sen. dial. 7 (= uit. beat.),16,3; 9 (= tranq. an.),10,3*

ipsa loquor pro me: si fallo[r], poena sororum
  infelix umeros urgeat urna meos.
si cui fama fuit per auita tropaea decori,
  Afra Numantinos regna loquuntur auos: 30
altera maternos exaequat turba Libones
  et domus est titulis utraque fulta suis.
mox, ubi iam facibus cessit praetexta maritis,
  uinxit et acceptas altera uitta comas,
iungor, Paulle, tuo sic discessura cubili: 35
  in lapide hoc uni nupta fuisse legar.
testor maiorum cineres tibi, Roma, colendos,
  sub quorum titulis, Africa, tunsa iaces,

27 loquar ς (*quod iure refellit Kraus WSt 79 [1966] 405*) fallor F L P Δ μ υ, *corr.* ς **29** troph(a)ea decori μ υ : decora troph(a)ei F L P Δ (*unde* decora tropheis *coni. Pucci*) : fama decori V² : trophaea decorum *Peerlkamp*; *cf. Ouid. met. 13,849, Claud. carm. min. 17,215* **30** *om.* F *spatio relicto* (*suppl.* F⁴) Afra] (a)era μ υ F⁴ V² : et L P Δ : uersa *uel* atra ς : nostra *Baehrens, corr. Scaliger*; *cf. Claud. carm. min. 30,42sq.* claram Scipiadum taceat Cornelia gentem / seque minus iactet Libycis dotata trophaeis nostra ... signa *Baehrens* (*prob. Housman Class. Pap. 332*) : aera ... nostra *Palmer* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 70sq.*) : Afra ... aera *E. Reitzenstein* **31** turba] uirga *Peerlkamp* : libra *Richmond*; *intellege tamen* altera turba (*sc.* maiorum) exaequat Libones, maternos auos, paternis auis ligones F L P Δ μ υ, *corr.* ς **34** uitta Δ : uicta F L P μ υ; *cf. Fedeli 252* **35** sic] mox *Schippers*; *collato u. 36 intellege tamen, cum Passerat 701: "abitura e lecto et domo tua non diuortio sed morte"* **36** in] ut *Graeuius* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 88*) huic *Marcilius*; *sed cf. Vahlen Opusc. I 112* **37** uerendos ς **38** tonsa ς; *prob. Rothstein II 353, coll. Ouid. epist. 11,115sq.; cf. tamen B.-B. 382, E. Reitzenstein Elegie 32* iacet ς *post u.* 38 *distichon excidisse putat Munro*

et Persen proaui s[t]imulantem pectus Achilli,
quique tuas proauo fregit Achille domos, 40
me neque censurae legem mollisse neque ulla
labe mea uestros erubuisse focos.
non fuit exuuiis tantis Cornelia damnum:
quin et erat magnae pars imitanda domus.
nec mea mutata est aetas, sine crimine tota est: 45
uiximus insignes inter utramque facem.
mi natura dedit leges a sanguine ductas,
ne⟨c⟩ possis melior iudicis esse metu.

39–40 *hos uersus, inter Propertii difficillimos, multis modis emendauerunt aut interpretati sunt uiri docti: cf. in primis Rothstein II 387, B.-B. 382sq., Camps IV 159sq., Pasoli IV 71 et nuperrime E. Reitzenstein Elegie 435. Ego autem eandem interpretationem sequor, quam in commentario meo (p. 253) recepi* **39** et Persen] te, Perseu *Boot* persen L μ υ F⁴ : persem Δ : proseu F : perseu P proaui L P Δ μ υ F⁴ : proam F : proauo *Lipsius* stimulantem F L P Δ μ υ (*cf. fortasse Sil. 14,93–95*), *corr.* ς; *cf. Verg. Aen. 6,838sqq. et Norden Aen. 331sq.* achillis V² (*de hac genetiui forma cf. tamen Leumann Kl. Schr. 108–130*) : Achille *Lipsius* **40** quodque L² tuas] truces *Schneidewin* : tumens *Postgate* : suas *Barber* proauo F L P Δ : proauus V² : proauos μ υ (*prob. Housman Class. Pap. 40, qui* proauos *pro nominat. interpretatur*) Auerne *Munro* : Achiue *Richmond*; *concessiua uis in abl.* proauo Achille *inest* **42** nostros ς **43–44** *post u.* 32 *transt. Peerlkamp* (*prob. Goold HStCPh 71 [1966] 101*) **43** non fuit μ υ F⁴ P² V² : ton fuit F L P : confuit Δ exuuiis P μ υ V³ : exuuii L V Vo F⁴ D² : eximii F D tantis P μ υ V² : stantis F L Δ damnum F L P μ υ V² : damni Δ (*corr.* V²) **45–46** *post u.* 36 *transt. Housman* **46** insignes μ υ F⁴ P² V³ : insignem F L P Δ **48** ne possis F L P Δ μ υ (*prob. Camps IV 160; sed uide contra E. Reitzenstein Elegie 36*) : ne possim V² : ne possem P² (*def. Spandau Serm. Prop. 22*) : nec possim *ed. Ald. a. 1502, corr. Berolin. Diez. B. 53*; *cf. B.-B. 383*

quaelibet austeras de me ferat urna tabellas:
turpior assessu non erit ulla meo, 50
uel tu, quae tardam mouisti fune Cybeben,
Claudia, turritae rara ministra deae,
uel cuius cassos cum Vesta reposceret ignis,
exhibuit uiuos carbasus alba focos.
nec te, dulce caput, mater Scribonia, laesi: 55
in me mutatum quid nisi fata uelis?
maternis laudor lacrimis urbisque querelis,
defensa et gemitu Caesaris ossa mea.
ille sua nata dignam uixisse sororem
increpat, et lacrimas uidimus ire deo. 60
et tamen emerui generosos uestis honores,
nec mea de sterili facta rapina domo.
tu, Lepide, et tu, Paulle, meum post fata leuamen,
condita sunt uestro lumina nostra sinu.

49 quamlibet ς (*prob. Luck 400; uide tamen E. Reitzenstein Elegie 37*) **50** as(s)ensu F L P Δ μ υ : ascensu V² : accensu *Housman, corr.* ς; *de* ἅπαξ *agitur, quod per analogiam cum uoce* consessus *Propertius expressit* **52** claudia P υ L² V³ : gaudia F L Δ μ : glaudia F²; *cf. Ouid. fast. 4,297sqq., Sil. 17,23sqq., Suet. Tib. 2,3* **53** cuius cassos] cuius rasos F L P Δ : cuius iasos μ υ : cuius castos *Markland* : cuius sacros *Rothstein* : cui iuratos *Butler* : cuius stratos *Sh. Bailey* : cui iusta suos *Camps* : cuius seros *Clausen* : cui iussa suos *E. Reitzenstein* : cui, casta suos *Cicerale GiornFilFerr 2 (1979) 79-81* : *alii alia*; *ipse correxi, coll. Ouid. rem. 446* cassa . . . diducto stipite flamma perit, *Sil. 5,572* ignis iners cassamque dabat sine robore flammam **61** generosae *Turnebus*; *intellege tamen* generosarum uestis (*sc.* stolae) honores *et cf. Ouid. hal. 66* generosus (*i. q.* generosorum) honos **63-64** *post u. 74 transt. Housman* **63** te . . . te F L P Δ μ υ, *corr.* ς; te . . . te *def. Rothstein II 357, qui accusatiuos ad uoces* generosos uestis honores *referri putat; cf. tamen E. Reitzenstein Elegie 43* **64** uestro *om.* F (*add.* F⁴) L

uidimus et fratrem sellam geminasse curulem; 65
consule quo facto tempore rapta soror.
filia, tu specimen censurae nata paternae,
fac teneas unum nos imitata uirum.
et serie fulcite genus: mihi cumba uolenti
soluitur aucturis tot mea fata meis. 70
haec est feminei merces extrema triumphi,
laudat ubi emeritum libera fama rogum.
nunc tibi commendo communia pignora natos:
haec cura et cineri spirat inusta meo.
fungere maternis uicibus pater: illa meorum 75
omnis erit collo turba ferenda tuo.
oscula cum dederis tua flentibus, adice matris:
tota domus coepit nunc onus esse tuum.

65-66 *post u.* 60 *transt. Lütjohann, post u.* 46 *Richmond, post u.* 98 *Housman* **66** facto] fausto *Peerlkamp* : festo *Koppiers* consul quo factus *Lachmann*; *tradita def. Muller Mn 59 (1931) 238, cuius sententia hic duarum structurarum contaminationem habemus* ("qui, *i. e.* frater, quo tempore consul factus est, rapta soror"; "quo, *i. e.* fratre, consule facto, eo tempore rapta soror est") *et E. Reitzenstein RhM 112 (1969) 138, qui* tempore = in tempore *interpretatur* **67** specimen V Vo μ υ P[2] D[2] : speciem F L P D; *cf. Camps IV 163* **68** unum *om.* F L P (*suppl.* F[4] P[corr]) **70** uncturis L P Δ μ υ (*prob. Rothstein II 360*) : nupturis F : lucturis *ed. Eton., corr.* ς; *cf. Tib. 1,7,55sq.* at tibi succrescat proles, quae facta parentis / augeat facta ς; *probb. B.-B. 385 et Housman Class. Pap. 319, qui Tib. 1,7,55 adferunt: ego uero quae sint Corneliae* facta *intellegere nequeo* meis] malis F L P Δ μ υ, *corr. ed. Brix.* **71-72** *post u.* 68 *transt. Baehrens* **72** torum *Koppiers*; *prob. Goold HStCPh 71 (1966) 91; sed* torum *iure reiecit iam Buecheler Kl. Schr. I 417, qui* iugum (*i. q.* coniugium) *coni.*; rogum *tamen recte tuetur Camps IV 164* **77** mater ω, *corr.* ς

et si quid doliturus eris, sine testibus illis!
  cum uenient, siccis oscula falle genis! 80
sat tibi sint noctes, quas de me, Paulle, fatiges,
  somniaque in faciem credita saepe meam:
atque ubi secreto nostra ad simulacra loqueris,
  ut responsurae singula uerba iace.
seu tamen aduersum mutarit ianua lectum, 85
  sederit et nostro cauta nouerca toro,
coniugium, pueri, laudate et ferte paternum:
  capta dabit uestris moribus illa manus;
nec matrem laudate nimis: collata priori
  uertet in offensas libera uerba suas. 90
seu memor ille mea contentus manserit umbra
  et tanti cineres duxerit esse meos,
discite uenturam iam nunc sentire senectam,
  caelibis ad curas nec uacet ulla uia.
quod mihi detractum est, uestros accedat ad annos: 95
  prole mea Paullum sic iuuet esse senem.
et bene habet: numquam mater lugubria sumpsi;
  uenit in exsequias tota caterua meas.

79 si quis ω : si qui *E. Reitzenstein, corr.* V² erit ω, *corr.* V² **81** sunt F L P D V fatigas Δ **84** iace] tace ω, *corr.* ς; tace *def. Rothstein II 362, cuius sententiam Pasoli IV 72 secutus est; cf. tamen 2,1,77* talia ... illacrimans mutae iace uerba fauillae *et Leo Kl. Schr. II 193* **88** nostris F **89** minus F (*corr.* F⁴) **91** nec F (*corr.* F⁴) **92** dixerit L P Δ (*corr.* D²); *cf. 3,12,3* **93** sentire] lenire *Schrader* (*prob. Luck 400*); *cf. Ouid. ars 3,59* uenturae memores iam nunc estote senectae **94** ualet ulla uias N **95** nostros F L **97-102** *post u.* 72 *transt. Schrader* **97** et] si V² : sed ς numquam numquam F L : numquam umquam P V Vo (*corr.* P² V²) : nuquam uuquam D lubrigia N V² : lubrica F L P Δ : subrigia P², *corr.* ς; *cf. Ouid. trist. 4,2,73; met. 11,669; Sen. dial. 11 (= Helu.),16; Herc. f. 626* sumptum ω, *corr.* ς matri (matris *Havet*) lugubria sumpta *Baehrens*

causa perorata est. flentes me surgite, testes,
  dum pretium uitae grata rependit humus. 100
moribus et caelum patuit: sim digna merendo,
  cuius honoratis ossa uehantur auis.

102 uehuntur F L Δ (*corr.* V[2])   auis] aquis N F L P V[2] : equis Δ P[2], *corr. Heinsius*; aquis *nonnulli uiri docti defendere conati sunt: cf. in primis Axelson Ouidiana 128, qui 4,6,58* sceptra per Ionias fracta uehuntur aquas *confert, et Waszink Mn S. IV 2 (1949) 70, cuius sententia* honoratae aquae = aquae honoratorum, honoratis destinatae. *Heinsii coniecturam mea sententia optime tuentur Haupt Opusc. I 345, Housman Class. Pap. 302, Leo Kl. Schr. II 193, Williams Trad. and Orig. 399sq.; quos sequor, cum maximi momenti sit haec auctoris Consolationis ad Liuiam (uu. 329sq.) imitatio*: ille pio, si non temere haec creduntur, in aruo / inter honoratos excipietur auos

explicit N : explicit liber propertii ultimus F : explicit deo gratias L : propertii aurelii naute liber quartus et ultimus ad tullum explicit P : propertii aurelii nautae umbrii monobiblos feliciter explicit D : finis Vo : *subscriptione caret* V

INDEX METRICVS ET PROSODIACVS

Meae recensionis ratione habita, hic illic pauca tantummodo addidi metrico et prosodiaco indici, quem Carolus Hosius et Mauritius Schuster in editionibus Teubnerianis composuerunt.

Caesurae[1]

Vt recte censent Hosius et Schuster longe usitatissima caesura est penthemimeres, cui plerumque adstat subsidiaria aut hephthemimeres aut diaeresis bucolica, quarum loco incisio post quartum trochaeum inuenitur in libro I: 7, in II: 21, in III: 23, in IV: 29 locis. Nulla caesura post penthemimerim exstat, id quod fit, si arses et quarta et quinta eidem uerbo quattuor uel quinque syllabarum insunt, 2,1,39.73; 2,9,41; 2,13,41; 2,15,39.45; 2,17,7; 2,23,15; 2,24,29; 2,25,13; 2,26,51; 2,30,11; 3,3,49; 3,5,23; 3,7,49; 3,11,13; 3,16,27; 3,21,25.31; 4,1,79.101; 4,2,15; 4,5,69; 4,7,23; 4,9,1; 4,11,35.

Hephthemimeres coniuncta cum trithemimeri et caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον inuenitur in libro I: 13*ies*, in II: 23*ies*, in III: 26*ies*, in IV: 31*ies*.

Eadem cum trithemimeri, sed sine caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον: 1,8,25; 1,9,1; 1,14,23; 1,19,25; 2,3,1.3; 2,6,37; 2,8,3; 2,10,1; 2,15,19.33.51; 2,16,7; 2,18,19; 2,21,9;

---

[1] De caesuris apud poetas elegiacos cf. Platnauer, *Lat. Eleg. Verse* 4-16, J. Park Poe, *Caesurae in the Hexameter Line of Latin Elegiac Verse*, Wiesbaden 1974.

2,22,41; 2,23,3; 2,24,7.23; 2,25,43; 2,30,13; 2,33,7; 2,34,33; 3,9,1; 3,15,23; 3,21,7.17; 3,23,21; 4,3,3; 4,5,7.

Eadem cum κατὰ τρίτον τροχαῖον, sed sine trithemimeri: 2,29,31; 2,32,53; 3,2,1; 3,8,23; 3,11,33; 4,8,61; 4,10,17.

Eadem nec cum trithemimeri nec cum κατὰ τρίτον τροχαῖον: 2,6,29; 2,9,9; 2,14,3; 3,6,39; 3,7,31; 3,14,7; 4,5,21; 4,7,5.63; 4,8,63.83.

Caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον cum trithemimeri, sed sine hephthemimeri: 2,1,51; 2,15,43; 2,33,27; 4,1,63.

Eadem sine utraque: 2,33,9; 3,6,25; 4,7,41.

Diaeresis bucolica semper (praeter 2,5,3; 2,21,5) coniuncta est cum penthemimeri: cf. e. g. 1,1,9; 1,2,1; 1,3,39; 1,4,1; 1,5,31; 1,6,9; 1,7,1.9; 1,19,15; 2,1,21.47; 2,4,1; 2,16,1; 2,19,27; 2,24,35; 2,26,39; 2,28,9; 2,30,1.7; 2,31,1; 2,34,5; 3,4,19; 3,13,65; 4,1,39.41.53.75.135; 4,3,47; 4,4,49; 4,5,29.31; 4,6,45; 4,10,45; 4,11,75.77.

Monosyllaba ante penthemimerim exstant in libro I: 9*ies*, in II: 22*ies*, in III: 22*ies*, in IV: 8*ies*; ante pentametri caesuram in libro I: 3, in II: 26, in III: 7, in IV: 4 locis.

Caesura ante *que* certa: 3,1,29; 3,22,10.

Elisiones in caesura hexametri: 2,3,31; 2,17,11; in caesura pentametri: 1,5,32; 3,22,10.

Pedes quinti et sexti

Versus spondaici: 1,13,31; 1,19,3; 2,2,9 *heroin(e)*; 1,20,31; 3,7,13 *Orithyi(a)*; 2,28,49 *formosarum*; 4,4,71 *Thermodonta*; cf. Norden *Aen.* 441sqq., Platnauer *Lat. Eleg. Verse* 38sq.

Hexameter exit in uerbum quadrisyllabum: 1,13,31; 1,19,13; 1,20,31; 2,2,9; 2,28,49; 2,34,33; 3,7,13.49; 4,4,71; 4,7,33; cf. Norden *Aen.* 438;

in uerbum quinque syllabarum: 1,8,35 *Hippodamiae*, 2,26,15 *increpitarent*;

in duo bisyllaba: 1,18,15; 2,1,47; 2,16,25; 2,23,15; 2,26,39; 2,30,1; 3,5,47; 3,11,9; 3,22,31; 4,1,41.75.135; 4,3,47; 4,6,29;

in duo monosyllaba: in libro I in 8 uersibus (1,4,5.13.19; 6,31; 8,21; 9,15; 12,9.19), in II in 15 uersibus (2,1,25; 3,45; 5,7; 15,1; 16,41; 18,19; 20,1.29; 21,9; 23,17; 24,15.51; 27,11; 28,47; 33,23), in III in 7 uersibus (3,1,9.32; 3,15; 8,3; 15,9; 18,33; 23,13), in IV in 1 uersu (4,5,17): cf. Norden *Aen.* 438sq., J. Hellegouarc'h *Le monosyllabe dans l'hexamètre latin* (Paris 1964).

Pentameter exit in monosyllabum: 1,2,26; 2,6,40; 2,10,6; 4,1,146; 4,9,36; cf. Platnauer *Lat. Eleg. Verse* 17;

in uerbum syllabarum

trium in libro I: 32 (1,1,4; 2,10.22; 3,8.10.24.34.36; 6,16.20.22; 7,6; 10,2; 12,16; 13,16; 14,2.16; 15,18.36; 16,6.18.30.32.34.42.44;18,16.24; 20,2.26.44; 21,6), in libro II: 16 (2,3,12; 13,40; 15,14; 18,38; 19,24; 20,6.8; 22,16; 23,4; 25,20; 29,18.26.40; 33,40; 34,48.88), in libro III: 1 (3,13,30), in libro IV: 1 (4,2,38); cf. R. Atkinson Hermath. 1 (1874) 276-285;

quattuor in I: 87, in II: 51, in III: 10 (3,3,28; 4,10; 11,72; 12,30; 13,24;14,2.8; 19,10; 20,28; 22,20), in IV: 4 (4,1,64; 2,34; 4,76; 5,8);

quinque in I: 9 (1,1,2; 2,24; 5,24; 15,22; 16,2; 20,32.38.42; 22,2), in II: 7 (2,1,38; 6,4; 7,18; 16,14; 29,38; 34,68.76), in III: 1 (3,23,20), in IV: 1 (4,5,28).

Interpungitur in hexametri pede quinto uel sexto: 1,9,15; 1,12,9; 1,15,13; 1,20,49; 2,1,25.53.65; 2,8,15; 2,13,23.55; 2,15,1.9; 2,23,17; 2,24,15; 2,26,49; 2,28,47; 2,29,11; 2,33,23; 2,34,79; 3,3,15; 3,8,35; 3,13,63; 3,23,13; 3,24,11; 4,1,9; 4,2,7; 4,3,13.27; 4,4,15; 4,6,13.67.85; 4,7,11.29.

Elisiones[2]

Eliduntur syllabae in 4010 uersibus Propertii 914, in hexametris 527, in pentametris 387, eaeque

breues ante longas

in hex.	in libro	I: 16;	II: 56;	III: 44;	IV: 33	= 149
in pent.	in libro	I: 18;	II: 43;	III: 34;	IV: 36	= 131
		I: 34	II: 99	III: 78	IV: 69	= 280

breues ante breues

in hex.	in libro	I: 25;	II: 61;	III: 32;	IV: 33	= 151
in pent.	in libro	I: 20;	II: 47;	III: 34;	IV: 22	= 123
		I: 45	II: 108	III: 66	IV: 55	= 274

mediae ante longas

in hex.	in libro	I: 13;	II: 50;	III: 37;	IV: 23	= 123
in pent.	in libro	I: 5;	II: 30;	III: 21;	IV: 19	= 75
		I: 18	II: 80	III: 58	IV: 42	= 198

mediae ante breues

in hex.	in libro	I: 5;	II: 11;	III: 5;	IV: 10	= 31
in pent.	in libro	I: 3;	II: 8;	III: 9;	IV: 7	= 27
		I: 8	II: 19	III: 14	IV: 17	= 58

longae ante longas

in hex.	in libro	I: 3;	II: 32;	III: 13;	IV: 8	= 56
in pent.	in libro	I: 0;	II: 12;	III: 7;	IV: 4	= 23
		I: 3	II: 44	III: 20	IV: 12	= 79

[2] De elisione in uersibus elegiacis cf. Platnauer, *Lat. Eleg. Verse* 72-90; quod adtinet ad Propertium cf. nunc J. Soubiran, *L'élision dans la poésie latine*, Paris 1966, 90, 155, 214, 307, 412, 418, 445 adn. 2, 462sq., 555, 561, 605, 629sq.

longae ante breues

in hex.	in libro	I: 1;	II: 6;	III: 4;	IV: 6 =	17
in pent.	in libro	I: 1;	II: 3;	III: 1;	IV: 3 =	8
		I: 2	II: 9	III: 5	IV: 9 =	25[3]

Elisiones igitur occurrunt

in hex.	in libri	I: 63;	II:216;	III:135;	IV:113 =	527
in pent.	in libri	I: 47;	II:143;	III:106;	IV: 91 =	387
		I:110	II:359	III:241	IV:204 =	914

Quo modo elisiones in singulos pedes distribuantur, docent hae tabellae:

in hexametris libri			I	II	III	IV	
in pedis	I	thesi	15	62	24	39 =	140
	II	arsi	19	61	41	29 =	150
		thesi	3	16	9	10 =	38
	III	arsi	2	20	10	5 =	37
		thesi	3	4	3	0 =	10[4]
	IV	arsi	1	14	12	8 =	35
		thesi	10	24	27	16 =	77
	V	arsi	0	2	3	1 =	6[5]
		thesi	11	14	5	4 =	34
	VI	arsi	0	0	0	0 =	0
		thesi	0	0	0	0 =	0
			64	217	134	112 =	527

in pentametris libri			I	II	III	IV	
in pedis	I	thesi	17	44	28	26 =	115
	II	arsi	22	67	48	49 =	186
		thesi	1	7	3	5 =	16

[3] Haec propter exemplorum grauitatem enumerare libet: in hexametris 1,13,15; 2,11,1; 2,18,19; 2,20,11; 2,24,41; 2,25,9; 2,28,19; 3,8,27; 3,21,17; 3,24,27; 4,1,89; 4,2,53; 4,5,61.67; 4,7,51; 4,8,81; in pentametris 1,13,14; 2,14,18; 2,24,42; 2,26,18; 3,16,14; 4,7,36.70; praeter 2,11,1; 2,14,18; 4,8,81 in prima thesi.

[4] 1,8,41; 1,12,19; 1,14,23; 2,3,31; 2,18,11; 2,21,9; 3,1,29; 3,15,23; 3,17,27.

[5] 2,20,27; 2,21,7; 3,13,61; 3,14,19; 3,18,19; 4,1,109.

IV	arsi	1	1	1	0 =	3[6]
	thesi	6	19	20	8 =	53
V	arsi	0	5	4	3 =	12[7]
	thesi	0	0	2	0 =	2[8]
		47	143	106	91 =	387

Elisiones binas praebent hexametri libri I: 4, II: 23, III: 14, IV: 11; pentametri I: 1, II: 11, III: 9, IV: 5; ternas 1,12,19; 2,1,31; 2,8,29; 3,21,31; 4,5,69; quaternas 2,3,43.

Monosyllaba coalescunt: locis 10 *me*, 8 *te*, 7 *cum* coniunctio, 5 *qua*, quaternis *sum* et *iam*, ternis *qui*, *se*, *si*, singulis *sim*, *tam*, *tu*, *tum*.

Graeca uerba eliduntur: 2,28,19.23; (3,11,17).

Elisiones in caesura: uide supra.

Per aphaeresin diminuuntur *est* 137*ies*, *es* 11*ies*.

Hiatus

Post exclamationes: 1,3,39; 1,8,9; 1,16,27; 2,33,31; 4,4,33.51; 4,9,2;

ante caesuram: 2,15,1; 2,32,45; 3,7,49; 3,11,17.

Synizesis et diaeresis[9]

Capanei 2,34,40; *Orithyia* 2,26,51; *Persei* 2,28,22; 2,30,4; etiam in uersus exitu: *Phinei* 3,5,41; *Promethei* 2,1,69;

---

[6] 1,5,32. 2,14,10; 3,22,10.

[7] 2,20,36; 2,21,16; 2,26,52; 2,27,12; 2,32,50; 3,1,2; 3,4,10; 3,7,4.12; 4,1,6; 4,5,58; 4,8,40.

[8] 3,4,14; 3,11,22.

[9] Cf. Platnauer, *Lat. Eleg. Verse* 18-24.

Nereo 3,7,67; in uersus exitu: *Enipeo* 1,13,21; 3,9,13; *Prometheo* 3,5,7;

dein 3,10,15; 4,8,83, *deinde* 1,13,18; 2,13,31; 2,16,9; 2,23,7; 2,31,15; 3,21,19, *dehinc* 2,4,6, *cui*, *huic*, *eodem* 2,8,26, *eadem* 3,6,36, *eosdem* 4,7,7.8, ut *isdem* 2,26,43;

anteire 1,6,19; 2,3,41, *deerit* 4,3,3;

Gabi 4,1,34, *Soloni* 4,1,31;

i consona: *abiegnus* 3,19,12; 4,1,42;

Veii, Veiens disyllabum 4,10,23.24.27.31; *Plēĭădes* 2,16,51; 3,5,36, *Achāĭa* 2,28,53, *Tēĭa* 4,8,31.58; contra *Tarpeius, Theiodamanteus, Troia*;

Sueuo (codd. *saeuo) 3,3,45, sueuit* 4,10,17; *di* (metro postulatur, *dei* saepe codd.), *deis* 4,1,5, *Grais* 3,22,37, *Lauinis* 2,34,64.

Syncope

a) subst.: *periclum, saeclum, spectaclum, uinclum*; sed inueniuntur etiam *periculum* (2,28,15), *saeculum* (2,2,16; 2,25,37), *uinculum* (1,9,20; 1,15,16; 3,7,20; 4.5,72; 4,7,44; 4,8,80), *Lycmon* 4,1,29, *Virdomarus* 4,10,41; b) adiect.: *dextr-* 1,20,44; 3,2,9; 4,1,72; 4,4,38, *dexter-* 3,9,58; 4,1,68, *dites* 3,4,1 (*diuite* 3,5,4); c) uerb.: α) perf. act.: *duxti* 1,3,27; *consumpsti* 1,3,37; cf. Neue-Wagener III[3] 501sqq., Norden *Aen.* 140sq.; β) partic. perf. pass.: *imposta* 4,2,29; cf. Norden *Aen.* 128; γ) *flemus* (2,7,2), *mutamus* (2,15,9), *narramus* (2,15,3) perfecta contracta esse censeo; d) pronom.: *mihi* passim, *mi* decies; *nihil* et *nil* passim.

Tmesis[10]

4,6,74 *perque lauet* (*terque lauet* V²).

Prosodiaca

Semper *Ītalia* (cf. W. Schulze *Quaest. epic.* 154sq.), *Ītala, Ăsia, Brĭtannus, Prĭamus, Hўmenaeus, Edōnis, Fīdenae, Lāuinus* (cf. Norden *Aen.* 149), *Pălatia, Pălatinus, Sĭcānus*, sed *Sĭcŭlus* (cf. Norden *Aen.* 141);

Phillyrides, Phўlacides, Pōlydamas;

Mamurrius (Ouid. *Mamŭrius*), *Lŭceres* (Ouid. *Lūceribus*);

Ārăbius, Ārăbia 1,14,19; 2,3,15; 2,10,16; sed *Ărabs, Ărabum* 3,13,8; 2,29,17; *Īŏnius* 2,26,2.14; 3,11,72; 3,21,19; 4,6,16.58, sed *Īŏnia* 1,6,31; *Sīdōnius* 2,16,55, sed *Sīdŏnius* 2,29,15; 4,9,47; *ēōus* 1,15,7; 1,16,24; 2,18,8; 3,13,15; 4,3,10; 4,5,21, *ĕōus* 3,24,7; 4,6,81; cf. 2,3,43sq. *ostendet ĕois, uret et ēoos; Ŏrīon* 2,16,51, sed *Ōrīon* 2,26,56;

uocalis ante uocalem: *Dĭana* 2,19,17; 4,8,29, sed *Dīana* 2,28,60; *chorēa* 1,3,5; 2,10,1; 2,30,37, sed *chorĕa* 2,19,15; *conopĭum* 3,11,45; *Aeschylĕus* 2,34,41, *Pegasĕus* 2,30,3, *Tantalĕus* 2,1,66; 2,17,5; 4,11,24, *Capherĕus* 3,7,39; sed *Malēa, Nerēides, Pelopēus*;

Omphāle 3,11,17, nisi mauis *Omphălĕ in* cum hiatu; *sandўcis* 2,25,45 (Gratt. Cyn. 86 *sandўce*).

In muta cum liquida nulla singularitas: *nīgras* et *nĭgras*, *āgri* et *ăgri*, *pātres* et *pătria*, *Ātrides* 3,18,30; 4,1,112 et *Ătrides* 2,14,1; 3,7,23, *Ferētri* 4,10,1.45 et *Ferĕtri* 4,10,48, *Ētruscus* 1,21,2.10; 3,9,1, *Ĕtruscus* 1,22,6; 2,1,29, *rĕfringat* 3,3,44, *rĕclusit* 3,19,24, *rĕpleuerit* 2,1,67,

[10] Cf. Platnauer, *Lat. Eleg. Verse* 97-103.

Pātrōclon 2,8,33, *dŭplex, trĭplex* 1,3,13; 3,1,22; 3,17,24. Vt recte monet Schuster, nusquam muta cum liquida producit uocalem breuem in exitu uerbi antecedentis exstantem; neque id efficit aliarum consonarum compositio:

2,16,43 *quoscumquĕ smaragdos*, 3,11,53 *bracchiă spectaui*, 3,11,67 *ubĭ Scipiadae*, 3,19,21 *uenumdată Scylla*, 4,1,41 *benĕ spondebant*, 4,4,48 *capĕ spinosi*, 4,5,17 *consuluitquĕ striges*. 3,11,46 *darē statuas* corruptum est: cf. app. ad loc.

cauĕ 1,7,25; 1,10,21; 2,13,41, *uolŏ* 2,10,9, *modŏ* (aduerbium), *nisĭ, duŏ, egŏ* (4,2,3 *Tuscus egō* male traditum est: cf. app. ad loc.); *mihī* (33*ies*, in quibus 23 ante caesuram) et *mihĭ* (circa 100*ies*; nota 2,26,34 *prora cubile mihī seu mihĭ*); *tibī* (15*ies* ante caesuram, praeterea 2,20,15; 2,32,22; 2,33,17; 3,24,23; in libro IV nonnisi 4,3,3) et *tibĭ* (circa 140*ies*), *sibĭ* (duodeciens) et *sibī* 3,21,4, semper *ubĭ, ibĭ* (2,19,3), *nesciŏquis*, (*puluĭs* 1,19,6; 1,22,6; *sanguĭs* 2,9,40), *ergō* (sexiens).

Nota: *findŏ* 3,9,35, sed cf. app. ad loc.; *heri* 2,14,20; 2,23,12, sed *here* 2,22,1;

alterĭus 1,3,36; 1,5,30; 1,10,17; 1,11,13; 1,16,33; 2,8,5; 2,23,3; *illĭus* 3,6,10; 4,1,143; *unĭus* 2,13,36; sed *unīus* 2,28,41, *istīus* 4,5,58;

contulĕrunt 2,3,25 probabilis est coniectura;

reccidit 4,8,44 ut *repperit, rettulit* 2,33,27; 3,6,18; 4,4,28; *dederīs* 2,15,50.

Syllabae breues pro longis ante caesuram: 2,8,8 *uincis* | *haec*, 4,1,17 *fuit* | *externos*; sed 4,3,44 *galeā* | *barbară* fortasse interpretandum et 2,28,29 *omnīs heroidas inter* cum Δ legendum est; de *petiīt* 1,10,23 cf. L. Müller *De re metrica poetarum Latinorum praeter Plautum et Terentium libri septem*, Lipsiae 1894², 399.

Versus leonini

1,8,11 *nec tibi Tyrrhe n a soluatur funis hare n a* ; 1,17,5 *quin etiam abs e n t i prosunt tibi, Cynthia, u e n t i .*

INDEX VERBORVM ET LOCVTIONVM[1]

---

[1] Meae recensionis ratione habita, nonnulla addidi uerborum et locutionum indici a Mauritio Schuster confecto.

3,17,25; *cf.* Verg. Aen. 9,119; *uide Neue-Wagener* I^3 *493*; exuuium 4,10,6; exuuiae 2,14,28; 4,1,116; 4,8,63; 4,11,43; *cf. Neue-Wagener* I^3 *694*; frena 3,19,3; 4,8,22; *cf. Sommer 335*; insomnium (insomnia portet: *acc. plur.*) 2,25,47 *i. q.* insomnia (*fem. sing.*) *sine ulla significationis diuersitate usurpat poeta:* loca 1,18,1; 4,9,25 *et* locos 4,8,22; *cf. Rasner 58*; demissae .. sertae 2,33,37; mollia .. serta 3,1,19; *cf. Neue-Wagener* I^3 *711. 819*; sibila (*acc. plur.*) 4,8,8; tergus: tergore 2,26,6; *sed nouies* tergum *legimus* *praeterea* iuuenta *et* iuuentus, senecta *et* senectus *occurrunt* b) *nomina propria:* Cambysae (*gen.*) 2,26,23; *cf.* Apul. flor. 15,56; Dulichiae (*gen.*) 2,14,4; Δουλίχιον Hom. *passim; cf. B.-B. 215*; Ismara (-orum) 3,12,25; *cf.* Strab. 7, frg. 44 Ἴσμαρος .. καλεῖται δὲ νῦν Ἴσμαρα *de* Anienus (*subst.*) 4,7,86 *uide sub uoce* adiectiuum c) *adiectiuum:* exanimis: exanimem .. Achillem 2,9,9; *cf. Neue-Wagener* II^3 *152sq.* *de uocibus heteroclitis uide Leumann Laut- und Formenlehre 448-452.*

heu: *ad sententiam efficacius exprimendam, sine doloris significatione:* heu quantum 2,29,30; heu nullis 3,15,6; heu quali 4,1,40; *cf. Fedeli 86* *uide sub uoce* interiectiones.

historia *i. q.* historia fabularis *uel* femina fortissima historiae fabularis: uti fieres nobilis historia 1,15,24 (*cf. Dombart ALL 3 [1886] 230-235*); historiae tempora nota suae 4,7,64; *cf. I. Mariotti, Studi luciliani, Firenze 1960, 75.*

homoeoteleuton: Tyrrhena .. harena 1,8,11; absenti .. uenti 1,17,5; *sim.* 2,14,10; *cf. Neumann 73, H.-Sz. 706 et* ind. metr. *sub uoce* uersus leonini.

hostis *i. q.* aemulus 1,11,7; *cf.* Ouid. am. 1,19,18. 26; 2,12,3; epist. 6,82; 12,182; rem. 792.

humus *i. q.* inferi (*cf.* χθόνιοι) *s.* inferorum iudices: 4,11,100.

INDEX NOMINVM